NOTITIA DIGNITATVM

ET ADMINISTRATIONVM

OMNIVM

TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM

IN PARTIBVS

ORIENTIS ET OCCIDENTIS.

AD CODD. MSS. EDITORVMQVE FIDEM

RECENSVIT

COMMENTARIISQVE ILLVSTRAVIT

EDVARDVS BÖCKING

I. V. D. ET P. P. O.

TOMVS I.

NOTITIA DIGNITATVM IN PARTIBVS ORIENTIS.

BONNAE

IMPENSIS ADOLPHI MARCI.

NOTITIA DIGNITATVM

ET ADMINISTRATIONVM

OMNIVM

TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM

IN PARTIBVS

ORIENTIS ET OCCIDENTIS.

AD CODD. MSS. MONACHIENSIVM, ROMANI, PARISIENSIVM
AC VINDOBONENSIS EDITORVMQVE FIDEM

RECENSVIT

TABVLIS AD COD. MS. BIBLIOTH. REG. PALATIN. MONACHIENS. DEPICTIS

COMMENTARIIS INDICEQVE ILLVSTRAVIT

EDVARDVS BÖCKING

IVR. VTR. DOCTOR ET IN ACADEMIA FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
PROF. PVBL. ORD.

BONNAE

IMPENSIS ADOLPHI MARCI.

AB A. 1839. VSQVE AD A. 1853.

NOTITIA DIGNITATVM

ET ADMINISTRATIONVM OMNIVM

TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM

IN PARTIBVS

ORIENTIS ET OCCIDENTIS.

RES PVBLICA ROMANA.

SPQR

TOMVS I.

NOTITIA DIGNITATVM IN PARTIBVS ORIENTIS.


NOTITIA DIGNITATVM

ET ADMINISTRATIONVM OMNIVM

TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM

IN PARTIBVS ORIENTIS.

DIVVS AVGVSTVS PATER PATRIAE.



EDIDIT

EDVARDVS BÖCKING.

GVSTAVO HVGONI

INTER IVRE CONSVLTOS NESTORI

QVI IVRIS STVDIVM
QVVM SAECVLVM DVODEVICESIMVM DECVRRERET
QVAMNAM VNDEVICESIMO VIAM INGREDI DEBERET
PRVDENTER EXPLORAVIT
EXPLORATAM DILIGENTER MVNIIT
MVNITAM ELEGANTER ORNAVIT
ORNATAM STRENVE TVITVS EST AC DEFENDIT
FINESQVE INTER IVRIS PRVDENTIAM
HISTORIAM PHILOSOPHIAMQVE
AC NATVRALIVM RERVM COGNITIONEM
IVSTISSIME REXIT.

Sero quidem post tempus quo Tibi, vir amplissime summoque opere venerande, muneris academici per quinquaginta annos, at quam ornate, quam honorifice, quam graviter completi gratulationes nostrates atque exteri habebant gratiasque merentissimo doctori agebant, venit hic liber meus, quem Tibi illo celebri die grate pieque offerre in votis fuerat. sed tarde perficiendus erat, vereorque ne satis tarde ac mature, sed non vereor ne inconsulto perfecerim: decimum iam excedit annum quod in hac editione industriae celeritatem diligentiae cunctatio distulit; neque vero nunc prodiret haec prior Notitiae Dignitatum pars, si mortalibus digna cogitatio, minus absolutum opus in publicum usum edi melius esse quam absolutissimum ineditum iacere, neque unius hominis aut vitam aut doctrinam ad tale opus omnibus suis numeris ac partibus explendum sufficere, calcar mihi editori non addidisset. Quam difficilis, quam operosus labor in hac parva Notitia edenda atque explicanda insumendus fuerit,

certe non meum est exponere; meum erat nulli labori parcere, ut quam minimo ceteri hoc opere frui possent: neque peperci quantum pro virium mearum tenuitate temporisque publicis scholis multis habendis absumpti angustiis, ac subsidiorum operis nimis fere copiosorum ubertate, dum tamen mihi non satis magna suppeteret copia, facere potui. Quod etiam meum esse iudico, ut de huius libri historia et fatis, de eius pondere usuque rationem reddam, id siquando deus dabit, in totius operis epilogo, qui pro praefatione erit, tum ex commentario ante hos quinque annos ut tum potui edito atque ex sparsis annotationis meae locis repetam, tum ita ut non omnis novitatis gratia brevibus capitibus desit proferam. At Tu interim, venerabilis senex, ut per hos fere viginti annos, ex quo primum Themidis sacra Te pandentem audivi, memet ipsum studiaque mea singulari benivolentia prosecutus es, ita per multos annos futuros ut pergere possis ac velis oro precorque.

Dabam Bonnae ad Rhenum Idibus Septembribus anni cIↃIↃcccxxxix.

INDEX CODICUM MANU SCRIPTORUM ET EDITORUM LIBRORUM

QUIBUS NOTITIA DIGNITATUM UTRIUSQUE IMPERII CONTINETUR

ATQUE NOTARUM QUIBUS USUS SUM.

Asterisco (*) signatos libros ipse tractavi, exceptis 𝔄𝔅ℭ, quos mihi aut totos transscribendos aut diligenter cum editis libris conferendos curavi.

Crucis signum (†) indicat exemplar picturas habere. ℭ non ipsas picturas, sed earum inscriptiones habet; ita etiam 𝔇, quod hoc signo ⸸ indicare volui.

Interrogationis signum iis exemplaribus adscripsi, quae non vidi et quae utrum exsistant nec ne dubitari possit.

*† 𝔄 = Cod. MS. pergam. biblioth. regiae Palatin. Monach. (Cod. Palat. c. figur. 41a.), qui anno clↄlↄLI. vel paulo ante e Spirensi codice iam deperdito transscriptus est. Accuratam eius descriptionem dedit vir doctissimus, cui multum ipse et hic meus liber debemus, H. Föringerus, in Ephemeridibus litterariis „Bayerische Annalen. Abthl.: Literatur." Monachii a. 1835. 4°. editis, pagg. 501. sq. 506. sqq. Neque tempori neque operae vir humanissimus pepercit, ut mihi illius codicis conferendi, quem quum ipse Monachii essem exstare nescivi, desiderium expleret.

*† 𝔅 = Cod. MS. pergam. biblioth. Barberin. Rom. (N. 809. fol.), saec. xv. scriptus. Descriptionem dedi in libro meo „Ueber die Not. Dignn. Bonn 1834. 8°." p. 18. sqq. Cf. F. Blumii Biblioth. libror. MSS. Italic. Gotting. 1834. 8°. p. 153. Heimbachius minor natu hunc MS. codicem cum libro ε² rogatu meo contulit et humanissime mihi annotata transmisit.

*† ℭ = Cod. MS. pergam. iam bibl. reg. Monachiensis, olim Petri Victorii (Victorianus N. 99.), saec. xv. scriptus,

de quo dixi in libro cit. p. 11. sqq. Ipse hunc codicem Monachii a. cIↄIↄcccxxxii. transscripsi.

*† 𝔇 = Cod. MS. pergam. bibl. reg. Paris. (Suppl^t. l. 671.), olim ex BIBLIOTHECA LAMONIANA K_{11}, saec. xv. scriptus: nam incepte inscriptio in tergo voluminis ita habet: GEOGRAPHIE | UNIVERSELLE | MANUSCRIT | DU 13ᵉ SIECLE. | Etiam hunc codicem diligenter ipse tractavi, cum Parisiis per mens. Oct. anni cIↄIↄcccxxxv. commorarer. Cf. Gottingensium acta litteraria diurna (*Gelehrte Anzeigen*) ann. 1835. part. 53. p. 528.

*† 𝔈 = Cod. MS. chartac. biblioth. Palatin. Vindobon. (N. cccxxxi. Catalogi, olim Cod. Salisburg. 18ᵇ., e bibliotheca episcopali Tridentina ad Vindobonenses pervenit, ut 𝔇), anno cIↄIↄxxix. Spirae transscriptus, ut manu Bernardi Kleselii, tum Tridentini episcopi, annotatum est. Descriptionem dedit Steph. Endlicherus in Catalogo codd. philologicor. bibl. Pal. Vindob. Vindobonae 1836. 4°. p. 231. sq. Exactissimam cum exemplo 𝔇 comparationem acre meo mihi fieri curavi.

MSS. = 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈.

† 𝔄 = Cod. MS. chartac. biblioth. Vatican. Rom. (Cod. 3715. antiqui depositi. Cf. Montfaucon. Bibl. bibliothecar. p. 135ᴱ. „Dignitatum Orientis Notitia. 3715. 420."), saec. xv. scriptus? Lacunas nonnullas in scriptura, cuius in compluribus locis perversus ordo est, neque picturas omnes habet. Vide descriptionem in libri mei supra cit. p. 34. sqq.

† 𝔅 = Cod. MS. chartac. biblioth. ducal. Parmens. fol. saec. xv. scriptus. Vid. F. Blumii Biblioth. librorum MSS. Italic. p. 235. et librum meum cit. p. 38. sq.

ℭ = Cod. MS. chartac. bibl. reg. Paris. (Cod. Lat. 5825ᴱ.), olim Bigotianus, saec. xvii. vel xviii., ut videtur, et quidem ex 𝔇 transscriptus. Picturis spatia vacua relicta sunt. De hoc codice, cum omnino scri-

ptura eius cum 𝔇 conspiret, in annotatione verba facere supervacaneum esse ratus sum.

† 𝔇 = Cod. MS. chartac. biblioth. Palatin. Vindobon. (N. cccxxxii. Catalogi, olim Cod. Salisburg. 18°.), saec. xvi. scriptus, apographum codicis 𝕮. Descripsit Endlicher. l. c. p. 232. sq.

† Codex MS. pergam., olim bibl. S. Marci Venetorum, quem Iac. Morelli Bibl. MS. Graeca et Lat. Tom. I. Bassani 1802. 8°. p. 370...393. optime descripsit. in Anglicis pluteis exsulat.

† Codex MS. bibliothecae capitularis Spirensis, omnium qui nunc exstant pater avusve, Basileam migravit, ubi a. cIↄcccccxxxvi. Petrus Donatus Patavii episcopus eum transscribi curavit. Interiit aut certe num exstet atque ubi exstet plane ignoratur. Vid. lib. meum cit. p. 4. sqq. In eius locum Spirenses sibi antigraphum fieri curaverunt; nam

†? Codex MS. biblioth. Spir. capit., ex quo 𝕮 et 𝔇 enati sunt, anno cIↄccccLxxxiv. scriptus fuit, ut ex anni nota, quae ad calcem codicum 𝕮 et 𝔇 legitur, satis apparet. Cf. Endlicher. l. c. p. 232. init. 233. init.

𝔞𝔞 = Exemplaria ab Alciato edita vel in eius Operibus expressa, quotquot eorum ipse contuli.

* $\mathfrak{a}^1$ = ANDREAE | ALCIATI IVRIS-|CONSVLTI | De Quinque pedum præſcriptione | Liber Vnus. | De Magiſtratibus, Ciuilibusq; & | Militaribus officijs Liber Vnus. | [*Sign. typogr.*] SEB. GRYPHIVS EXCVD. | LVGD. ANN. 1529. | 8°. In pag. antepaenult. legitur: SEBASTIANVS GRY|PHIVS GERMA|NVS EXCV|DEBAT | LV|GDVNI, | ANN. M. D. XXX. | Ultima pag. habet typographi signum cum epigraphis. Pagg. 108 ... 120. continetur Notitia Dignn. in partib. Orientis, sed epitomata. Cf. librum meum cit. p. 43. sqq.

* $\mathfrak{a}^2$ = ANDREAE | ALCIATI IVRE|CONSVLTI. | De quinq; pe-

dum præſcriptione, Lib. I. | De Magiſtratibus, Ciuilibusq; & Mili-|taribus officijs. Liber I. | [*Sign. Gryph.*] | SEB. GRYPHIVS EXCVDE|BAT LVGDVNI, | ANN. 1530. | 8°. Constat liber exiguus foliis 48, quorum sex postrema (pagg. 85 ... 95.) Notitiam Orientis ex $\mathfrak{a}^1$, sed non sine quibusdam mutationibus, quae tamen ad rem criticam momenti non sunt, repetitam continent. Inscriptio quoque eadem est atque in $\mathfrak{a}^1$: INDEX DIGNITATVM CIVI-|lium Militariumq; in Oriente. | Föringerus, cuius eximia humanitate huius exempli copia mihi facta est, id descripsit l. c. pag. 512.

$\mathfrak{a}^3$ = D. Andreae Alciati IC. clariſs. ad reſcripta principum commentarii | De ſumma trinitate | De SS. eccl. | De aedendo | de in ius vocando | De pactis | De transactionibus | Acceſsit item | De quinque pedum præſcr. Lib. unus | De Magiſtratibus ciuilibusque et militaribus officiis, Liber unus, partim Alciati, partim incerto Authore. | Anno M. D. XXXI. (Lugd. Gryph. 8⁰). Ill. Savinius, qui de hoc exemplari ex $\mathfrak{a}^4$ repetito litteris ad me datis scripsit, annotavit id se vidisse a. 1812. in biblioth. Vratislav. Cf. $\mathfrak{a}^2$.

* $\mathfrak{a}^4$ = D. ANDREAE ALCIATI | Mediolanenſis, Iuriſconſulti clariſs. om-|nia quæ in hunc uſq; diem sparſim prodierunt | uſquam, opera, ab ipſo quidem autore tomis di|geſta quatuor... *et c.* BASILEAE, PER MICH. | ISINGRINIVM, |1549.|*fol.* Tom. II. coll. 471. sq. pagg. 473 ... 86. coll. 487. (et 488.) continetur INDEX DIGNITATVM ... | ... IN ORIENTE (ex $\mathfrak{a}^1$). In inferiore pag. 475. incipit INDEX DIGNITATVM .. | .. IN PARTIBVS OCCIDENTIS (cum $\mathfrak{d}$ fere conveniens). Pag. antepaenult. tomi II. ita habet: BASILEAE, APVD MICH. ISINGRINIVM, | ANNO A CHRISTO NATO, M. D. | XLVI. MENSE MARTIO. | Quaedam exempla in inscr.

tomi I. habent numerum 1547. pro illo 1549., unde Föringerus l. c. me hoc exemplum praeteriisse minus recte scripsit. Continet autem hoc exemplum, pariter atque recentiora in Alciati operibus obvia atque $\mathfrak{a}^{15}$, Notitiam Orientis ex $\mathfrak{a}^{1}$ repetitam, Notitiam autem Occidentis ex eodem libro, ad quem $\mathfrak{d}$ postea expressus est, petitam. quod ut Notitiam Imperii a Beato Rhenano, qui an cIↄIↄXLVII. diem supremum obiit, editam esse putarem olim me movit. Habent etiam $\mathfrak{a}^{4\ldots15}$. picturarum inscriptiones sive rubricas, sed eas tantum, quas pro capitum nostrorum inscriptionibus adhibuimus; picturas nullas repraesentant.

? $\mathfrak{a}^{5}$ = Alciati Opp. Basil. 1550. fol. Cf. König, Lehrb. der allgem. iur. Litteratur. Hal. 1785 8°. vol. II. §. 365. Estne a priori diversum exemplum?

? $\mathfrak{a}^{6}$ = Alciati lib. de magistratibus et officiis. Basil. 1552. Cf. Lipenii Biblioth. iurid. Tom. II. p. 99.

* $\mathfrak{a}^{7}$ = Alciati Opp. Basil. ex offic. Isingrin. 1558. fol. Pag. antepaenult. tomi II. BASILEAE . . . ‖ . . . M. D. | LVII. MENSE IVLIO. | Pagg. 504 . . . 519. eiusdem tomi II. continent Notitiam Dignn. ex exemplo $\mathfrak{a}^{4}$ repetitam.

$\mathfrak{a}^{8}$ = Alciati Opp. Lugdun. 1560. fol. Labbaeus hoc exemplo tamquam unico editionis ab Alciato curatae olim usus est.

$\mathfrak{a}^{9}$ = Alciati Opp. Basil. 1571. fol.

$\mathfrak{a}^{10}$ = Alciati Opp. Basil. ap. Thom. Guarin. 1582. fol. Tom. IV. coll. 591 . . . 620. librum nostrum continet.

* $\mathfrak{a}^{11}$ = Alciati Opp. Francof. sumptib. haered. Laz. Zetzneri. 1617. fol. Tom. IV. coll. 501 . . . 528. Notitiam habet, ut $\mathfrak{a}^{4}$.

? $\mathfrak{a}^{12}$ = Alciati Opp. Norimb. 1617. fol. Cf. Lipen. l. c. pag. 102.

$\mathfrak{a}^{13}$ = Alciati Opp. Francof. 1627. fol. Cf. König. l. c.

? a^{14} = Alciati lib. de magg. Paris. 1651. 8º. Ita Lipen. l. c. p. 99.; sed fortasse idem exemplum est atque nostrum f⁴.

* a^{15} = Alciati libell. de magg. cum Indice Dignn. *et c.* in Rob. Gaudentii Miscellan. Italic. crud. tom. I. Parmae (1690). 4º. pagg. 542 ... 589. Ut a⁴.

* b = GEORGII | FABRICII CHEMNI-|CENSIS | ROMA. | EIVSDEM ITINERVM | Liber unus. | ANTIQVITATIS MONV-|menta insignia per eundem collecta .. | ..... | ... | *Acces-sere* ... | .... | *Indices.* | BASILEAE, PER IO-|*annem Oporinum.* | — Epistolae nuncupatoriae (p. 11.) subscripsit Fabricius „... Ex ludo illustri | Misenæ, Calend. Iulij. Anno | Christi M. D. L.|"; sed litterae ad Fichardum ante Antiquitatis Monumenta expressae anno M. D. XLIX. emissae sunt. Inter haec Monumenta pagg. 46 ... 73. init. habetur ROMANARVM DI-|GNITATVM ET ADMINISTRATIO|num tam ciuilium quàm militarium in | Occidentis regionibus Index, | Hadriano Impe-|rante." Est truncata sive contracta Notitia Dignn. in partibus Occidentis.

cc = Schonhoviana exemplaria, quae Notitiam Orientis fere ut aa, Notitiam Occidentis fere ut b repraesentant, sunt haec:

c¹ = Dignitates omnes .... in Prouinciis Orientis et Occidentis *et c.* post Eutropium per Ant. Schonhovium Basileae 1546. 8º. editum. Cf. c² et librum meum supra cit. p. 49.

* c² = DIGNITATES OM-|NES, ADMINISTRATIO-|nesq; tam ciuiles quàm milita-|res, quas Romani in Prouin-|ciis Orientis & Occidentis ha-|buere, ex Antiquita-|tis reliquijs. | *Additus est* & *ipsarum Prouinciarum* | *Romanarum libellus*, *integrita-|ti restitutus.* | AVTORE ANTONIO | Schonhouio. | *BA-SILEAE.* | Pagg. 3...59. continent brevem utriusque Imperii Notitiam (pagg. 60 ... 70. Libellum

Prouinciarum) adiectam „Eutropii V. C. | HISTORIAE ROMANAE | | | | *per Antonium Schonho-|uium.* et c. *BASILEAE.* | 8°. Pag. paenultima habet: *BASILEAE, EX* | *officina Joannis Oporini, Anno Sa-|lutis humanae M. D. LII.* | *Menſe Ianuario.*

* c^3 = DIGNITATES et c. ut c^2, sed exemplum anno M. D. LIX. editum est. Cf. librum meum l. c.

* c^4 = DIGNITATES | OMNES et c., ut c^2. post Eutropium Schonhovianum anno 1561. 8°. editum. Eutropius usque ad pag. 136. decurrit, sequens folium inscriptionem Notitiae et in aversa pagina Schonhovii epistulam ad Oporinum continet; pagg. 139...174. init. Notitiam utriusque imp., ut superiora exempla *cc*, exhibent; sequitur LIBELLVS PRO-|VINCIARVM ROMANARVM et c. pagg. 174...177.; SEQVVNTVR CI-|VITATES PROVINCIA-|*rum Gallicarum* in pagg. 178 ... 180. Post 20 folia, quibus Index ad Eutropium continetur, in adversa pagina legitur: BASILEAE, EX OFFICINA | *Ioannis Oporini, Anno ſalutis humanae* | M. D. LXI. *Menſe* | *Ianuario.* | — Additae sunt H. Glareani in Eutrop. annotationes, anno 1559. expressae. Cf. librum meum cit. p. 49. et p. 131. sq.

*† ꝺ = NOTITIA VTRAQVE | CVM ORIENTIS TVM OCCIDENTIS | VLTRA ARCADII HONORIIQVE CAESARVM TEMPORA, | illuſtre uetuſtatis monumentum, imò theſaurus prorſum incomparabilis. | PRAEcedit antē D. Andreæ Alciati libellus, De magiſtratib. ciuilibusq; ac | militaribus officijs, partim ex hac ipſa Notitia, partim aliunde deſumptus. | CVI ſuccedit deſcriptio urbis Romæ, quæ ſub titulo Pub. Victoris circum|fertur: & altera urbis Conſtantinopolitanæ incerto autore, nunquā antehac | typis excuſa, Imperialium uidelicet ac primariarū ſedium, utriuſq; Reipub. | SVB iungitur Notitijs uetuſtus liber DE REBVS BELLICIS ad Theo|doſium Aug. & filios

eius Arcadium atq; Honorium, ut uidetur, scri-|-ptus, incerto autore. ITEM, ne quid de antiquo exemplari | omitteretur, Disputatio Adriani Aug.| & Epicteti philosophi . | FRO BEN [*signumque Frobenianum*] | BASILEAE, M D LII | Cum gratia & priuilegio Imp. Maiest. ad annos quinq; | fol. — Est hoc primum editum exemplum quod fere integram utriusque imperii Notitiam et picturas etiam ligneis formis expressas continet. Constat liber 108 foliis: a fol. 14^b. usque ad fol. 97^b. Notitia nostra continetur. in folii paenultimi aversa pagina est „BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM, | ET NICOLAVM EPISCOPIVM, | ANNO M. D. LII." | Folii ultimi aversa pagina habet signum Frobenianum. Vide de hoc exemplo a Sigismundo Gelenio post Beati Rhenani curas edito librum meum cit. p. 53. sqq. Ex hoc primo quod utramque Notitiae partem integriorem repraesentat, recentiora omnia exemplaria enata sunt. Cf. $\mathfrak{a}^1$.

$\mathfrak{c}\mathfrak{c}$ Exemplaria Panciroliana, de quibus vide librum meum cit. p. 55 ... 68. Sunt autem haec:

*† $\mathfrak{c}^1$ = NOTITIA | VTRAQVE | DIGNITATVM | CVM ORIENTIS, | TVM OCCIDENTIS VLTRA | Arcadij, Honorijque Tempora. | Et in eam | GVIDI PANCIROLI I. V. D. Prçstantiss. ac in Celeberrimo | Patauino Gymnasio Interpretis Legum Primarij, | COMMENTARIVM. | | | AD SERENISS. CAROLVM EMANVELEM | SABAVDIAE DVCEM.| | | | | | [*signum bibliopol.*] VENETIIS, M. D. XCIII. | Apud Franciscum de Franciscis Senensem. | fol. Notitia utraque cum Pancirolianis commentariis implet folia 3 ... 184. pag. rect.

*† $\mathfrak{c}^2$ = NOTITIA | VTRAQVE | et c. (fere ut in $\mathfrak{c}^1$.) VENETIIS, M DC II. | Apud Ioan. Antonium, & Iacobum de Franciscis. | fol. Item pagg. 3 ... 184. pag. rect. Notitia cum Panciroli commentariis implet.

†* $\mathfrak{r}^3$ = NOTITIA | VTRAQVE, DIGNITATVM, | | | | | | | | | | | NVNC NOVISSIME FRANCISCI RHVARDESII, I. V. D. | præſtantiſſimi Commentariis illuſtratum: & D. GVLIELMI MARANI, in Academia Toloſana | Anteceſſoris digniſſimi tribus INDICIBVS non parum | neceſſariis auctius factum. | | | *VLTIMA EDITIO, AVCTIOR, ET CORRECTIOR.* | [*Signum Hug. a Porta.*] | LVGDVNI, M. DC. VIII. | Ex Offi. Q. H. à Porta: Apud Io. de Gabiano. | *CVM PRIVILEGIO REGIS.* | fol. Hoc quoque exemplum Notitiam et Panciroliana commentaria foll. 3 ... 184. pag. rect. habet.

†* $\mathfrak{r}^4$ = NOTITIA | DIGNITATVM, | VTRIVSQVE IMPERII | ORIENTIS SCILICET | ET OCCIDENTIS VLTRA | Arcadij Honoriſque tempora. | *ET IN EAM G. PANCIROLI I. V. D.* | | | COMMENTARIVM. | | | | | | EDITIO POSTREMA AVCTIOR ET EMENDATIOR. | [*Sign. bibliopol.*] | GENEVAE,| Excudebat Stephanus Gamonetus. | M. DC. XXIII.| fol. Not. Orient. p. 9 ... 256. Not. Occ. p. 7 ... 157.

? $\mathfrak{r}^5$ = Idem liber. Londin. 1624. fol. Cf. Lipen. Biblioth. philos. 718.

*† $\mathfrak{r}^6$ = THESAVRVS | ANTIQVITATVM | ROMANARVM | *Congeſtus* | a | JOANNE GEORGIO GRAEVIO. | | | TOMVS SEPTIMVS.| *Traject. ad Rhen. Lugd. Batavor.* Apud FRANCISCVM HALMAM, | PETRVM vander AA, Bibliop. | MDCXCVIII. | fol. Columnae 1309 ... 2022. Pancirolianum librum exhibent. Picturae in aes incisae nitidissimeque excusae vix aliquam cum veris similitudinem retinent.

†* $\mathfrak{r}^7$ = Id. lib. VENETIIS, | Typis Jo. BAPTISTAE PASQUALI.| M. DCC. XXXV. fol. Item coll. 1309 ... 2022. De picturis idem quod ad $\mathfrak{r}^6$ observavi dicendum est, ex quo repetitae sunt, sed minus nitide in aes incisae.

ff Exemplaria Labbaeana (cf. librum meum p. 69 ... 72.), quorum duo sunt:

* f¹ = NOTITIA | DIGNITATVM | IMPERII ROMANI, | Ex noua recenſione | PHILIPPI LABBE BITVRICI | Soc. IESV Preſbyteri. | *Cum pluribus aliis Opuſculis*, | *Indicibus ac Notis*. | [*Sign. reg. typogr.*] | PARISIIS, | E TYPOGRAPHIA REGIA. | M. DC. LI. | 12°. Novae recensionis laudem omnino hoc exemplum non meretur. Annotatio Labbaeana fere nullius usus est; neque Indices satis scite atque accurate confecit editor.

* f² = NOTITIA | DIGNITATUM | OMNIUM, | TAM CIVILIUM | QUAM MILITARIUM | IMPERII ROMANI, | EX NOVA RECENSIONE | PHILIPPI LABBE BITURICI Soc. JESU Presbyteri. | *Cum pluribus* etc. ut f¹. VENETIIS. | Ex TYPOGRAPHIA BARTHOLOMAEI JAVARINA. | M. DCC. XXIX. | fol. Repetitio exemplaris f¹, foliis 44 constans. Solet Georgio Codino de off. magn. eccl. et aulae CP. (Venet. Iavarin. 1729. fol.) adiungi.

Quae uncis [ ] inclusa litteris *cursivis* quas vocant sive *minoribus* sive *MAIORIBUS* expressa sunt, ea omnia a me addita esse scito; contra eliminanda esse indicavi ea quae erectis sive antiquis ut vocant litteris expressa eiusmodi uncinis circumscripsi.

Quae sine uncis litteris *cursivis* expressa sunt, ea librarius, qui codicum a me in auxilium vocatorum scripsit πρωτότυπον, omisit, ut de singulis verbis suo loco annotavi.

Quae litteris UNCIALIBUS ERECTIS expressa sunt, ea in 𝔄𝔅ℭ𝔇 rubro colore, nonnulla in ℭ caeruleo colore scripta sunt, nisi ubi contrarium annotavi. Totus 𝔈 nigro colore scriptus est, neque rubricae in ipsis capitibus, i. e. quae in ceteris codicibus MSS. rubro scripta sunt, a reliqua scriptura distincta esse solent.

ARGUMENTI EXPLICATIO.

Tria sunt quae praeter *indices* sive utrique parti praemissos conspectus argumenti atque praeter *insignia* uniuscuiusque magistratus hac Notitia Dignitatum Administrationumque omnium continentur:

1) Indicatur quid *sub* uniuscuiusque magistratus *dispositione* sit. Utriusque imperii constitutionem certe a Constantini inde temporibus ita comparatam fuisse constat, ut hierarchia quaedam rerum publicarum administrandarum atque magistratuum, quibus illae commissae erant, instituta fuerit; ita in civilibus aulicisque administrationibus singula fere negotiorum genera ab apicibus principum sublimique praefecturae praetorianae summarumve magisteriarum honore usque ad imorum apparitorum locos abiectaque cohortalina ministeria suos curatores habuerunt; ita in militaribus rebus gerendis a munifice milite ascendebatur usque ad magisteriam militum ac summum imperii fastigium divinumque principis nutum. De hierarchia iurisdictionis, ut iuris canonici verbis compendii causa utar, non de hierarchia honoris hic loquor: hanc enim, quatenus ab illa differt, (ut e. gr. quod ad nobilissimatum ac patriciatum, itemque quod ad centenam, ducenam, egregiatum, perfectissimatum, equestrem dignitatem et similia attinet) liber noster non attingit; itaque nec de honorariis codicillis personatuque, ut aliud

iuris canonici nomen adhibeam, hic locus est. Iam nulla de pari maiorive potestate verba erant facienda, sed de diversis administrationibus ac de superiori vel inferiori dignitate, de variis imperandi obediendique gradibus, qui certi erant atque definiti. Atque in hac quidem hierarchia civili sive politica, ut dicimus, cuncta sub dispositione principis erant, eiusque nutu gubernabantur; deinceps sub eius qui in quocumque administrationis genere superior erat dispositione omnes fuerunt qui locos proxime inferiores obtinebant: sed hoc non perpetuum fuit usque ad infimos potestatis gradus, sed solum obtinebat in tribus summis magistratus dignitatibus, i. e. in iis qui aut illustrissimatus aut spectabilitatis aut clarissimatus nomine fruebantur: alios sub dispositione sua non habebat nisi qui magistratu, quocum clarissimatus saltem dignitas coniuncta erat, fungebatur. nam qui sub alicuius dispositione erant, ii eumdem iudicem habebant; iuris autem dicundi ius non passim omnes, quibus rei publicae aliquid commissum erat, sed eos tantum quos dixi magistratus habuisse patet. Ex his quae dixi puto explicari posse non solum qua de causa de Correctore Apuliae et Calabriae ac de Praeside Dalmatiae dictum sit (Not. Occ. capp. XLIII. XLV. §§. 1.) eos provincias *sub iurisdictione* habere (omnis enim eorum rei publicae administratio in iure dicendo posita fuit), sed etiam qui fiat, ut Comitem domorum divinarum, Comitem sacrae vestis, Primicerium sacri cubiculi, Castrensem s. palatii ceterosque Cubicularios sub dispositione Praepositi s. cubiculi collocatos non reperiamus (cf. Not. Or. c. IX.): illi enim sub iurisdictione Magistri Officiorum fuerunt, ut iam olim Cuiacius docuit; domus autem divina per Cappadociam sub dispositione Praepositi s. cubiculi fuit, eaque de causa L. 11. C. ubi causae fiscales III. 26. sancitur, sive agat domorum sacrarum colonus inquilinusve aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali seu civili negotio, Praepositi s. cubiculi atque Comitis domorum examen esse petendum. Itaque, ut revertar unde

digressus sum, qui sub dispositione alios habere, aut qui sub alterius dispositione esse refertur, proprium idem hierarchiae quasi gradum obtinebat. Qui sub dispositione est parere quidem atque obedientiam ei praestare debet, sub cuius dispositione est; at ille praeterea mandatis ipsius etiam principis obstrictus esse potuit, ut vel levissimus miles adeo sacramento praestito tenebatur. Neque vero personae, hoc est magistratus tantum, prout quisque inferioris dignitatis fuit, sub superiorum dispositione fuerunt, sed etiam dioeceses ac provinciae, aut administrationum genera singularia, cum scholis palatinis scrinia, atque militum vexillationes, legiones, auxilia, eorumque partes ac numeri, alae, cohortes, cunei, sive de maiori sive de minori laterculo emissi; quae omnia facile viderit qui singulorum capitum priorem, ut ipse distinxi, paragraphum perlustraverit.

2) *Officium* uniuscuiusque magistratus paragrapho secunda singulorum capitum (exceptis Not. Or. c. XIV. Not. Occ. c. XII., quia Comites Domesticorum nullis omnino Officialibus propriis utebantur, Not. Occ. cap. VII., ubi §. 4. Magistri Equitum per Gallias Officium indicatur, atque cap. XL. quod capitis VII. supplementum esse crediderim) summatim recensetur, aut quo modo locus Officii, si nullum habet magistratus, expleatur relatum est (ut Not. Or. cap. XI. cap. XVI. cap. XVII. §. 5., Not. Occ. cap. IX. cap. XV.; cap. XVI. i. f. procul dubio idem olim legebatur quod Not. Or. cap. XVII. §. 5. scriptum est). Qui in Officiis militabant sive Officiales, quales, proprium hierarchiae civilis gradum non obtinebant, sed negotiorum, quae ad administrationem magistratus sibi praepositi spectabant, exsecutores erant; ipsi ministri magistratuum potius quam rei publicae fuerunt; Officialibus mandata principum nulla proponebantur, sed praeceptis a magistratu datis parere debebant. Neque vero hoc intelligi volo, pro lubitu magistratibus Officiales suos aut ex Officio dimittere aut diutius, quam leges postulabant, retinere licitum fuisse: multorum enim Officiorum principes post certum tempus ex

Officiis exeuntes provinciis praeficiebantur aut maiores etiam dignitates adipiscebantur, ceteri ab inferioribus locis ad superiora ascendebant aut aliis modis promovebantur: neque praetereundum est, quod in nonnullis Scholis, praecipue Agentium in Rebus, militantes ad Officia deputari solebant, atque ita fieri potuit, ut qui alterius magistratus Officialis erat, sub alterius dispositione esset. Iurisdictionem vero, quam disciplinariam dicimus, magistratus in omnes, quotquot in suo Officio militabant, habuisse nullum mihi dubium est. Negotia admodum varia fuerunt, ut Officiales cum iis, quos Actuarios, Archivarios, Registratores, Cancellistas, Secretarios, Ratiocinarios (Rechnungsbeamte), Scriniarios (Bureaubeamte), Receptores (Steuerbeamte), Exsecutores, Bidellos atque id genus alios Apparitores nominamus, fere comparari possint. Multa quae ad haec Officia pertinent, distinctius quam ex Notitia nostra ex constitutionum codicibus et imprimis ex iis Notitiis condisci possunt, quas L. 1. §. 8. L. 2. §§. 18. sqq. Cod. de Off. Pf. P. Africae I. 27. nobis servaverunt.

3) Tertiae quaeque paragraphi Notitiae Orientis capitum, paucis exceptis, ad cursum publicum et *Evectiones annuales* spectant; quod, si meliora essent edita exemplaria, neque qui ad rem nostram faciunt locos aut omnino omisissent aut ineptissime corrupissent, mirarer a nemine adhuc, si a perpaucis libri nostri capitibus recesseris, observatum esse. Per Evectionem constat cursu publico utendi licentiam, litterasque, quibus ea concedebatur, significari. Veredorum paraveredorumque numerum ponderisque vehiculis imponendi mensuram certae leges, ubi evectionum litterae silebant, definiebant. Quibusdam magistratibus ius datum erat, non solum ut ipsi, quotiens id e re publica esse iudicarent, cursu publico uterentur; sed etiam ut aliis eo utendi licentiam darent, i. e. ut ipsi evectiones emitterent, praeberent, facerent. in hunc censum soli Praefecti Praetorio, neque hi quidem sine exceptione (cf. e. gr. L. 9. Th. C. de

cursu publ. VIII. 5.), Magisterque Officiorum veniunt. Ad eosdem etiam referebatur siquis sine evectione iter facere deprehendebatur, atque is interdum ac si capitalem rem fecisset plectebatur. Aliis superioribus magistratibus, ut Comitibus ss. largitionum Rerumque privatarum, emittendarum quidem evectionum potestas non competebat, sed ipsi quotiens usus exigeret, i. e. siqua rei publicae necessitas aut utilitas postularet, cursum publicum usurpandi licentiam habebant. Tertium, quod ad hunc locum attinet, magistratus genus id fuit, cui certus evectionum annalium numerus ipsa, ut videtur, magistratus forma definitus fuit: ita Magistrum militum per Orientem vicenas quinas, ceteros Magistros militum quindenas, ita Vicarium Ponticae duodenas, Ducem Mesopotamiae octonas, Ducem Armeniae septenas, complures Duces quinas, ita Comitem rei militaris per Isauriam senas, ita Proconsulem Achaiae Comitemque Aegypti quaternas, Ducem denique Libyarum ternas per annos singulos evectiones babuisse liber noster testatur. ceterum compluribus locis numerus excidit, quoniam facilius rubro colore scripta, praecipue quae marginem attingebant, evanuerunt, quam nigrae litterae; sed maximam partem coniectura ii numeri restitui possunt. Quarto denique loco ii magistratus veniunt, de quorum evectionibus nihil omnino in Notitia nostra relatum habemus. nam inter Illustres Spectabilesque fuerunt quibus pro modo administrationis evectionibus opus non erat, quia non nisi in urbe negotia curanda habebant, aut si peregrinandum iis magistratibus fuit, tum principes ipsos comitabantur. haec (nam solam Notitiam nostram respicio) de Quaestore dico, de Comitibus Domesticorum, de Castrensi, de Primicerio Notariorum, de Magistris Scriniorum. fortasse etiam Praepositus s. cubiculi in hunc censum referendus est; sed cf. cap. IX. not. 6. Inter Clarissimos, i. e. provinciarum rectores, Consulares, Correctores Praesidesque nemo certas evectiones annuales habebat, sed ad necessitates publicas explendas binas annuas ut facerent

Praefectis praetorio praecipit atque ipse Officialibus praesidum singulas se daturum promittit Iulianus imp., cum id fieri necessitas quaedam exigat. Cf. L. 12. Th. C. de cursu publ. VIII. 5.

Evectionum illarum per totam Occidentis Notitiam nullam omnino mentionem factam esse supra indicavi. Neque tamen veri mihi videtur simile, hoc argumentum statim ab initio in illa libri nostri parte omissum fuisse. rursus audacius esse existimo eius omissionis unum librarium, qui codicem olim Spirensem transscripsit, reum facere: ex eo autem codice quotquot hodie exstant scripta editaque Notitiae nostrae integriora exemplaria enata sunt; nam de manu scriptis Fabriciano Schonhovianoque Notitiae Occ. exemplaribus, mutilatis illis, ne cogitari quidem potest, plus ea quam ceteros libros habere. Verum enimvero aliam illius defectus explicandi rationem nunc non video, nisi ut pigritiae negligentiaeque aliquem librarium accusemus, qui quum vidisset idem illud argumentum ex Notitia Orientis fere repetitum esse, id sine damno omitti posse opinaretur.

PRIORUM EDITORUM
EPISTOLAE DEDICATORIAE

PRÆFATIONES

AC

SPECIMINA NONNULLA

EX

ANTIQUIS EDITIS EXEMPLARIBUS.

I.
ANDREAE ALCIATI
AD IO. PELORDAM EPISTOLA
EIUSDEMQUE
DE MAGISTRATIBUS
CIVILIBUSQUE ET MILITARIBUS OFFICIIS
LIBER

EX α (LIBRO LUGD. ANNO CIƆIƆXXIX. EDITO) REPETITUS.

---

p. 87.

CLARISS. IVRECON.
IOANNI PELORDAE SE
NATORI CONSERVA-
TORIQ. BITVRIG.
ANDR. ALCIATVS. S.

Cvm primum in hanc urbem ueni optime conseruator, propiusq; te coepi cognoscere, nihil antiquius habui quàm ad amicitiam me tuam insinuare. Videbam enim ea te esse doctrina hominem, ijs moribus, ut mihi merito exoptãdum esset quàm proxime tecum iungi. Nec tu hac in re ullã moram fecisti, quin aduenientem ultro exciperes, summaq; beneuolentia complectereris, in diesq; alijs super alia beneficijs sic exornasti, ut paria tecũ facere posse desperem. Quod unum supererat ut amoris erga te mei monumentum aliquod statuerem, nuper mihi praestita est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus perpetuis ob frequentes naeuos à me damnatus blattis, quem cum in manus accepissem existimaui operae pretium me facturum si à situ tenebrisq; redemptum perpurgarẽ, et tuo nomini dicatũ aederẽ. Dubitaui (ut uerũ fatear) saepius, et parum abfuit, quin supprimerem, quoniam non sat dignus uidebatur, qui doctorum oculos, auresue morari possit. Scripserunt ante me huius argumẽti libros cum pleriq; ueteres, tum et recentiores non pauci,

qui procul | [p. 88.] | *dubio luminibus nostris possunt obstruere. Verum cum rursus perpenderem ueteris eos Reipublicae magistratus solum explicare, nihil momenti ad legalem nostram professionē cōferre, ad haec, aliud in praesentia mihi nō esse, quo animū erga te meū testarer, mutaui sentētiā, et quos praeiudicio quodam ferè damnaueram, absolui. Erunt qui debuisse haec me omnia diffusius tractare existimabunt, et quid de his apud omnes autores annotaueram hoc libello congerere, sed aliud mihi consilium fuit Attigeram pleraq; cum tres Iustiniani codicis libros adulescens adhuc castigaui (erantq; qui iure amicitiae qua τὰ τῶν κοινὰ φίλων in alios suos eiusdem argumenti libros redegerant) attigeram in dispunctionibus, in libello de singulari certamine, alijsq; in locis, quae suo loco moueri non nisi incommode poterant. Verum nec eorum sententiam unquàm probaui, qui omnia quae ab alijs ubi ubi dicta sunt, eodem loco collecta parataq; habere uolunt, uerbososq; hac ratione commentarios fieri nihil curant: cui sententiae nostrae si et tu calculum adieceris, non erit quod mei huius consilij me poeniteat. Vale.*

p. 89.

ANDREAE
ALCIATI IVRIS CONSVLTI,
DE MAGISTRATIBVS, CIVI LIBVSQ. ET MILITA RIBVS OFFICIIS LIBER.

Cvm mvlta sint in Iure nostro non satis hactenus intellecta, tū is maxime tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorū in primo digestorum libro mentio habetur. Quāvis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum potestatem, et Proconsulum, Præsidum, Procuratorum Cæsaris, Iuridici Alexandriæ, officium spectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut studiosis satisfacere possint. Nam cum ea munera antiquis Iurisconsultis cognitissima essent, non existimauerūt opere prætium se facturos, si longo sermone in |[p. 90.]| eorum explsnatione commorarentur. At in præsentia propter Latinarum literarū diutinam calamitatem, cum ex Iurisconsultis plena cognitio haberi nequeat, uix quicquām superest unde in certiorem semitam deducamur, nisi recentiorum coniecturas, et ut ipsi uocant diuinationes, pro exploratis rebus recipere nelimus. Itaq; ut huic quoq; parti pro uirili opem feramus, quæ ad hunc tractatum pertinētia ex antiquis autoribus collegi, in mediū proferre, et cū studiosis cōicare cōstitui.

Sciendvm igitur Rom. Imperij originē à Romulo Regibusq; cœpisse: Ab his latæ sunt leges, quas Regias uocant. Is Romulus ex antiquioribus ciuitatis centum Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est, ad hunc decernendi ius pertinebat, quæ ex toto Regno ad eum deferrentur. Sed et sacra facere, ius dicere, magistratum gerere, soli patritij poterant. Quoties uero uel leges sciscendæ, uel magistratus creandi, uel bella decernenda erant, tum Populus Rom. ipse consulebatur, ad eūq; huiusmodi negotiorum ius pertinebat. Idq; Dionysius Alicarnasseus diffuse ex-|[p. 91.]|plicat. Exactis deinde Regibus, Plebis potestas multum aucta est, cum secessione facta, à

Senatoribus extorsisset, ut ex corpore suo Magistratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti sunt. Sacrosancti hi erant, summæq; autoritatis, ut qui Senatusconsultis intercedere possent. Et quãuis à principio latæ ab his leges, quas plebiscita uocant, Patritios non obligarent, tamen lege Hortensia cõstitutum deinde est, ut eo Iure quod Plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Sic acerrimum telum Plebi aduersus nobilitatem datum est. Fuit et de eo controuersum, quod maiores Magistratus ex Plebe creari Patritij prohibebant, donec et hoc obtentum fuit ut alter Consul Plebeius esset. Cœpere deinde C. Sempronij rogationibus Iudicia cognoscere. Is enim equestrem ordinem in eorum possessione locavit, unde turbulẽtæ seditiones ortæ. Constatq; C. Marium, et L. Syllam, qui ea Senatui demum reddidit, uel hac de re precipue cõtendisse: unde et bellorum ciuilium maxima incendia orta sunt. Cũ dein pro Senatu Pompeius arma sumeret, Marianâsq; partes, quae Ple|[p. 92.]|bem tuebantur, Cæsar sequeretur. Oppressaq; per eum, et dein Triumuiros Republica, cum in C. Octauium Cæsarem omnia cessissent, nouum ipse Regimen induxit. Nec enim Regem se, aut Romulum, quod odiosus superbusq; is titulus esset, appellari est passus: sed Romano ueteriq; nomine Imperator et Augustus dici voluit. Sumpsitq; censuram et Tribunitiae potestatis ius, et Max. Pontificem se inscripsit, Patrisq; Patriæ titulũ à Senatu Populoq; Rom. accepit. Sane eius nominum rationem sic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati sunt, delectum facere, milites conscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint. Iidem et pacem sanciendi, summum suppliciũ, etiã de Senatoribus summendi, ius habeant: solitos fuisse priscos Duces sic appellari, Tacitus lib. III. autor est. Illi enim re bene gesta gaudio et impetu uictoris exercitus ea salutatione conclamabantur, erantq; plures simul Imperatores, nec super cæterorum æqualitatem concessum ad eam similitudinem id uocabulum est quibusdam et ab Augusto et à Tiberio| [p. 93.] | alijsq; successoribus. Censores autem vitam moresq; nostros examinant, et de eis inquirunt, census rationem ducunt, professionem curant, et pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt. Quod et diffusius in Valeriani uita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices vero Max. Sacerdotiorum conferendorum ius pertinet, sacris eũ omnibus auspicijsq; illi præsunt. Tribunitiae ius potestatis eam ob causam sompsit, quod sacrosancta ea dignitas neminiq; uiolabilis esset. Nam et si in re leuissima solo sermone nedum facto, Tribuni maiestatem quisquam contempsisset, tanquã abominabilis et sacer indicta causa ad mortem adigebatur. Et has quidem dignitates Octauius

accæpit, in successoresq; suos transmisit, quo potentius illustriusq; Imperatorium nomen facceret.

Concessum præterea et illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus solutus esset. Significat hoc (inquit Dion) ab omni legum necessitate liberum, nulliq; iuri scripto obnoxium: ut qui absq; ulla disquisitione omnē Regum potestatem haberet, quamuis nomine abstineret. | [p.94.] | Patris uero Patriæ cognomentum apud antiquos, obseruationis cuiusdam paternæ significatio erat, quod hoc nomine illustrati Principes, omnes quoscunq; sibi subessent, ceu filios amarent, illiq; eos uicissim tanquam patres uererentur. Quāuis Imperatoribus alia quoq; nominis ratio reddi posset: Nimirum quod hi in nos eam potestatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc est uitae et necis. Cogitauit etiam plerūq; Augustus de reddenda Republica. Cūq; in Senatu sententiam suam exposuisset, rationarium Imperij tanquam illud restituturus cōsulibus tradidit. Sed Senatoribus siue per simulationem, siue metu, uel etiam ex composito reclamantibus, uariasq; rationes afferentibus, cur Reipub. Monarchia præstaret, in Principatu perseuerauit, Deos hoīesq; testatus intra decēnium se omnem administrationē depositurum. Sed cum ea tempora lapsa essent, rursusq; eiurare uelle Imperium simularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodē magistratu esset, decreuit: atq; iterū alijs decem annis, quibus ipse dein extinc-|[p. 95.]|ctus est, prorogauit. Quamobrem inde obseruatum est, ut eius successores, quāuis donec uixerint perpetuam administrationem recipiant, tamen singulis decē annis celeberrimos Ludos faciāt, tanquā principatū renouent. Ea festa decenalia, uicenalia, tricenaliaq; appellata sunt. Arelate Constantiū tricenalia celebrasse, theatralesq; et Circēses ludos, ambitioso apparatu ædidisse, autor est Amianus. Vouebantur autem hi ludi in proximos decem annos. Quapropter in antiquis nomismatis plerunq; huiusmodi inscriptio cernitur: VOT. X. VOT. XX. hoc est uotis decenalibus, uicenalibusq;. Trebellius quoq; in uita Gallieni: Conuocatis (inquit) patribus decenalia celebrauit, nouo genere Ludorum, noua specie pomparum, exquisito genere uoluptatum. Nazarius in Panegyrico: In destinatis, inquit, decēnijs iam uota properantia, et spes uolucres constituerunt. Sed et Mamertinus: Reseruo orationem quam quinquennio exacto decenalibus tuis dicam. Extat Romæ in Lateranensi Basilica Senatusconsultum æreis inscriptum notis, quo | [p. 96.] | potestas Vespasiano Imperatori data cognosci potest. Licere enim illi fœdus quibuscum uolet sancire, Senatum habere, remittere Senatusconsultum per relationem, discessioneq; facere. Si eius iussu

uel mandato eode præsente senatus haberetur, periude seruari, ac si ex lege Senatus conuocatus esset. Si quos Magistratus Senatui P. Q. R. commendasset suffragationeue sua adiuuisset, eorum comitijs etiam extra ordinem rationem habēdam. Fines Pomerij cum è Republica censebitur, proferre ei licere. Quicqd ex usu Reipublicæ, diuinarum, humanarum, publicarū, priuatarumq; rerum esse existimabit, ei agere facere Ius potestatemq; esse. Quibus legibus Plebiq; scitis scriptum esset, ne Augustus Cæsar teneretur, eisdem et eum solutum esse. Acta, gesta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatusconsultum, perinde rata haberi, ac si Populi Plebisq; iussu acta essent: si eius concessionis causa aliquid aduersus leges factum esset, fraudi nemini esse, neq; quicquam ob eam rem Populo dari debere, nec cui de ea re actionem iudicationemq; dandam. Quae tam | [p. 97.] | ampla autoritas Vespasiano præstita, uidetur mihi formula esse eius potestatis quam sibi Imperatores attribuebant.

Scribunt Iurecōsulti lege Regia, quæ de Imperio Augusti lata est, Pop. Rom. omne suum Imperium et potestatem concessisse. Iccirco autem legē eam Regiam appellari arbitror: quod Romuli constitutione ad Populum Ius Regis creādi pertineret. Vnde à Tarquinijs Seruio Tullo obijciebatur (ut T. Liuius inquit) quod iniussu Populi Regnum inuasisset. Cum ergo Augustus à Populo Rom. Imperator creatus est, uidetur Regiæ legis obseruatio in usum reuocata, quāuis Regiam plane potestatem, ille nunquam usurpauit: sed sua Populo, sua Senatui munia obire permissit. Comitia enim Magistratuum tum quoq; celebrabantur, conueniebātq; Tribus omnes, candidatosq; Populi arbitrio deligi ille sinebat, si modo eos approbasset: nec enim quicquam ab his fieri permittebat, quod præter animi sui sententiam esset, curabatq; id maxime ne indigni, aut quibus ius capessendi honoris non erat, per ambitum legibus eri- | [p. 98] | perentur. Quod et à Tiberio aliquoties obseruatum, donec id Iuris penitus sibi uendicauit, tradiditq; successoribus, ut necessario in urbe Roma Lex Iulia de ambitu cessauerit. Senatoribus quoq; Augustus non parum detulit, ex his enim xv. sortiri iussit, qui sibi sex mensibus in consilio essent: plerunq; et ipse sententiam in Senatu dicere, unà cum amplissimo ordine decernere. Ad hæc, iudicia Senatui permisit, cuius iuris causa antea toties armis certatum fuerat: sicq; publica negotia et priuatorum maxima tractabantur.

Omnium prætcrea Prouinciarū quæ sub Imperio Rom. erant formulam ita diuisit, ut aliæ Proconsulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præsidales essent. Proconsulares Senatui, Prætorias Populo demandandas

tradidit. In Præsidales ipse Legatū suum, qui nunc Præses, nunc Legatus Cæsaris eam ob causam dicebatur, mittebat. Deinde factum est, ut etiam Prætoriæ in Senatu per sortes decernerentur: nimirum sublatis ab Imperatoribus comitijs, qui conuentum Populi formidolosum existimabant. Scribit Strabo lib. ulti. omnes | [p. 99.] | Prouincias, alias Cæsari, alias Populo attributas: ex his quæ ad Populum pertinebant Proconsulares et Prætorias constitutas, quod uidelicet uiri consulares, uel prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant autem huiusmodi Prouinciæ imbelles, et quæ militari præsidio non indigebant, neq; proximos Barbaros habebant. Quæ enim ualidiores, et legionum ope indigentes, sibi conseruauit: eo uidelicet prætextu, quod Populo pacatiora quæq; et pulchriora concederet, ipse difficiliora, periculisq; et laboribus exposita retineret. Sed re uera (si Dioni credimus) ut in manu sua res omnis Militaris esset, Senatus autem Populusq; inermis Rempublicam repetere non auderet. Proconsulares Prouincias fuisse Libyam et Asiam citra Taurum Strabo autor est. Prætorias uero, in Hispanijs Bæticam, in Gallijs Narbonensem, tū Sardiniam cum Corsica, Siciliam, Illyricū qua in Macedoniā uergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprū, Bithyniam cum Ponto: Cōmutabantur tamen plerūq; arbitratu | [p. 100.] | Principis. Hinc Lampridius in Alex. uita, Prouinciarum alias Prætorias, Præsidales plurimas fecit, Proconsulares ex Senatus uoluntate ordinauit Suet. in Claudio: Prouincias Achaiam et Macedoniā, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quem ædidit libello de Rom. Imperij accessiōe, omni ex Aphrica sex Prouincias esse factas, quarum Chartago, Numidia, Cyrenensis, Consulares erant: Tripolis et Mauritaniæ duæ Sityphensis, et Cæsariēsis Præsidales. Pari quoq; numero diuisas Hispanias, in quibus Bethica et Lusitania Consulares: Tarraconensis, Carthaginiensis, Gallitia, Insularis, quæ et trans fretum, Præsidales, Sed et quandoq; Imperator Legatos suos seu Præsides in aliquam Prouinciam missos consulari potestate ornabat, ut uidelicet eius essent autoritatis cuius Proconsules. Sic C. Plinius Cæcil. Præses Prouinciae Ponti consulari potestate fuit, ut in antiquis marmoribus annotasse me memini. Maior autem Proconsulum dignitas quàm Legatorum ideo erat, quia non nisi Senatores | [p. 101.] | Consularesq; uiri Prouincias sortiebantur: cum ex Equestri ordine etiam Præsides eligi possent. Sane Proconsulum magistratus annuus, Præsidum certus finis non erat, sed in officio perseuerabant, donec successor à Cæsare mittebatur. Idq; in Augusti uita etiam Tranq. attestatur. Ius autē Milites decimādi, Ciuicaq; corona donandi Procōsulibus fuisse Tacitus lib. tertio osten-

dit. Idem xv. autor est, Qui Senatores filijs carerent Prouincias Præturasq; inter Patres sortiri non potuisse. Senatusq; consulto cautum ne fictæ adoptiones ulla in parte publici muneris orbis prodessent. Grauiorem autem Prouincijs Proconsularem fuisse administrationem quàm Præsidum, idem ostendit: dum libro primo tradit, Achaiam et Macedoniam onera deprecantes, Proconsulari Imperio ad presens leuatas, Cæsariq; traditas esse. Cuius rei eam rationem suspicor, quod Proconsularium Prouinciarum uectigalia et tributa publica Pop. Rom. erant, et ad ærarium pertinebant, neq; ea diminuendi Proconsuli ius esset. Quæ uero Præsidibus in prouincijs colli-|[p. 102.]|gebantur, ad Principem eiusq; Fiscum spectabant, iusq; illi remittendi erat. Hoc enim differt ærarium à fisco, quod illud publicum, hoc est Populi Romani, Fiscus Principis est. Quod apertissime C. Plinius in Panegyrico ad Traianum Cæsarem ostendit: At fortasse non eadem severitate Fiscum qua ærarium cohibes? imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Hinc est quod maxime in Proconsularibus Prouincijs Procuratores Cæsaris erant. Qui ea procurabant quæ ad Cæsarem ipsum seu Fiscum pertinerent. His uaria potestas attributa à Principibus fuit. Tiberius ius in seruitia familiaresq; pecunias solum dedit, adeo ut Lucillium Capitonem procuratorem in Asia suum à Senatu damnari permiserit, quod præscripta mādata excessisset, uimq; Prætorum usurpasset. Amplius Claudius Cæsar concessit, effecitq; ut Senatusconsulto caueretur, parem uim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Hinc maximam sibi uim Cumanus et Felix, eius |[p. 103.]| in Iudæa Procuratores usurparūt, de qua merito Iosippus conqueritur. Illud constat sub Traiano aduersus inuitos iurisdictionem nullam Procuratoribus fuisse, ut disceptantibus liberum esset eos non eligere, adhiberi tamen in consiliū à Præsidibus debere, cum de causa Fiscali agitur. Idem Imperator Cæcil. Plinio rescripsit. At hodie dubium non est quoties inter fiscum et priuatum quæstio uertitur, eos adeundos esse. Scribit Lampridius Alexand. Imperatorem eos sæpius mutare solitum fuisse, ne annum excederent, etiam si boni essent, sibi inuisos affirmasse, tanquam necessarium malum. Hosce Procuratores Cæsaris, et Procuratores Fisci eosdem fuisse non ambigo, qui et alio nomine Rationales, et Procuratores patrimonij appellantͬ: Idq; in Cōmodo Lāpridius, et ī Maximini uita Capitolinus ostēdunt. Sed et in Pio, Procuratores, inquit, suos et modeste suscipere tributa iussit, et excedentes modū, rationē factorū suorū reddere præcepit: nec unquā lætatus est lucro quo Prouincialis opprimeretur. |

[p. 104.] | Procurator uero priuatæ rationis, cuius quadam Alex. constitutione mentio est, ut non multum à cæteris Rationalibus differebat, ita præcipuum Aegyptij magistratus nomen erat. Denicto enim apud Actium Antonio, extinctaq; Cleopatra, In formam prouinciae C. Octauius Cæsar Aegyptum redegit. Et quoniam seditiosissimi naturaliter erant Aegyptij, opportunaq; tellus alēdo bello, noluit eā per Senatores administrari, ne Popularibus studijs ducti facile ad Imperium aspirarent, idq; et Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. II. Augustus inquit, inter alia dominationis arcana uetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam Prouinciam claustraq; terræ ac maris, quāuis leui præsidio, aduersum ingentes exercitus præsedisset. Sed et in XII. Diuus Augustus apud Equestres qui Aegypto præsiderent lege agi, decretaq; eorum perinde haberi iusserat ac si magistratus Romani constituissent. Vopiscus scribit, Aurelianum Imperatorem Saturnino mādasse |[p. 105.]| ne Aegyptum uideret. Quod praeceptū cum ille spreuisset, leuissima gens reromq; nouarum auida, eum Imperatorem salutauit, quæ necis eius causa fuit. Strabo autor est, deuicta Cleopatra in certam administrationem Aegyptum redactā, expurgatamq; à Romanis, et ad eā mitti solitos moderatione et prudentia insignes uiros sub Præfecti titulo, is est Præfectus Augostalis, qui uicem Regis obtinet. Est et *Δικαιοδότης*, idest Iuridicus, in cuius potestate maxima est iudiciorum pars. Est et qui *ἴδιος λόγος*, quem ego Procuratorem priuatæ rationis interpretor. Ad quē indagatio bonorum uacantium pertinet, earumq; rerum quæ Cæsari debentor. Horū comites sunt Cæsaris Liberti et Actores, quorum fidei maiora minoraq; iudicia creduntur. Ex Patrijs autem magistratibus apud eos est *ἐξηγετὴς* quasi Quæstorem dicas, qui purpurā gestat, alijsq; Municipalibus honoribus est īsignis, oīumq; curam habet, quæ ciuitati utilia sunt. Est et *ὑπομνηματογράφος*, idest Cōmentariensis seu Scriba. Tum *ἀρχιδικαστὴς* Iodicialem Præfectū recte appellaoeris. *τέταρτος δὲ ὁ* | [p. 106.] | *νυκτερινὸς στρατηγός*. idest Nocturnus Prætor. Sane Hypomnematographi quoq; mentio est Theod. et Valentiniani Constitutione quadam (*l. si quos. C. d' decur.*). Ea enim sancitum est, quoties Hypomnematographus aliquos qui munera subeant nominat, si sponte illi acciti sunt, Præfecti Augustalis consensum non esse expectandum, sed protinus functionem exequendam. Quam cōstitutionem ex Doctoribus nostris nemo hactenus mihi uidetur percepisse.

Cæterum erant etiā Procuratores Cæsaris, non in uniuersum alicui Prouinciæ dati, sed particulariter alicui negocio: quod ex antiqua

inscriptione couiectari pronum est, quæ Corinthi in hæc uerba adhuc legit̄: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciæ, Achaiæ et Epyri et Thessaliæ, Rationalem purpurarū, Proc. ab ephemeride, Proc à mandatis, Proc. à præd. Gallian. Procur. saltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpositum à Fiblis, Præpositum à christallinis, hominem incomparabilem. Tixander Aug. lib. officialis.

Et hi quidem sunt magistratus, qui ab | [p. 107.] | Augusto constituti, diu perseuerauerunt, et tempore quo Iurisconsulti nostri florebant, maxime niguerunt. Nam posteriores deinde Imperatores, quorum princeps Constantinus, qui Romanorum Coloniā Byzantium transtulit, aliam ipsi formam commenti sunt: Tumq; cœperunt alij Patritij esse, quàm prius erant, aliaq; Præfectorum prætorio Iurisdictio. Hinc Magistri militum, Magistri officiorum, Comites sacrarum largitionum, Comites rei priuatæ, Comites sacri Palatij, Comites sacri patrimonij. Quorum officia quāuis in constitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc disserere ab re non erit. Constantinus igitur Romanorum ciuium Coloniam cum Byzantium transtulisset, sedē quoq; eam urbē Orientalis Imperij esse uoluit, Prouinciasq; certis limitibus designauit, quibus suos Magistratus dedit, Militiāq; ordinauit: cuius rei formulam à successoribus quoq; obseruatam, ex antiquo eodemq; innominato autore referemus: Is in hunc ferè modum scriptum reliquit |

[*Sequitur* (pagg. 108 ... 120.) *praeter ea quae ex Notitia Occidentis ultima columna exhibet, Notitiae Orientis imperfectum exemplum, cuius primam cum duabus postremis paginis, ut specimen lectoribus demus, quam accurate prae typographi instrumento fieri potuit, repetendas curavimus.*]

108

INDEX DIGNITATVM CIVIlium Militariumq; in Oriente.

Praefectus praetorio oriētis.
Praef. praetorio Illyrici.
Praef. Vrb. Constantinopolitanae.
Magistri Eq. et Ped. duo. praesentiales.
Magistri Mil. III. *per oriētem Thracias p Illyricū.*
Praepositus sacri cubiculi.
Magister officiorum.
Quaestor.
Comes sacrarū largitionū.
Comes rerum priuatarum.
Comites domesticorum duo, equitum et peditum.
Primicerius.
Sacri cubiculi.
Notariorum.
Castrensis.
Sacri Palatij.
Magistri scriniorum.
Magistri memoriae.
Magistri epistolarum.
Magistri libellorum Graecorum.

Proconsules duo.
Asiae,
Achaiae.
Comes orientis.
Praef. Augustalis.
Vicarij quatuor.
Asianae diocaeseos.
Ponticae.
Thraciarum.
Macedoniae.
Comites Rei Militaris duo.
Aegypti.
Isauriae.
Duces per Aegyptum duo.
Libiae.
Thebaidos.
Per Orientem VI.
Phaenicis.
Euphratensis.
Syriae Palestinae.
Osrheniae.
Mesopotamiae.
Arabiae.
Per ponticam unus.
Armeniae.

Per Thra

Secundocerium officij qui tractat chartas et caeteros Palatinos officij.

SVB COMITE DOmesticorum.

Domestici Equites.

Domestici Pedites.

Deputati eorum.

SVB SPECT. V. *Castrensi.*

Paedagogia.

Ministeriales dominici.

Curae Palatiorum.

OFFICIVM.

Tabularius dominicus.

Tab. Dñ. Augustarum.

Adiutor.

Chartularius.

Scrinium ipsius.

Caeterij Palatini officij.

SVB DISPOSITIOne *V. Illust.*

Primicerij Notariorum, omnis dignitatum et administrationum notitia, tā Militariūm quàm ciuilium: Scholas etiam et numeros tractat, officium autem non habet sed adiutorē de Schola notariorum.

MAGISTER ME*moriae adnotationes omnes dictat et emittit, et preces respondet.*

MAGISTER EPI*stolarum legationes ciuitatum, consultationes et preces tractat.*

MAGISTER EPIST. *Graecarū, eas epistolas quae Graece solent emitti, aut ipse dictat, aut Latine dictatas transfert in Graecū: officium ex ipsis nemo habet sed Adiutores electos de scrinijs.*

SVB V. SP. PROcons. *Asiae.*

Asia.

Insulae.

Hellespontus.

SVB V. SP. PROcons. *Achaiae.*

Achaia.

OFFICIVM VTRIVSQ. *Procons.*

Princeps de Schola agens tiū in rebus ducenarijs, qui adorata clementia Principali cum insignibus exit transacto biennio.
Cornicularius.
Commentariensis.
Quaestor.
Adiutor.
Ab actis.
Numerarij.
A libellis.
Exceptores.
Caeteri Apparitores.

SVB .S. V. COMITE *Orientis.*

PROVINCIAE ORIENtis XV.

Quarum nomina supra retulimus.

OFFICIVM *Idem ferè cum officio Proconsulum.*

SVB PRAEF. AV*gustali.*

Prouinciae Aegypti VI.

SVB VICARIIS.

Suae unicuiq; Prouinciae supra recitatae.

SVB V. PERFECTISS. *Praeside Dalmatiae.*

Prouincia Dalmatia.

OFFICIVM.

Principem.
Cornicularium.
Tabellarios duos.
Commentariensem.
Adiutorem.
Ab actis.
Subadiuuam.
Exceptores.
Reliquos Cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiae Principalis.

CAETERI *Praesides ad similitudinem Praesidis Dalmatiae officia habent.*

Idem et de VIRO CL. *Cōsulari Campaniae, Itēq;* V. CL. *Correctore Apuliae et Calabriae constitutum est.*

FINIS.

II.
EX GEORGII FABRICII
CHEMNICENSIS
ANTIQUITATIS MONUMENTIS INSIGNIBUS

BASILEAE APUD IOANN. OPORINUM ANNO CIↃIↃXLIX. EDITIS QUEM LIBRUM LITTERA b INDICAMUS.

46

ROMANARVM DIGNITATVM ET ADMINISTRATIONUM tam ciuilium quàm militarium in Occidentis regionibus Index, Hadriano Imperante.

Ex antiquis mẽbranis impreſſus in Italia. Fertur extare copioſior in quadam bibliotheca Pariſienſi. Prior Index Orientis, cuius in hoc ſit mentio, non extat. Sex. Aurelius in uita Hadriani ſic ſcribit: Officia ſanè publica & Palatina, nec non militiæ in eam formam ſtatuit, quæ paucis per Conſtantinum immutatis, hodie perſeuerant.

Praefectus praetorio Italiae
Praefectus praetorio Galliarum
Praefectus Vrbis Romae
Magister Peditum in praesenti
Magister Equitum in praesenti
Magister Equitum per Gallias
Praepositus Sacri cubiculi
Magister Officiorum
Quaestor
Comes Rerum Sacrarum
Comes Rerum Priuatarum
Comes Domesticorum Equitum

Comes

72 ANT. MONVMENTA.

Praepositus limitis Montensis in castris Leptitanis.

OFFICIVM EIVS VIRI HABET

Principem ex officijs
Magistrum militum Praesentalium, uno anno à parte pedi tum, alio à parte equitum.
Cornicularium

Similiter se habent cæteri Comites.

Sub dispositione Ducum sunt

Equites
Legiones
Cohortes, etc.

SVB DISPOSITIONE CLARISSIMI

Correctoris Apuliae et Calabriae sunt:

Apulia
Calabria.

OFFICIVM CORRECTORIS

habet ita:

Principem ex eodem officio
Cornicularium
Tabellarios duos
Commentariensem
Ab actis
Adiutorem
Subadiuuam
Exceptores
Cortallinos caeteros, quibus non licet ad aliam transire militiā sine aduotatione Clementiae Principalis.

Caeteri

ANNOTATIONES. 73

Caeteri CORRECTORES *ad hunc modum officium habent, ut et* PRAESIDES.

FINIS.

III.
ANTONII SCHONHOVII
AD
IOANNEM OPORINUM
EPISTOLA
CUM SPECIMINE EXEMPLI SCHONHOVIANI.

EX LIBRO ς² (BASILEAE APUD OPORINUM ANNO CIƆIƆLII. EDITO).

IOANNI OPORINO SVO,
Ant. Schonhouius.

Extorsit tibi libellos hos à me G. Cassander noster: quorum alter continet imperij Romani Praefecturas, ea ferè forma atq; ordine, quo illae ab Hadriano Imp. (ut Sex. Aurelius et Cassius testantur) constitutae fuerunt: alter uerò Prouincias omnes habet, quas Romani, cum res eorum amplissima esset, obtinebant: quanquam posteriori tempore, quo multae iam illis Prouinciae ademptae erant, cōscriptus esse uideatur. Non incommodus est uterq; intelligendis Imp. legibus et historijs, maximè ijs quae uergentis imperij Romani aetatem respiciunt. Vale: reliqua quae à nobis desideras, accepturus aliàs, si Deus dederit. Brugis. 4. Nonas Iulij. 1551.

3

DIGNITATES AD-MINISTRATIONESQVE RO-*manae per Orientem.*

PRæfectus Pretorio Orientis
Præfect. Pret. Illyrici
Præf. urbis Conſtantinopolitanæ
Magiſter equitum in præſenti
Magiſter peditum in præſenti
Magiſter militum per Orientem
Magiſter militum per Thracias
Magiſter militum per Illyricum
Præpoſitus ſacri cubiculi
Magiſter officiorum
Quæſtor
Comes ſacrarum largitionum
Comes rerum priuatarum
Comes domeſticorum equitum
Comes domeſticorum peditum
Primicerius ſacri cubiculi
Primicerius Notariorum
Primicerius Caſtrenſis
Primicerius ſacri cubiculi

A 2 Magi-

58

Singulares, et ceteros Officiales, ceteri Vicarij eodem ordine procedunt.

SVB DISPOSITIONE SPE-
ctabilis uiri, Comitis Africae, sunt limitanei,

Præpositus limitis Tamalensis
Præpositus limitis Montensis in castris Leptitanis, etc.

OFFICIVM *autem habet,*

Principem ex Officijs
Magistrum militum
Præsentalium uno anno à parte peditum, alio à parte equitum, Cornicularium, et cætera.
Similiter se habent cæteri Comites.

SVB DISPOSITIONE
Ducum sunt,

Equites
Legiones
Cohortes, etc.

SVB DISPOSITIONE
clariss. Correctoris Apuliae et Calabriae, sunt,

Apulia

59

Apulia et Calabria.

OFFICIVM *habet ita*,

Principem ex eodem Officio
Cornicularium
Tabellarios duos
Commentarienſem
Ab actis
Adiutorem
Subadiuuam,

Exceptores, et cæteros Caſtallinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam, ſine adnotatione clementiæ Principalis.

Cæteri Correctores ad hunc modum officium habent, ita et Præſides.

FINIS.

IV.

SIG. GELENII

AD ANDR. VESALIUM EPISTOLA DEDICATORIA

ET

BEATI RHENANI

ILLYRICI PROVINCIARUM DESCRIPTIO.

EX ∂ (GELENII EXEMPLO ANNO CIƆIƆXLII. BASILEAE EDITO) REPETITAE.

CLARISS. VIRO D. ANDREAE

VESALIO, INVICTISS. CAROLI AVG.

medico Sig. Gelenius Salutem.

Cvm opus hoc tot seculis abditum, in lucem tandem prodire ex officina Frobeniana literatorũ cõmodis iam dudum deditissima gestiens patronum sibi quæreret: merito conueniẽs uisum est uir doctissime, ut ad te IMPERATORIS summi medicum, iret Imperium tam graphicè depictum: quandoquidem ipsi Augusto fortè non uacat nunc hæc prisca cognoscere. Ordinauit primùm, ut erat necesse mutata republica, eius prouincias ille Augusti nominis conditor, dispositis per limites et cætera opportuna loca legionibus. creuit post hunc prouinciarũ numerus Adrianũ usq; Cæsarem: qui multa nouauit circa dispositionẽ harum: mansitq; eius institutũ usq; Diocletianũ feralem pijs principem: quo tempore ascito in rerum fastigium Maximiano collega potestatis sacrosanctæ, sub duobus Augustis totũ orbem Romanũ moderantibus, dignitates etiã inferiores duplicatæ sunt: ac paulo post iubente Constantino religiosissimo Cæsare Oriẽti quoq; noua Roma addita. Mutauerũt et successores quædã, pauca tamen. At in hac postrema dispositione, quæ usq; fatales illas Barbarorũ ir-

ruptiones paulo post secutas durauit, tam cōcinnus ordo est, ut si quis obseruet partitionē, primū in dioceses, mox in prouincias, ceu maiora minoraq; mēbra totius corporis: ad hæc Rectorū tam ciuiliū quam militariū quosdā gradus: dignitates itē palatinas ac officia, tum minores apparitiones celsarū potestatū, suis quæq; locis apte disposita res ipsæ satis declarent nomina sua, tametsi quædā non admodū protrita, nec passim apud uetustiores obuia. Vnus Ammianus Marcellinus lucis aliquid potest his addere, et ipse recipere non parū. Expectabamus et Beati Renani explicationē uocū aliquot recentiorū: sed dum cunctatur, fato cōcessit re infecta, nisi quod luculentā Illyrici descriptionē, hic adiectā, reliquit. Quia uero in hoc codice crebra fit mētio Ducū atq; Comitū, quæ dignitates hodieq; proxime regiā sunt, libet quæ de harū origine obseruauimus, cōpendio dicere. Vtcunq; rei Romanæ summa post quingentesimū fermè annū rursum ad unū caput redijt, non cōtinuò tamē omnis antiquata est senatus autoritas. nam Cæsar Octauianus, princeps populi Romani appellari uoluit non rex, tribunitia potestate contentus, omissa dictatoria. nec à Tiberio, molesto licet principe, extorqueri sibi passi sunt patres cōscripti id q̄d Augustus reliquū ipsis fecerat. Primus Caligula ex professo dominū egit, ac ne diademate quidem abstinuit. quo cæso senatus iniuriæ memor, Cæsarū gentē ac nomē decreuit tollere. et fecisset, ni coactus fuisset militū Claudio fauentiū uiolētiæ cedere. Secuti aliquanto post meliores principes habuerūt suū honorē amplissimo ordini, et in primis Adrianus, qui quidē Adrianus tandē senatū in aulā suā quodāmodo transtulit. nam receptis senatorū optimatibus in amicorū cohortē, quæ superiorū imperatorū tēpore promiscue cōstare solebat ex equestri ordine ac senatorio, domesticū quendam senatū circa se habuit: qui quoniā is cōtinuatis penè delectaret͛ peregrinationibus, comitatus Cæsaris dici cœptus est, et ipsi amici Comites. eorū consilijs atq; opera in bello ac pace usus est. unde sicut palatinas aliquot dignitates legimus, Comitē largitionū, Comitē priuatarū, et cæteros: ita rei militaris Comites uarios. Erāt iam tum apud Germaniæ quoq; reges, quorū populi deinde inundauerunt in Occidētis prouincias, similes domestici proceres, uirtute rerūq; usu eximij, et ipsis regibus cōiuncti genere, quos ideo Regales Regulosue Romani tū uocabāt, Grauiones dictos lingua patria. unde cōpositæ uoces, Landgrauij, Marcgrauij, Pfaltzgrauij, Burggrauij, quos latine licet Comites prouinciæ, limitis, palatij, arcis præsidijq; dicere. Sed apud Romanos primus diuus Cōstātinus Augustus, quo militaribus gratificaret͛, lege cautū uoluit: ut qui agri, uillæ, oppida, Co-

mitibus et Ducibus, atq; adeo Præfectis quoque tribunisq; emeritis assignabant ad honestū uictū, et parochiæ tū, quasi dicas præbēdæ, uocabant, ad hæredes trāsirēt: atq; ita opes accesserūt dignitatibus. quē morē et Longobardi reges imitati sunt, diuiserūtq; in ducatus atq; comitatus totā sibi subiectā Italiā. Sed prisci illi Comites dignitate Ducibus pares erant, potestate quidā maiores etiā. nam Comes Oriētis præerat in bello paceq; Præsidibus amplarū quindecim prouinciarū. Erant et Comites rei militaris in aliquot prouincijs, qui militem curabāt, relicta iurisdictione Præsidibus. Idem in alijs prouincijs faciebant Duces, nomen olim in liberis ciuitatibus officij magis quam dignitatis aut potestatis. tunc enim post Imperatorē honorati erant in militia, Legati, Tribuni, Præfecti. Cæterum hæc NOTITIA, dum Romana res staret, adseruata penes Primiceriū notariorū, et tandē afflicto ac penè exciso imperio, cū cæteris spolijs in barbarorū manus delata, nunc demū ex ultimis Britannis antiquariorū studijs repetita, innotescit auspicio felici tui nominis, æque clari ac gratiosi apud omnes quibus cordi sunt bonæ literæ. Tu uero qui instauratorē pristinæ amplitudinis imperij CAROLVM AVGVSTVM cōseruas tuerisq; ope diuina uerius quam Apollinea, fruere hoc egregio spectaculo: quod subijcit oculis uniuersum ueterē statū Imperij, simulq; partes eius singulas, hoc est, Italiam almam et Oriētis Occidētisq; prouincias, alias togatas, alias palliatas, nōnullas ut in mira amplitudine, cultu linguaq; semibarbaras: priscas itē ac recentiores dignitates, sine ciuiles siue militares siue aulicas: Præfectos prætorio, Magistros militum, Proconsules, Consulares, Præsides, Comites Ducesq;: et sub ijs legiones peditum alasq; equitum uel cataphractorū uel sagittariorum, easq; insignitas proprijs armis uariegatasq;, ne cuius uirtus in obscuro esset, quoq; magis caueretur ignominia: ad hæc auxiliares utriusq; generis ex fœderatis mercenarijsue Barbaris, unà excubantes per suas stationes pro incolumitate publica. Fruere inquam, sed non absq; riualibus hac pulcherrima imagine, inuitante uiros fortes ad æmulationem maiorum, literatis uero uberiorem cognitionē rerum suppeditante: et meam fidem, quam tibi dudum obstrinxeram, liberatam nunc existima. Equidem cupiebā iam antè extare monumentum aliquod mutuæ nostræ beneuolentiæ, ucrū tua humanitas hoc quod primum fors obtulit, æqui boniq; consulet. Vale, et studijs quæ exornas, fauere perge. Basileæ, mense Ianuario, anno à natali CHRISTI seruatoris M. D. LII.

ILLYRICI PROVINCIARVM VTRIQVE IMPERIO CVM ROMANO TVM CONSTANTINOPOlitano feruientis, defcriptio.

BEATVS RHENANVS LECTORI S.

Cvm Romani Imperij præter eam quæ Romæ erat ueterem unicamq; sedem, altera noua coustitueretur in Oriente apud Byzantium, quæ tum Constantinopolis ab autore et amplificatore suo Constantiuo Aug. dici cœpit, atq; ex una Republica duæ Respublicæ fieret, Occidētis una, altera Oriētis: id quod biceps aquila designat (magno sanè errore eius quē tamen nominare nolo, qui Maximiliano Cæsari persuadere conabatur ut bicipitis aquilæ symbolum pictū scalptumue quasi monstrum aboleri per edictū ubiq; iuberet) accidit ut etiam magistratus noui propter eam diuisionem crearentur ad peræquationem quandam ipsius iam gemini Imperij. Exempli gratia, In Occidente uir illustris Præfectus Prætorio Italiæ in sua latissima administratione etiam sibi attributas habebat Illyrici prouincias sex (quod ego docēdi causa Illyricum Occidentale uoco, quoniam ad Occidentis Imperium pertinebat) has uidelicet: Dalmatias, Pannoniam primam, Pannoniam secundam, Saulam, Noricum mediterraneum, et Noricum ripeuse. Proximus erat cum Præfecto Vrbis Præfectus prætorio Galliarum amplissimus magistratus. Ad huius ergo ordinationis imitationem, ne quid Orientali Imperio ad splendorem deesset, præter Præfectum prætorio Orientis, et Præfectū Vrb. Constantinopol. institutus est quodammodo Præfecto Prætorio Galliarum respondens Præfectus prætorio per Illyricum (ut et Magister militum per Illyricum) cui subiectæ sunt duæ diœceses Macedonia et Dacia, quarū quæq; in suas prouincias rursum subdiuiditur, quemadmodum in hac charta licet intueri iuxta autoritatem eius uoluminis quod Notitias Orientis et Occidentis scriptura picturaq; exprimit, hoc est, nouas immutati Imperij formulas sub posterioribus Imperatorib. quarū bonam partem DOMINVS NOSTER THEODERICVS, quem uulgus Veronensem appellat, primus ex Germanis per sacram pragmaticam sanctionem à Zenone Aug. in Imperij Occidentalis possessionem immissus et factus atq; à senatu populoq; Romano receptus Cæsar, sub sua ditione retinuit. Porrò non magis mirum uideri debet Illyricum uetus et Occidentale sub se cōprehendisse Pannonias atq; Noricum, quàm Illyricū Orientale ad Macedoniam, Thessaliam, Epirum, Achaiam, Cretam et Dardaniam usq; fuisse extētum. Sic collibuit Imperatoribus partientibus atq; ad certum ordinē prouincias redigentibus.

Imperium Orientale.

Effigies urbis Constantinopolitanae.

Sedent tres barbati principes sceptra tenentes; singulis superscriptum est: DD. NN. ARCADIVS ET HONORIVS AVG

Præfectus urbis Constantinopolitanæ.	Præfectus Prætorio Orientis.	Præfectus Prætorio Illyrici.

Illyrici Orietalis diœceses duæ, Macedonia et Dacia, quae erant sub dispositione illustris Præfecti Prætorio per Illyricum.	Macedoniæ erant Prouinciæ sex.	ACHAIA habebat Proconsulem. MACEDONIA habebat Consularem. THESSALIA habebat Præsidem. CRETA habebat Consularem. EPIRVS uetus, habebat Præsidem. EPIRVS noua et pars Macedoniæ Salutaris habebat Præsidem.
	Daciæ Prouiucie quinq;	DACIA mediterranea hab. Cōsularē. DACIA ripensis, habebat Præsidem et ducem limitaneum. MOESIA prima et secunda, habebat Præsidem. DARDANIA habebat Præsidem. PRAEVALITANA et pars Macedoniæ habebat Præsidem.

Imperium Occidentale.

ROMA.

Effigies urbis Romae.

Sedent tres barbati principes sceptra tenentes; singulis superscriptum est: DD. NN. ARCADIVS ET HONORIVS AVG

Præfectus urbi Romanæ.

Præfectus prætorio Italiæ.

Præfectus prætorio Galliarum.

Illyrici Occidentalis prouinciæ sex, uidelicet Dalmatiæ, Pannonia prima, Pannonia secunda et Sauia, Valeria, Noricum mediterraneū, et Noricum Ripense, quæ erant sub dispositione illustris Præfecti prætorio Italiae. Nam de his accipiendum cum legimus illum præter Italiam et Africam, etiam Illyricū sub se habuisse. Proinde uoco Occidentale, respiciendo ad supremam illā administrationē ac sedem Præfecti prætorio Italiæ ad quē prouocabat.

Illyrici Occidentalis Prouinciæ sex, uidelicet

- PANNONIA prima habebat Consularem.
- PANNONIA secunda.
- SAVIA siue Pannonia Ripariensis habebat Correctorem.
- VALERIA Ripensis habebat Ducem limitaneum.
- DALMATIAE habebant Præsidem.
- NORICVM mediterraneum
- NORICVM Ripēse, habebat Ducem limitaneum.

Huc pertinet quod Sextus Ruffus v. c. in compendio historiarū ad Valentinianum Aug. de utroq; Illyrico intelligens Orientali et Occidentali, decem et septem Illyrici prouincias enumerat, ijs uerbis, Habet, inquit, Illyricum decem et septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam, Dacias duas, Et in ditione Macedoniæ sunt septem, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Præualis, et Creta. Hæc ille. Cæterum nemo mirabitur Pannoniam siue Noricum Illyrico adscribi, qui cogitabit Illyriorum, qui et postea Dalmatæ dicti sunt, nobilitatem uetustatemq;. Nam ab interiori insigniorig; populo etiam extremas ad Danubium uergentes nationes libuit antiquis Illyriorum nocabulo generatim complecti. Quam rationē secutus Iulius Cæsar scribit Rhenum flumen Sequanos, Mediomatricos, et Treuiros præterlabi, clarissimorum populorum fines tam laté extendens. Ergo prouinciæ istæ Illyrico accensebuntur propter primæuam originem, quam posteriori tempore gubernationis causa facta diuisio consecuta est. Nolo primi Illyricarum gentium conditoris Illyrij illius Polyphemi Galateæq; filij genus posteritatēq; prolixius recensere, quod ab alijs fieri uideo. In primis meminerimus Diœceseis Episcopales Christianæ religionis multis certissimisq; indicijs Romanam antiquitatem nobis repræsentare. Notum autem est priusquam Vienna ac Noua ciuitas proprios episcopos impetrassent, quem antistitem agnouerint. Adeo omnia ad interiores nationes propter originem nobilitatēq; referuntur. Quinetiam certum nobis testimonium diligentissimus Geographorum Strabo præbet cum libro septimo Illyricas prouincias Istro Alpibusq; contiguas esse dicit, Italiamq; inter et Germaniam sitas. Intelligit autem Germanorum nomine eum scribit Illyricorū loca Italiam et alpes, Germanos et Dacos ac Getas attingere, Marcomannos præcipué infra quos Quadi habitabant, utriq: trans Danubiū, ubi adhuc est Marcomannorum campus, et Vngaria transdanubiana uersus Septentrionem in Quadorum regione. Subditq; Strabo descriptis Illyricis Alpibus quas à Vindelicis hoc est Bauaris montanis inchoare dicit, Reliquam, inquiens, plagam Pannonij obtinent, usq; ad Segesticam atq; Istrum ad Septentrionē atq; Orientem. Ad alias autem partes amplius etiam porriguntur. Et post multa addit sui temporis Imperatores Polam usq;, oppidi in Istria nomen est, terminos Italiæ extendisse. Quid ergo mirum si istas supra nominatas prouincias Illyrico propter originis et uetustatis nobilitatem, atq; Præfecturæ Prætorianæ Italiæ subiectas legimus? Etenim Prætorij Italici iurisdictio Pannoniam Secundam inter prouincias Occidentalis Imperij ultimam cōplectebatur cum Sauia atq; Valeria, ad cuius finem

Oriētalis administrationis initium erat. Debet autem præter omnia ista, autoritas Imperatorum nobis pro lege esse. nec obstat quod huiusmodi siue diuisiones terrarū siue coniunctiones apud autores uetustiores disertè non occurrunt. Multa nanq; excogitauit posteritas, dum prouincias plerasq; rursum per primæ et secundæ nomenclaturam distinguit. Id quod apud antiquissimos scriptores non reperias. Videre uero licet Illyrici uetustam amplitudinem ex eo quod Appianus Græcus scriptor quicquid prouinciarum citra Alpes est, à Romanis Illyrico attribui scribit, etiā Rhetias ipsas, ut de inferioribus istis prouincijs, de quibus nobis disputatio est, minus sit mirandum. Atq; hinc multorū autorum loca melius intelligentur, ut cum Ausonius canit: Illyricis regnator aquis tibi Nile secundus Danubius lætum profero fonte caput, nimirum propter Sauum ex Carnicis alpibus, et Drauū è Noricis atq; alios fluuios prouinciarum inferiorum in Danubium exonerantes: Et cum Herodianus tradit, Illyricas gentes solas discrimen facere inter Italiam et Germaniam, ut de Ammiano Marcellino et alijs taceam: Item quod de Occidentali Illyrico accipiendum sit, cum codicis Theodosiani libro Nono Imppp. Grat. Valent. et Theod. A. A. A. ad Flauianum PF. Illyrici et Italiae scribunt: ut de Orientali Illyrico, quoties simpliciter Illyricum nomināt ad Thalassium et simileis Præfectos prætorio passim scribentes. Cæterum nihil clarius totam rem indicat quàm antiquum illud uolumen quod Notitias cum Orientis tum Occidentis continet cuius supra meminimus, à quo dissentire nephas. unde et præcedens descriptio desumpta est, pauculis adiectis crassiore, quod aiunt, musa, quo uetustas illustraretur. Vale Lector et felix esto.

V.

G. PANCIROLI

AD CAROLUM EMANUELEM SABAUDIAE DUCEM
EPISTOLA DEDICATORIA

FRANCISCI POLAE AD PANCIROLUM CARMEN GRATULATORIUM

PANCIROLI IN NOTITIAM UTRIUSQUE ROMANI IMPERII PRAEFATIO.

EX $\mathfrak{C}^1$ (EXEMPLO VENETIIS ANN. CIↃIↃXCIII. EDITO).

ITEM EX $\mathfrak{C}^3$ (EXEMPLO LUGD. ANN. CIↃCIↃCVIII. EDITO) NONNULLA.

SERENISSIMO
CAROLO EMANVELI
SABAVDIAE DVCI,
ET SVBALPINORVM
Principi Amplissimo.

Magna mihi semper admiratione visa sunt digna in re bellica Romanorum ingenia, Serenissime Princeps, quae miram in instruendis aciebus artem, eligendis ad castrametandum locis, atque disponendis castris prudentiam, explorandisq; hostium consilijs industriam, ac denique in omnibus superandis difficultatibus animum, atque incredibilem solertiam ostenderunt, in aptandis testudinibus, ac vineis, erigendis turribus, atque arietibus, aliisq; innumeris tormentorum generibus parem diligentiam exhibuerunt, quibus magnam orbis terrarum partem subegerunt. Sed cùm sapientiam intueor, qua tot moribus, et linguis dissonas sub imperio gentes prudenter rexerunt, et partas opes, ac regna contra imminentes, et futuras procellas munierunt, et graui iudicio cuncta disposuerunt, non mi-

norem hinc laudem mihi uidentur promereri. Quemadmodum enim fernentes aquae semper ebulliunt, nec vnse queunt contineri, sic tot populorum aestuantia ingenia difficillimum fuit cohibere: sed quae in domandis, eadem in continendis quoque in officio gentibus, et clarior etiam virtus enituit, quod et Poeta Romanorum proprium esse his versibus significauit.

Tu regere imperio populos Romane memento,

Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem.

Singulis enim prouinciis ad efferos animos frenandos, iura et magistratus cum armatis militibus praefecerunt, in limitibus imperii Duces cum validis praesidiis locarunt; Alios exigendis vectigalibus, ac tributis praeposuerunt, quibus attenuati populi viribus destituebantur, et fiscus adauctus in dies potentior fiebat. His nixum totum stetit, ac creuit imperium, quibus confirmandis, atque adeo ampliandis, omnem diligentiam et studium Romani Principes adhibuerunt. Neque haec vigilanter exercuisse contenti, ad successorum eruditionem, et omnia in officio facilius continenda, cuncta in libro descripta haberunt, qui prius Breuiarium, seu ratiocinarium imperii, mox Notitia est appellatus, in quo ciuiles magistratus, et militares, legiones, auxilia, cohortes, vexillationesq; singulae cum suis symbolis, et insignibus officiisq; positae comprehendebantur. Pecuniae etiam publicae, ac priuatae Principis exactores, ac caeterae Palatinae dignitates quaeq; cum scriniis ac codicibus annotabantur, in quibus argentum, vestis, supellex, ac reliqua Principis en ordine ac diligentia descripta conseruabantur, vt nihil inde posset deperire. Haec omnia vtriusque Romani imperii tùm in duo diuisi, id est Orientis et Occidentis continet Notitia, sed ita ieiunè posita, vt indicis tantùm vice fungatur. Itaque res vetustae, altaq; caligine conditae obscurae relinquuntur, vt legentes incerti et perturbati discedere cogantur, et vt ait Poeta.

Inconsulti abeunt, sedemq; odere sybillæ.

Opus tamen vt res excelsas, et Romani imperii magnitudinem complectens, ingens cunctis sui desiderium excitat. Id semel Celsitudo tua mihi exhibuit, et vt est rerum antiquarum studiosissima, aliquem eius interpretem postulabat, ac tandem post multos variosq; sermones, mihi ipsius explicandi onus imposuit, quod tanquàm omnium difficillimum, humerisq; meis impar primò recusaui. Hic enim iam antiquati magistratus, et eorum officia, quorum nullum amplius extat vestigium, et vix nomen retinetur, erant declaranda. Elucidanda dignitatum insignia, militum ordines, et symbola ex-

plicanda, quae vt alibi nunquam visa, ita eorum sensum exprimere, vatis potius esse videbatur quàm Iurecconsulti. Vectigalium quoque et tributorum rationes immutatas, et palatina officia penitus extincta et incognita renouare immensi laboris res proponebatur, vetustos imperii limites, et loca cum praesidiis declarari posse animum despondebam. Itaque qua poteram modestia deprecabar, vt in alium me doctiorem haec prouincia demandaretur. Sed cùm acrius ad hoc onus subeundum vrgerer, nec tanti Principis desiderio resistere auderem, omnem difficultatem obtemperandi cupido superauit. Ausus itaque sum, quod nunquàm à me fieri posse putabam, et huius Notitiae incognita et obscurissima è tenebris in lucem educere sum conatus, in quibus vbi defuero, Celsitudini tuae parendi necessitas me excusabit, cuius imperio non obsequi cùm mihi fas non esset, malui obtemperando culpae periculum subire, quàm ea vacando contumax videri. Vt iussa igitur exequar, imperatumq; debitum soluam, in Notitiam vtriusque Romani imperii Commentarium ei meum offero; in quo Romanorū Principum magnitudinem, opulentiam, vires, et insignem in cunctis solertem prudentiam spectabit. Hoc munus Amplitudini tuae exiguum est, sed animi promptitudinem maiora, si posset, daturi respiciet. Interea hoc etsi Leuidense, et crasso filo contextum opus non aspernabitur. Nam.

A te principium, tibi desinet, accipe iussis
Ardua cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Ac nobis Celsitudinem tuam Deus Optimus Maximus diu incolumem seruet.

Celsit. Tuæ

Deditiss. Ser.

Guidus Pancirolus.

AD
GVIDVM PANCIROLVM
VIRVM CLARISSIMVM,
Notitiam Imperij vtriusque,
QVO MODO ANTE AB VLLO
nunquàm declarantem.

Franciscus Pola Iurecons. Veronensis.

Ergo insperato tandem candore potitam
Notitiam gemini imperii spectamus ouantes;
Romulidumque iuuat, nec non Byzantia regna
Partibus è cunctis manifesta in luce tueri;
Quæ fuerint vrbes olim, quæ castra, vel arces,
Quæque Magistratus ferrent insignia, nunquàm
Intellecta prius, nigrisque obducta tenebris.
O nos fœlices, præsens qui degimus æuum,
Queis nonisse datum tantæ miracula mentis:
Sed mage fœlicem, potuit qui talia nobis
Pandere, diuino iamuum quæsita labore.
Ausim quinetiam non illum corpore cretum
Dicere mortali, Diuumque accumbere mensis,
Si Cereri, et Baccho sua quondam antiqua reperta,
Aethereas habitare domos, Cœlumque dedere;
Nam quæ hæc conuincet maiestas munera rerum?
Pythia non olim tam cæcas soluere fertur
Ambages potuisse uiris, non augur Apollo:
Ille Deus, Deus ille quidem, qui commoda tanta
Legali tribuit classi; nam tempore in omni
Ille Deus mihi erit, Deus ille erit et mihi semper.
Te sequor ò, te, sancte senex; tua numina adoro
Panciróle ingens; ne me aspernare colentem.
Tu pietate micas, tu relligione Deorum,
Tu solus monumenta situ consumpta uetusto

Restitutis; tu das doctis cognoscere chartis
Bissenis quantum libris mandauerit ortus
Iustino, Imperium qui mox, et nomina patris
Rettulit, et miro Pandectas ordine fecit:
Tu legum penitus diuina oracula noscis,
Atque ea facundo per terras ore profaris;
Tu non auditos aperis, clarissime, sensus,
Alciatis melior, Celsis et proximus ipsis:
Intereà pendent homines dicentis ab ore,
Qui ad te diuersis veniunt regionibus orbis;
Te colit Hesperius, te Teuton, Gallus, et Indus,
Et qui extra solis cursus, atque astra vagantur;
At quas nostra tuas nunc discunt tempora laudes
Posthuma eas duplici præstabunt fœnore sæcla.

[G. PANCIROLI]
IN NOTITIAM DIGNITATVM
VTRIVSQVE ROMANI IMPERII
PRÆFATIO.

Omnium, quot multis abhinc seculis in lucem prodierunt operum, speciosissima est DIGNITATVM VTRIVSQVE ROMANI IMPERII NOTITIA, in qua illius opes, præsidia, magistratus, ornamenta, vires, ac deniq; tota eius temporis Principum magnitudo continentur. Ipsa autem luculentam quidem in fronte tantarum rerum cognitionem promittens, ingens apud omnes sui desiderium excitat: sed in recessu recondita et obscura paucis se agnoscendam exhibet. Cùm uerò nullus etiam eius certus auctor appareat, sunt qui non minùs de ipsius veritate dubitēt, quàm illius scientiæ habendæ animum despondeant. Hic enim ignota ostenduntur insignia, quæ non veræ, sed falsæ imagines, et ad oblectandum ab aliquibus excogitatæ credi possunt: varia prætereà militum symbola, velut ex animi impetu inuenta nihil significare, aut si quem fortè mysticum latentemq; sensum occultant, inexplicabilia infructuosaq; ænigmata existimantur. Idem de notis quorundam

codicum tergo inscriptis suspicantur, quæ ob nimiam obscuritatem Oedipos interpretes desiderant. Multa deinde inusitata magistratuum nomina ad libidinem efficta, aut si qua veritate nituntur, tanquam incognita et inania relinquenda putant. Quis enim, inquiunt, consulares nullo consulatu functos pro rectoribus prouinciarum, qui plures hic recensentur, apud Iureconsultos, aliusue auctores legit? Quis magistros militum in præsenti, comites domesticorum et protectorum, legiones comitatenses et pseudocomitatenses unquam nominari audiuit? Inter magistratuum officia, principes, cornicularios, numerarios, ab actis, singularios, et alia huiusmodi insueta nomina intellexit? Hæc et similia, quæ in hac Notitia occurrunt, non parum eius fidei detrahunt, nec paucos ab eius lectione auertunt. Sed qui Romani Imperij prouincias, ac magistratus, miro ordine hic digestos diligētiùs inspexerit, et cum his, qui in iure Ciuili explicantur, studiosè contulerit, hoc opus non suppositum, aut fictum, sed verum legitimumq; deprehendet, et pro magno antiquitatis monumento, ac pretioso thesauro conseruabit. Nihil enim ferè hic reperitur, cuius ius nostrum non meminerit, in quo non solū dignitates hic recitatæ referuntur, [a] Sed et earum insignia à paucis animaduersa pounntur. [b] Symbola quoq; militum hic repræsentata velut pugnantibus necessaria Vegetius [c] commendat: sed et præsidum officia in Theodosij ac Iustiniani codicibus eodem fermè, quo in Notitia ordine disponuntur, [d] vt non modò de eius veritate non sit hæsitandum, sed pro magno iuris et antiquitatis lumine sit habenda. Multarum enim legum hinc sensus pendent; multorum etiam auctorum, et historiographorum ignotos locos hic latuisse apparebit. Sed quia opus per se obscurum, alia illustrare nequit, ipsum prius elucidandum fuit. quod cùm res cœca altaq; caligine mersas contineat, nullus adhuc facere curauit. Cùm verò Serenissimus Sabaudiæ Dux de hoc mecum aliquando contulisset, tandem iussit, vt aliquod in id commentarium ederem. Ego ingenio et doctrina me alijs longè inferiorem agnoscens, tanti oneris prouinciā tentare non audebam. Res enim ardua est,

a) titn. C. de offi præf. præt. Oriēt. vsque ad tit. C. ne rei milit. comit. et alibi.

b) l. 5 C. de offic. rect. prouinc l. 4. C. de iniur. l. 12. C. de dignitatib. §. ultim. Nouella 24. §. ult. Nouella 26. §. 1. Nouella 27. et aliis in locis.

c) lib. 2. c. 18

d) in rubr. C. de numerar. actuar. adintorib. et exceptor. et l. ult. C. de apparitoribus Præf. prætor. Rubri. C. de cohort. priucipib. cornicular. l. ult. C. de diuers. offic.

inquit Plinius, e uetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem. Tandem Excelsi Principis, cui pro uiribus obtemperare cuplebam, mandatis repugnare non ausus, parendum esse ceusui. Itaq; Diuino fretus præsidio, profundi huius Fluminis vadis exploratis, verticosis fluctibus me commisi; difficilemque hunc nodum Gordiauum non ense recidendum, sed magna arte et industria explicandum, aliqua ratione soluere sum aggressus. in quo si defecero obtemperandi necessitate excusabor, qua coactus A. Albinij exemplo f culpam deprecari, quàm culpa carere malui. certè ardens iurium cupidos iuuandi in me laudandum erit desiderium. Nam etiam votum non assecutis, voluisse abundè pulchrum et maguificum apud graues viros a existimatur. Hanc igitur adhuc inaccessam et præruptis rupibus asperam viam primus ingredi ausus, non paucis sentibus recisis, saltem alijs ad sequendū planiùs iter aperiam. Quare cùm in hoc satis laborauerim, ista qualiacunque commentaria in primis legum studiosis non parùm profutura spero. Hinc enim Romani Imperij magistratuum, qui nudi à Notitia recitantur, originem et historiam intelligent, Proconsulum, consularium, Correctorum, præsiduumque differentias cognoscent, Palatinorum et cohortalium ordines, non paucas leges, pluraque in his obscura uocabula, et quandoque integros tractatus, anteà ignotos explicatos inuenient. Multi præterea nou solum Marcellini, sed et Tranquilli, Tacitique, et aliorum de Legionibus auxiliarijsque militibus, et Palatij dignitatibus, dissereutium loci illustrabuntur. Deindè plures, vt puto, oblectabit, publicorum veredorū cursum et ordinem inspicere, præsidum salaria, ministros, insignia, pompam ac maiestatem cernere, varios militum numeros et nomina, eorum digmata seù emblemata explicata inuenire: iucundum erit aurea, argēteaque Principis vasa, pretiosas vestes, gemmas, ac totam denique regiā supellectilem, eo ordine ac diligentia descripta videre, vt singula statim sciri et ad manum haberi possent: iuuabit legum ferendarum solemnitatem, salutandi Principis vsum, exigendorum tributorū ritum, aulicorum varietates, ministeria, et multa huiusmodi è tenebris in lucem emissa spectasse: certos denique dignitatum titulos, et alia, vetustate recondita, hic explicata intueri. Vt verò non solùm Legum studiosi, sed, et alij, quibus hæc placuerint, nostris qualibus

e) in præfatione natur. histor.
f) Gelli. lib. 11. c. 8.
a) Pli. in d. præfatione.

qualibus laboribus commodiùs frui possint, Iura quibus res à Notitia relatæ, vel à me additæ comprobabuntur, non in contextu, sed margine, cum notis ea indicantibus apposui, ne ab occurẽtibus legibus interrupta lectio cuiquam molestiam afferat. Ceterùm vt plenius cuncta cognoscantur, ac ne quid ad perficiendum hoc opus desit, Magistratus municipales, ac Decurionum ordinẽ, et munera proprio opusculo comprehensa, adieci, quod et ipsum Iurium studiosis aliquid profuturum, atque alijs non ingratum fore existimaui. Vt igitur hanc Notitiam è tenebris in lucem aliquam extrahere, et clarius aspiciendam exhibere incipiam, ante omnia eius originem et auctores, quouè tempore, et ordine scripta fuerit, exponam. Deinde titulum seu inscriptionem cum indice interpretatus, vt tota eius facies vno aspectu videri possit, summam ac totius operis Breuiarium subijciam.

Id opus Imperio necessariũ, primùm ab Augusto inuẽtum, mox à sequentibus Principibus retentum, et per continuata secula conseruatum fuit; sed pro rerum ac temporum varietate in quibusdam est immutatum. Tacitus loquens de Augusto, ille, inquit, libellum composuit, quo opes publicæ continebantur, quantum ciuium sociorumque in armis, quot classes, regna prouinciæ tributa aut vectigalia, necessitates, ac largitiones, quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus. Idem cum Dione Tranquillus[b] affirmat, qui eum librum rationarium ac breuiarium totius Imperij appellat, quod Augustum de resignando Imperio cogitantem magistratibus ac Senatoribus domum acciltis tradidisse, scribit. Demum in fine complexus est, inquit, breviariũ totius Imperij quãtum militũ sub signis vbique esset; quantum pecuniæ in ærario; et fisco, et vectigalibus residuis. Breuiarium autem, quod nũc vulgo dicitur, ait Seneca, [c] olim cùm latinè loqueremur, summarium vocabatur. Eũ codicem sequentes Imperatores retinuerunt, sed prout Imperij tempora atque vsus exigebant, sub nomine Notitiæ minuerunt, ampliarunt, et immutarunt. Itaque præsens opus perpetuos certosq; prouinciarum atque alios magistratus, ac militum copias, palatinasque dignitates complectitur, quæ semper in Imperio esse consueuerant. His adduntur officia, id est apparitorum ordines, quorum aliqui ex memoriæ, epistolarum, et libellorum scrinijs prodibant.[d] Vectigalia uerò et tributa, fiscique rationes, ac diuersis faciendæ largitiones, quæ in Augusti breuiario continebantur,

b) Cap. 28.
c) Li. 5. episto. 39.
d) L. ult. §. ult. C. de diu. offi.

in scrinijs canonum, et tabulariorum sub Comitibus largitionum, et rerum priuatarum scribebantur. Quare hæc Notitia alium quàm Augustū et sequētes Principes auctores non habet, in qua Imperij magistratus, aliæque dignitates cum suis insignibus, et officia conseruabantur. Simile opus Constantinus Imp. ex Leone Philosopho genitus Romano fillo, et successori reliquit, in quo summā totius Imperij, sociorum omnium fœdera, hostium vires, rationes et consilia explicuit. Id apud se in bibliotheca tanquàm thesaurum seruatum fuisse Egnatius scribit,[a] quod etsi diligenter perquisitum nunquā potuit inueniri. Alius huic fermè similis compositus est codex, in quo viri ad obeundas dignitates in Notitia comprehensas ad tempus electi scribebantur, ac prout magistratu decedebant, in annos successores renouabantur. Hunc Iureconsulti commeotarium Principis appellarunt. Modestinus, [b] abesse, inquit, Reip. causa videntur Proconsules, legatique eorum, et qui Prouincijs præsunt, Procuratoresuè Principum, qui in Prouincijs tenentur, et tribuni militū, et præfecti, et comites legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium Principis relati sunt. Non solùm enim in commentarium, quod apud sese Principes habebant, sed et in ærarium magistratuum nomina referri consueuerant, vbi rationes, et tabulæ publicæ, senatusque consulta coοseruabantur. Cicero, [c] Rationes in ærarium retuli continuò. Fuerat hic locus in æde Saturni, in qua, Regibus exactis, Valerius Publicola ærarium constituit. Auctores Plutarchus, [d] et Macrobius.[e] Hæc est prouinciarum memoria, quā in Antoniniana bibliotheca in 9. vrbis regione conseruatam fuisse P. Victor scribit. Postremò hic liber laterculum est dictus, quòd laterculi formam haberet. Geometræ enim corpus quadrum altius surgens, non tamen ad cubum perueniens πλίνθιον id est, laterculum vocant. Eius forma in insignibus Primicerij notariorum, à quo tractabatur, infra conspicietur: illius Tertullianus aduersus Valentinianos, et iura sæpius meminerunt.[f] Denuum Prouincijs in plures diuisis, cùm aucti essent magistratus, nouæque Palatinæ digoitates inuentæ, ac propter hostes

a) in Constātino.
b) In l. abesse. 32. in quib. caus. maio.
c) in Pisonem.
d) in Publicola et problemat.
e) in primo Saturnali.
f) l. 1. §. iubemus l. 2. §. ult. C. de offic. præf. præto. Afri. l. ult. C. de off. magi. off. aut. de mandat. Princip. seu Nouell. 17. §. 1. §. ult. Nouell. 25. et in Notitia Nouella 8.

vndiq; surgentes, alias veteribus militum copias addi oportuisset, omnes vnum laterculum capere non potuit. Itaque præfecturæ ac tribunatus, castrorumque præpositur̄æ limites Imperij tuentes in alium codicem, laterculum minus nuncupatum sunt translatae, quod in scrinio memoriæ sub Quæstoris dispositione conseruabatur.[g]

Sub finem verò Principatus Theodosij iunioris hanc Notitiam scriptam fuisse censeo; Sub Duce enim Aegypti meminit Alæ Theodosianæ nuper, id est, illo imperante, constitutæ, et limitis Saxonici per Britanniam, quod nomen eo tempore, scilicet anno salutis 440. inuentum fuit, Saxonibus tùm Britannicum littus inuadentibus,[h] et vt antiquiorem hunc librum non putem, id me etiam monet, quòd nullus in eo legitur Illyrici Vicarius: ea enim regio tùm ab Hunnis circa annum humanæ salutis 445. sub eodem Theodosio, et Valentiniano III. fuerat deuastata, ut auctor est Zosimus, Iornandes, D. Prosper, Paulus Diaconus, et alij. Sed et ipsa operis inscriptio hanc Notitiam vltra Arcadij, et Honorij tempora scriptam esse indicat, quod post annum salutis 425. quo Honorius decessit, fuisse oportet. Nec post annum 453. quo Auctore Cassiodoro, et Comite Marcellino, Concordia, et Aquileia ab Attila sunt euersæ, scribi potuit; quia Concordiensis fabricæ, et thesaurorum Aquileiæ tunc extantium, monetæque ibi percussæ meminit. Itaque sub finem Imperij Theodosij iunioris eam scriptam fuisse arbitror, et Alciatus (vbi legerit, nescio) id Breuiarium Theodosij iunioris appellat.[i] Opus sanè aureum, quod dilucidatum magnum iuri nostro lumen, et perspicuam rerum Imperij Rom. cognitionem afferet. Neque enim antea Praefectorum aut Vicariorum, non Magistrorum militum, aut Comitis Orientis, non Proconsulum, vel Consularium, aliorumque Iurisdictio, aut officia plenè sciri poterant. Laterculi, ac Magistri officiorum, Comitis Largitionum, aut rerum priuatarum, Magistrorum scriniorum, aliorumuè plurium ignorabatur auctoritas. Militum etiam copiæ, classes, præsidia, fabricarum loca hinc noscuntur. Denique nō pauca oppida, in quibus Principum Romano. iura cōdita leguntur, prius incognita, et fortè nunquā audita, hic in suis prouincijs collocata reperiūtur, ita vt huic Notitiæ multarū rerū acceptā ferre cogamur notitiā.

Ante hunc Codicem vtraque Roma vetus, et noua in 14. regiones

g) l. 1. 2. et 3. C. de offi. Quæstor.
h) Pau. Diac. lib. 14. ad fin. Beda in 1. eccle. histo. cap. 12. 14. et seq Polyd. Virgi. 3. Angli. histo.
i) lib. 5. parerg. ca. 13.

diuisæ cū vicis, et ædificijs, operibusq; insignioribus descriptæ inueniuntur; Quæ huius libri partes non sunt, sed in officio Præfecti vrbi conseruatas, et inde extractas fuisse arbitror, et pro re insigni huic operi præpositas. Eandem Romæ descriptionem ab hac tamen in multis diuersam P. Victor, et Sēxt. Rufus fecerunt. Post tergum huius voluminis tormenta quædam bellica, et alia ad nummos pertinentia ponuntur, quæ nec ipsa ad rem nostram faciunt, sed ex fabricis Magistri officiorum et scrinijs Comitis largitionum, ad quos pertinebant, excerpta, et huc translata fuisse puto. Hæc tamen omnia, ne quid desideretur, proprijs annotationibus pro uirium tenuitate illustrare conabor. Quibusdam Notitijs etiam Itinerarium Antonini nomine editum est adiunctū, quod oppidorum distantiam, præsidia, et aliquas mansiones, seu ueredorum stationes, et loca legionum notat. Quod opus nunc adauctum, ac pene totum est immutatatum. Constantinopolim enim Constantiam, Maximianopolim legiones Iouias, et Herculeas à Diocletiano, et Maximiano inuentas, et alia huiusmodi nominat, quæ diu post Antoninum addita fuere. Id in memoriæ aut alio scrinio olim conseruatum, et huic libro additum fuisse arbitror. Neque enim rem tam vtilem ac penè necessariam neglectam permansisse est verisimile.

Sed ut ad Notitiam nostram reuertamur, cùm multo tempore latuisset, tandē quæ à Mariano Scoto Monacho Fuldensi scripta fuerat, in vltimis Britannijs annis abhinc 36. inuenta, in lucem prodijt: Sed multis mendis scatens, et aliquot, vt puto, membris trunca, quam ex collatione duorum exemplarium manuscriptorum in quibusdam restitui, neque enim impresso codice multò meliora inueni. Horum alterū illius est exemplar, quod apud Maphæos Romæ se legisse Pierius Valerianus scribit, ex eoque aliquot militarium ordinum signa recitat, quæ in nonnullis ab alijs differunt. Fuit is liber anno salutis 1436. ex vetustissimo codice Spirēsis bibliothecæ a Petro Donato Patauij Episcopo extractus, cum ipse Basiliensi synodo nomine Eugenij IIII. præsideret, vt in eius voluminis fine ipse testatur, quod in prouinciarum, vt credo, magistratibus, et pictis imaginibus deceptus parum scitè Scoti cosmographiā appellat. Ex hoc aliud Fuluij Vrsini viri doctissimi exēplar est descriptum, quod precibus Io. Vincentij Pinelli viri nunquam sati laudati ad me transmisit. Alterum apud Illustriss. Fridericum Madrucium tum Romæ Cæsareum Legatum fuit, quod mihi pro sua, qua erga omnes vtebatur, singulari humanitate exhibuit. Ex his aliqua emendauimus, plura vt deprauata omisimus. Sed iam ad huius operis tituli interpretationem accedamus.

Iustinianus Nov. VIII. cap. 4. Nov. XVII. cap. 10. Nov. XXVI. cap. 4. Nov. XXVIII. cap. 4. Nov. CXXVIII. cap. 20. Nov. CXXXIV. cap. 1., ex quibus constitutionibus apparet licentia dandorum vicariorum magistratus ordinarios saepenumero abusos fuisse. Sequitur praesidialem provinciam Mesopotamiam (vid. ✝. 22. b. num. 7.) sub dispositione Comitis Orientis (cap. XX. §. 1. num. 12.) Vicarium pro-Praefecto numquam habuisse, sive Dioecesim Mesopotamiam numquam exstitisse. Superest ut admoneamus neque in lapidibus alios dioecesium Vicarios memorari, atque quos liber noster et cit. L. 10. Cod. recensent. Cf. Nov. XX. c. 6.

39) Additur *diocæseos* a[1], *diæcefeos* a[2], *diæceses* a[4,7,11], *Dioecesis* a[15], *dioceseos* c[2],[3],d, *dioeceseos* c[1]ccff. Superfluum nomen mss. non agnoscunt.

40) *thratiaruȝ* D, *Thratia*ꝝ C.

41) *Comes* incpte c[3,4,6,7].

42) *II.* C (B?) a[13]ccdcc. — Alios praeter hos Gothofredi Notitia Dignitatum Theodosiani codicis recenset Comites rei militaris, Ponticae, Macedoniae, Asianae, et cit. L. 10. Cod. de div. off. i. f. etiam „virorum spectabilium Comitis Aegypti, Pamphyliae, Isauriae, Lycaoniae et Pisidiae mentionem facit.

43) *Egipti* D.

44) Proprium Isauriae Praesidem tribuunt Hierocl. p. 708. („Ἐπαρχία Ἰσαυρίας ὑπὸ ἡγεμόνα.") et Theodorus Iconiensis a Wesselingio ad illum Hieroclis locum citatus. Wesselingius itaque et Comitem et Praesidem Isauriae fuisse existimavit; quod interdum ita se habuisse non negaverim; sed id perpetuum non fuisse non solum ex eo videmus, quod Notitia nostra Praesidem Isauriae nullum memorat, unde facile colligitur Comitem rei militaris praesidatum quoque eius provinciae eo tempore gessisse; sed aperte etiam Iustinianus imp. e. gr. Nov. XXVII. praedecessores suos interdum civilis officii appellationem atque militaris potestatis signa eidem magistratui tribuisse, ut duplicibus idem codicillis uteretur, testatus est. Ipse Iustinianus imp. in perpetuum e duobus officiis, militarium civiliumque rerum administratione dico, unam Isauriae Comitivam fecit.

Vid. etiam infra not. 108., cap. seq. not. 15. et cap. XXVI. not. 2.

45) Hunc numerum *XIII.* soli 𝔠𝔠 habent.

46) *egyp|tum* ℭ. *egip|tum* 𝔇.

47) *II.* 𝔞^{15}𝔠𝔠𝔡𝔢𝔢. Cf. infra not. 105.

48) ***Librarum*** **𝔄𝔅ℭ𝔇**, *Libiae* 𝔞^{1}, *Libyae* 𝔞^{2,4,7,11,15}𝔠𝔠𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣. Libyarum, i. e. utriusque Libyae, Inferioris sive Pentapoleos et Superioris sive Aridae.

49) *Theabaidos* 𝔠^{4}.

50) *VI.* (𝔅?)𝔇𝔞𝔞𝔠𝔠𝔠𝔢.

51) *Phoenicis* 𝔄𝔅𝔞𝔞𝔠𝔠, *Fenicis* ℭ, *Foenicis* 𝔇, *Phoenices* 𝔈𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣. Retinui scripturam per *F*, qua pro more sequioris Latinitatis etiam codices nostri maxime uti solent. cf. not. sq. et 72. et c. Nomen *Phoenicia* ad designandam provinciam rarius usurpatur, a nostro libro numquam. De anili nominis ἐτύμῳ, ab Agenoris filiis Phoenice, Syro atque Cilice, Phoeniciae, Syriae Ciliciaeque nomina venire, vid. Malal. II. p. 31. ed. Bonn.

52) Ita mss. sed 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 per *ph* nomen exprimunt.

53) *et*, quod mss. habent, 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 omnes omiserunt. cf. not. 55. Dux ille per duas provincias, Eufratensem et Syriam (Primam), militarem potestatem habuit. cf. cap. XXXII. et cit. not. 55.

54) *sirię* ℭ.

55) *Palestine* ℭ, *Palestinae* 𝔄𝔅𝔇𝔈𝔞^{1,11}𝔠𝔠𝔡𝔢$^{1...4}$. Perperam 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 ita distinguunt: *Euphratensis | Syriae Palaestinae|*, praeter 𝔢𝔢, qui *Euphratensis Syriae*, *Palestinae (Palaestinae* 𝔢^{6,7}) habent. Labbaeus de incisione, ut in 𝔢^{1,3} est, annotans, falsam eam esse, quam ipse secutus est, non vidit. Amm. Marc. XIV. 7, 21. et 8, 7. sqq. „. . . Commagena, nunc Euphratensis . . . dein Syria . . . post hanc Phoenice . . . ultima Syriarum est Palaestina.“ Io. Malal. chronogr. lib. XIII. init. (ed. Bonn. p. 317. sq.) „. . *ὁ δὲ αὐτὸς Κωνςαντῖνος βασιλεὺς καὶ τὴν Εὐφρατησίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπὸ Συρίας καὶ Ὀσροηνῆς μερίσας καὶ δοὺς δίκαιον μητροπόλεως ἐν Ἱεραπόλει.*“

56) *Osrho:|enae* 𝔄, *Osrhoe:* ℭ, *osrhoene* 𝔇, *Osrheniae aa*, *Ofreniae cc*. Cf. not. 117.

57) Consularem Arabiae praefuisse rettulit Hierocl. p. 721. „Ἐπαρχία Ἀραβίας ὑπὸ Κονσουλάριον.“ minus recte, ut iam Wesselingius observavit: *praesidialis* provincia Arabia fuit, certe secundum librum nostrum atque Iustiniani Notitiam Novellae VIII. additam, ubi §. 39. τοῦ ἄρχοντος Ἀραβίας locus inter praesidiales correctoriosve magistratus est. Apud Gruter. 1025, 2. memoratur Lucius Aemilius LEG. AVG. PR[O] PR[aetore] PROVINTIAE ARABIAE. Secundum nostrum librum idem et Dux et Praeses Arabiae praefuit, donec Iustinianus (Nov. CII.) Moderatorem, ἁρμοστήν, Arabiae praeficeret. Cf. cap. XXX. not. 57. et cap. II. not. 15.

58) *ponticū* 𝔄, *ponticam* a'.

59) *un.* 𝔄ℭ.

60) *Thratias* 𝔄ℭ𝔈.

61) *II.* 𝔄𝔅ℭ*ccdcc*.

62) *Mesiae* 𝔅, *Mesie* ℭ𝔇.

63) *Scithie* ℭ.

64) *illiricū* 𝔇.

65) *II.* 𝔄𝔅ℭ𝔈*ccdcc*.

66) *Datiae* 𝔈.

67) Cf. infra cap. XXXIX. not. β.

68) *Mesię* ℭ, *Moesie* 𝔇.

69) *XV.* 𝔇𝔈*aacc*.

70) *V.* 𝔅ℭ𝔇𝔈*a''cccc*.

71) *Palestinae* 𝔄𝔅𝔈*a'ccdc'*[1—4]. Palaestinae, i. e. Primae. cf. ✝. 22. b. numm. 1, 2. Hierocl. p. 717. „Ἐπαρχία Παλαιστίνης [ά] ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Item in Iustiniani Notitiae Nov. VIII. adiectae §. 6. ἄρχων Παλαιστίνης πρώτης primo loco inter ὑπατικὰς ἤτοι κονσουλαρίας ἀρχὰς nominatur. Cf. cap. XL. not. α. et infra not. 110. 112.

72) *Phoenicis* 𝔄*aacc*, *foenicis* 𝔅ℭ, *fonicis* 𝔇, *Foenices* 𝔈, *Phoenices* *dcff*. cf. not. 51. Iustinian. l. c. §. 8. tertio inter consulares magistratus loco memorat ἄρχοντα Φοινίκης παραλίου.

Hierocl. p. 715. „Ἐπαρχία Φοινίκης ὑπὸ Κονσουλάριον.“ ad quem locum Wesseling. annotavit „Haec est Φοινίκη πάραλος, *Phoenice maritima*, uti Euagrio III. 33. et Io. Malalae II. p. 73. [p. 367. ed. Bonn.] dicitur. Subditam fuisse viro consulari L. 52. [Th. C.] de decurionibus [XII. 1. item L. 83. eod. L. 9. Th. C. de filiis militar. VII. 22. L. 9. Th. C. de lustrali coll. XIII. 1., ex quibus constitutionibus id quoque discimus a. 362. Tyri, a. 372. Beryti, a. 380. Damasci sedes suas habuisse Consulares Phoenices] et Not. Imp. Or. cap. I. testantur. Facta provincia est, sed multo amplior et Phoenicen II. complexa, ab Hadriano apud Spartian. cap. 14.“ Malalas (XIII. p. 345. ed. Bonn.) de Theodosio M. refert: „Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἀπεμέρισε καὶ τὴν Φοινίκην Λιβανησίαν ἀπὸ τῆς παράλου καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαια μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα ὀρδινάριον Ἐμέζῃ [Emesae] τῇ πόλει.“ De metropolitico Emesae iure falsus est.

73) *Scyriae* €. Hierocl. p. 711. „Ἐπαρχία Συρίας ἁ ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Wesseling. „Inscripta est Io. Chrysostomi Epist. 139. Theodoro τῆς Συρίας Κονσουλαρίῳ. Vide et Iac. Gothofr. ad L. 11. C. Th. de Cohortal.“ VIII. 4. Ad Theodosium M. eiusque filios referenda esse videntur quae Malalas XIIII. (p. 365. ed. Bonn.) de Theodosio iun. rettulit: „ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Συρίαν δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπαρχίας, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ Ἀπαμείᾳ τῇ πόλει, καὶ Κιλικίαν δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα Ἀναζάρβῳ τῇ πόλει. ἐποίησε δὲ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, ἥντινα ἐκάλεσεν Ὁνωριάδα εἰς ὄνομα τοῦ αὐτοῦ θείου [υἱοῦ?] Ὁνωρίου, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα Ἡρακλείᾳ πόλει τῆς Πόντου.“ Wesselingium etiam de fide huius loci chronographi valde dubitasse annotata doctissimi viri ad Hieroclis locos de his provinciis tractantes docent. suspicionis non unicam causa habeo, quod Heracleam nominavit Malalas, ubi Claudiopolis nominari debebat, sed magis, quod ille locus conciliari non potest cum iis, quae de Consulari Syriae I., de Praeside Syriae II. s. Salu-

taris liber noster, quae de Consulari Ciliciae I. Praesideque Ciliciae II. non solum liber noster, sed etiam constitutiones impp. et scriptores habent (cf. Wesseling. adHierocl. p. 704. sq.): nam quod Mannertus VI. 2. p. 47. scripsit, librum nostrum Ciliciam Secundam, sed non Primam memorare, id satis negligenter atque audacter factum esse et hoc primum et sequens caput probat, cum utrumque Ciliciae et Ciliciae Secundae mentionem faciat, ut Syriam et Syriam Salutarem, h. e. I. et II., item Galatiam et Galatiam Salutarem, Macedoniam et Macedoniam Salutarem, i. e. I. et II., recenset. Honorlada ἐπὶ τῶν Ὀνωρίου χρόνων a Paphlagonia divisam esse Iustinianus Nov. XXIX. cap. 1. monet. Cf. Nov. XX. praef. Idem Nov. VIII. cap. 5. (cf. Nov. XX. cap. 5.) Comitis Orientis atque Syriae Primae ἄρχοντος (Consularis) magistratus in unum spectabilis Comitis Orientis nomen contraxit; atque ab hoc Comite Notitia Novellae VIII. inserta exordium sumit.

74) *Cilicie* C, *Cilitiae* C. Hierocl. p. 704. „Ἐπαρχία Κιλικίας ἀ ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Item in Notitiae, quae Nov. VIII. partem facit, §. 12. ἄρχων Κιλικίας πρώτης consularis memoratur. cf. not. 73. et infra not. 120.

75) *cipri* D. Iustiniani Notitia cit. §. 13. ἄρχοντα Κύπρου inter Consulares habet. similiter Hierocl. p. 706. „Ἐπαρχία Κύπρου τῆς νήσου ὑπὸ Κονσουλάριον“, ad quem locum Wesseling. annotavit: „Sub Augusto provincia erat στρατηγικὴ sive *Praetoria*, teste Strabone L. XIV. p. 684. et fine L. XVII., etsi postea ad ius populi redierit, ipso concedente Augusto, et Proconsuli paruerit, ut ex Dione [LIII. 12.] L. LIV. p. 589. Io. Alberti in Actor. Apost. C. XIII. 7. ostendit: recte ergo Sergius Paullus ibi ἀνθύπατος dicitur; praesertim cum et Cominius Proclus in Cypriorum apud Vaillantium [et Eckhel. III. p. 84.] numo ἀνθύπατος, et Caius Antius Quadratus Κρήτης καὶ Κύπρου ἀνθύπατος in lapide Sponii tom. I. Itinerar. p. 413. appelletur: post dein Consulari subdita est, cuius et Not. Imp. Or. c. 1. meminit.“

76) *Asiam* aacc.

77) *III.* 𝔅𝔈𝔇a¹⁵𝔠𝔠𝔡𝔠𝔠.

78) *Pamphiliae* 𝔄𝔅aa𝔠𝔠𝔠𝔠, *Pamfyliae* 𝔈. Hierocl. p. 679. „Ἐπαρχία Παμφυλίας ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Consentit Iustiniani Notit. cit. §. 14. Wesseling. ad h. l. „Olim Lycia [a Vespasiano imp. in provinciae formam redacta, cf. Suet. Vesp. 8.] et Pamphylia uni Proconsuli paruerunt [Pamphyliam Lyciamque coniungit etiam Papin. L. 77. §. 20. D. de legat. II°. XXXI.]; unde C. Porcius PROCOS. LYCIAE ET [dele et] PAMPHILIAE in Thes. [Gruteri] p. 458, 6. [item p. 491, 12. PROCONS. LYCIAE PAMPHILIAE]; sub Constantino *Praesidem* habuerunt, ad quem L. 2. C. Th. de Censu [XIII. 10.] data est. Diceres Decii tempore a Lycia iam fuisse distractam ob *Pamphyliae praefecturam*, Martiano ab eo Imp. mandatam, in Actis S. Achatii ap. Ruinart. p. 155., si bonae fidei semper ea essent monumenta. Forte Theodosius I. Lyciae suum Praesidem imposuit, qua de re alias. [cf. infra nott. 124. 128.]. Fuisse vero consularem Pamphyliam Not. Imp. Or. c. I. docet.“ Medio saeculo V. hanc provinciam in *Pamphylias Primam*, cuius metropolis Side, et *Secundam*, cuius metrop. Perge, divisam esse, fortasse a Theodosio iuniore, quoniam in indice patrum synodi Chalcedonensis Latino provincia Pamphilia, cuius metropolis est Perge, alteri praeponitur, Le Quien in Or. Christ. tom. I. pagg. 995. 1013. scripsit.

79) Hierocl. p. 661. „Ἐπαρχία Ἑλλησπόντου ὑπὸ Κονσουλάριον.“ „Officium Hellesponti Consularis“ memorant Arc. et Honor. impp. L. 5. Th. C. de offic. procons. I. 12. sive. L. 2. Iust. Cod. eod. I. 35. De nominibus CONSUL. PROV. ASIAE ET HELLESPONTI VICE SACRA IUDICANTI vid. cap. II. not. 30. Ut ex ea inscriptione non efficitur Asiam *Consularem* habuisse et Hellespontum item vice sacra a Proconsule Asiae administratam fuisse, ita hoc quidem neque ex inscriptione ap. Gruter. Thes. p. 353, 4. „PRO . COS . ASIAE . ET . HELLESPONTI.“ demonstrari putes. Cf. etiam Iustiniani Notit. cit. §. 16., ubi inter consulares dignitates τοῦ ἄρχοντος Ἑλλησπόντου mentio facta est, atque Edict. XII. et infra not. 83.

80) *Lidiae* a[1,2]. Hierocl. p. 669. „Ἐπαρχία Λυδίας ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Iustiniani Notit. cit. §. 17. Ad Consularem Lydiae a. 382. data est L. 17. Th. C. de petitionib. X. 10. sive L. 6. Iust. C. de delatorib. X. 11. Memorare eum etiam Synes. Epist. 127. (ἄρχων τῆς Λυδίας) annotavit Wesseling. Fines huius Lydiae, ante Maeonia dictae, a finibus regni Lydorum diversos fuisse constat. cf. Plin. H. N. V. 29. Vid. etiam infra not. 83.

81) *II.* 𝔅ℭ𝔇a[1,2]𝔠𝔡𝔢𝔢.

82) Hierocl. p. 696. „Ἐπαρχία Γαλατίας ὑπὸ Κονσουλάριον.“ Wesselingius annotavit: „Deest πρώτης. Socrates H. E. I. 36. II. 15. μικρὰν Γαλατίαν s. *parvam Galatiam* appellat et vetus lapis in Roma subt. p. 154. . . ubi ΔΟΚΙΜΟΣ ΧΩΡΙΟΥ ΓΟΔΟΗΣ ΜΙΚΡΑΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ. Ἀγκυρογαλατία in Sardicensis synodi epist. tom. III. Concil. gener. p. 51., quod Ancyra huius esset metropolis. Subditam autem Consulari, quem τοῦ ἔθνους ἄρχοντα Sozomenus V. 11. nuncupat, fuisse, ex Not. Imp. Or. c. 1. constat.“ Cf. Le Quien, Or. Christ. I. p. 456. Ap. Gruter. 407, 1. et 2. memoratur LEG. AVG. PRO PR[aetore] PROVINCIAE GALATIAE sub Severo Alexandro imp. Malalas duarum Galatiarum divisionem Theodosio M. adscribit lib. XIII. p. 348. ed. Bonn. „Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ τὴν δευτέραν Γαλατίαν ἀπὸ τῆς πρώτης μερίσας ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον [μητρο]πόλεως καὶ ἄρχοντα Πισινοῦντι τῇ πόλει.“ Cf. etiam nott. 126. 142. Secundum Iustiniani Notit. cit. §. 4. Galatia Prima περιβλέπτον κόμητα, spectabilem Comitem, habet, ut fusius explicatur eadem Novella VIII. cap. 3. Cf. infra not. 126.

83) *Bythi-|niae* 𝔄, *Bithiniae* 𝔅, *bithinie* ℭ𝔇, *Bithynniæ* a[1,2]. Procul dubio cum Wessel. ap. Hierocl. p. 690. διοικήσεως et Βιθυνία inserendum est, ut legatur „Ἐπαρχία Ποντικῆς διοικήσεως ά Βιθυνία ὑπὸ Κονσουλάριον“. Etiam Iustinianus Notit. cit. §. 15. ἄρχοντος Βιθυνίας inter consulares mentionem fecit. „Cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, Insulas etiam ac Phrygiam

Salutarem, Europam ac Rhodopen et Haemimontum, praefecturae urbis iudicium sacrum" appellatorem observare iubet Constantius L. 1. Th. C. de off. Pf. U. I. 6., eidemque iudicio Bithyniam cum Paphlagonia Phrygiaque Salutari Valentinianus, Theodosius et Arcadius deputaverunt L. 10. Th. C. eod. Ceterum omnes illas provincias sub dispositione Pf. P. per Orientem fuisse, ut diserte seq. caput ostendit, ita de Bithynia demonstratur etiam L. 119. Th. C. de decurionib. XII. 1. L. 5. Th. C. de itin. mun. XV. 3. et c. Provincia, Nicomedis regis testamento populo Rom. relicta, cum Ponto olim praetoria, ab Octaviano senatui populoque permissa, proconsularis, sed ab ipso tamquam sua esset constituta (Strab. XVII. i. f. Dio Cass. LIII. 12. LIV.7.), ab Hadriano recepta est, Pamphylia in eius locum populo data (Dio Cass. LXIX. 14.). Bithyniae legati Caesaris sive Augusti pro Praetore consulari potestate, viri senatorii, etiam ante Hadriani tempora in eam provinciam missi non ita raro memorantur (Tac. Ann. XVI. 18. Plin. epp. V. 20. X. 108. Gruter. 407, 1. 2. 471, 1. 2. cf. 6. et cum celebri de Plinio Secundo inscr. ap. Eumd. 454, 3. cf. ipsius Plin. ep. X. 44[41]. et Tac. Ann. I. 76. Vid. Ez. Spanhem. de us. et praest. num. II. p. 592. sqq. Hollweg. Hdb. d. Civilproc. I. p. 61.). Bithynia consularis mansit, cum Pontus ac Cappadocia (cf. Dio Cass. XLII. 45.) Praesidibus subderentur. cf. infra †. 22, d, 2...5. Duas Bithynias, Primam cum metropoli Nicomedia, Secundam cum metropoli Nicaea, ut a Valentiniano Valenteque impp. factas esse putat Le Quien, Or. Christ. I. p. 581. neque Notitia nostra, neque Hierocles, neque constitutiones impp., sed agnoscunt nonnullae Notitiae eccl., quas vide in append. ad Georg. sacr. tom. I.

84) *Thratias* ACE.

85) *II.* ABCa^{1,2,15}ccdee.

86) Hierocl. p. 631. „*Ἐπαρχία Θρᾴκης Εὐρώπης ὑπὸ Κονσουλάριον.*" Item Iustinianus Nov. VIII. Notit. §§. 27.28. *ἄρχοντας Εὐρώπης* atque *Θρᾴκης* inter consulares recenset. Ordinarios iudices Thracicos idem, cum Nov. XXVI. spectabilem Praetorem Iustinianum Thraciae crearet eidemque tam civilis quam militaris officii insignia administrationemque concederet, non mutavit;

cf. Nov. cit. cap. 1. pr. cap. 5. pr., ubi Graeca verba respicienda sunt, non Latina. Wessel. ad Hierocl. l. c.: „Fuit olim proconsularis Europa; quam eius provinciae dignitatem imp. Constantius, creato urbis CP. Praefecto, mutavit: Socrates H. E. II. 41. „*Καὶ τότε τὸν ἔπαρχον τῆς Κωνςαντινουπόλεως κατέςησεν*... *τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν.*“ cum enim ea urbs in Europa eiusque fuerit caput, dicaturque Proconsulem habuisse, de provincia dubium esse nequit [cf. ad cap. 3A. annotata] .... Post Praefectum autem urbi regiae a Constantio impositum, Consularis Europam administravit; unde Aradius Proculus in Thes. [Gruter.] p. 361, 1. [et p. 363, 2.] CONSVLARIS PROVINCIAE EVROPAE [ET THRACIAE] sub eo Imp. dicitur....“ De Thracia Suetonius (Vesp. c. 8., ubi frustra scripturam tentaverunt,) auctor est Vespasianum eam, cum ad id tempus dicionis regiae fuisset, in provinciae formam redegisse, et de eodem refert Malal. lib. X. p. 262. ed. Bonn. „*καὶ τὴν Εὐρώπην δὲ ἀπὸ Θρᾴκης ἐμέρισε, κτίσας Ἡράκλειαν πόλιν, τὴν πρῴην λεγομένην Πείρινθον, ἥντινα ἐποίησε μητρόπολιν, δοὺς αὐτῇ ἄρχοντα.*“ Amm. Marc. XXVII. 4, 11. sqq. in historia Valentiniani Valentisque Thracias omnes in dicionem Romanam post Luculli victorias refert transisse, „hocque modo ... rei publicae sex provinciae sunt quaesitae. inter quas prima ex fronte, quae Illyriis est confinis, *Thracia* speciali nomine appellatur . . . post hanc *Aemimontus*... dein *Mysia* [i. e. Moesia Secunda] . . . iuxtaque *Scythia*... *Europa* omnium ultima... *Rhodopa* huic adnexa...“ Easdem provincias cum Notitia nostra (cap. II. §. I. B, c) et Hierocle recenset Rufus in brev. c. 9. cf. Theodoret. H. E. V. 28. Sed vel ex Constantii const. not. 83. cit. apparet, Constantini temporibus eam provinciarum dioeceseos Thraciarum divisionem adscribendam esse. Cf. etiam Mannert. VII. p. 68. sq.

87) *Thratiae* 𝔄ℭ, *thratie* 𝔇. Hierocl. p. 635. „*Ἐπαρχία Θρᾴκης ὑπὸ Κονσουλάριον.*“ Cf. not. 86.

88) *illiricum* 𝔇.

89) *III.* 𝔅ℭ𝔇a[1,2,15]ccdee.

90) Hierocl. p. 649. „*Ἐπαρχία Κρήτης ὑπὸ Κονσουλάριον.*“ Creta cum Libya Cyrenaica inter provincias fuit,

quas Octavianus Aug. senatui populoque administrandas permisit. Dio Cass. LIII. 12. cf. Sueton. Vesp. 2. Octavam inter praetorias ab Augusto factas praetorias provincias *Κρήτην μετὰ τῆς Κυρηναίας* recenset Strabo lib. XVII. i. f. Proconsularem provinciam postea fuisse testantur lapides ap. Gruter. 415, 5. 476, 5. 1091, 6. et Ulp. L. 14. D. ad SC. Turpill. XLVIII. 16., ubi Hadriani ad Salvium Carum Proconsulem Cretae rescriptum exstat. deinde divisa Creta a Cyrenaica per Constantinum (cf. Zosim. not. 1.) *consularis* illa facta est, et *ὑπατικὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας* memoratur ap. Gruter. 1090, 20. 1094, 4. Cf. Mannert. VIII. p. 688. (qui, ut solet, etiam falsas Wesselingii sive operarum potius citationes recepit.)

91) Hierocl. p. 638. „*Ἐπαρχία Ἰλλυρικοῦ ά Μακεδονία ὑπὸ Κονσουλάριον.*" vid. not. 73. Cf. Strabo l. c. Dio Cass. l. c. Praetoriam provinciam fecerat Octavianus, atque Claudius „provincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit." Suetou. Claud. 25. PROCOS. PROVINCIAE. MACEDONICAE memoratur eodem ad Vespasiani tempora pertinente lapide, quem not. 90. nominavimus, i. e. Gruter. p. 476, 5., atque Callistratus L. 3. §. 3. D. de testib. XXII. 5. servavit nobis rescriptum divi Hadriani ad Iunium Rufinum, Proconsulem Macedoniae. A Vespasiano duas Macedonias divisas esse refert Malal. lib. X. p. 261. ed. Bonn. „*Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπαρχίαν Μακεδονίαν δευτέραν, ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτὴν ἀπομερίσας.*"

92) *daliae* **C.**

93) Hierocl. p. 654. „*Ἐπαρχία Δακίας μεσογείου ὑπὸ Κονσουλάριον.*" Wesseling. „Est in L. 2. C. Th. de inoff. test. [II. 19. = L. 28. Iust. C. cod. III. 28.] *Claudius praeses Daciae.* quae cum et *Sardicae* meminerit, diceres Daciam Mediterraneam fuisse *praesidialem* provinciam; quae tamen res secus habet. Sardicae a Constantino M. ea lex data est ad Praesidem Daciae, qui propterea Daciae mediterraneae Praeses non fuit, ut I. Gothofredus censebat." Vopiscus in Aureliano c. 39. enarrat „Quum vastatum Illyricum ac Moesiam deperditam vi-

deret, provinciam trans Danubium Daciam a Traiano constitutam sublato exercitu et provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri, abductosque ex ea populos in Moesiam collocavit appellavitque suam [*Aureliani*] Daciam, quae nunc duas Moesias dividit." „*Ὁ δὲ αὐτὸς Αὐρηλιανὸς* (verba sunt Malal. lib. XII. p. 301. ed. Bonn.) *καὶ Δακίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν τὴν παραποταμίαν, πλησίον οὖσαν τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ.*" Cf. cap. XXXIX. not. *a*. Daciae Mediterraneae caput Serdica fuit, Ripensis Ratiaria. Mediterraneam Daciam provinciam a Diocletiano constitutam esse Mannertus VII. p. 72. affirmat; sed testes affert Notitiam nostram Hierocleinque. S. Rufi breviar. c. 8. diserte docet, per Aurelianum, translatis ex Dacia Traiani Romanis, duas Dacias in regionibus Moesiae ac Dardaniae factas esse. Ex L. 2. Th. C. citatae inscriptione atque subscriptione inter se comparatis argumentum sumpserim anno 321. eam divisionem iam factam fuisse; id quoque addiderim, quod Theodoret. H. E. II. 4., ubi de Serdicensi a Constantio convocata synodo loquitur, adiicit, esse Serdicam urbem Illyrici, metropolin provinciae Daciae.

94) *Egypt*° C, *Egiptuf* D.

95) *autem* non habent *aacc*.

96) Insolitum fere nomen *consularitas* (i. e. formae clausula, qua definitur provinciam a Consulari moderandam esse, sive potius condicio provinciae illa clausula definita) editores ignoraverunt, itaque *Consularem* editi omnes habent pro *consularitatem*, ut mss. omnes exhibent. In constitutionibus impp. *consularitas* nonnumquam usurpatur ad designandam dignitatem eius qui Consularis est fuitve, e. gr. L. 10. Th. C. de agentib. in reb. VI. 27., L. 4. Th. C. ad L. Iul. de amb. IX. 26., L. 74. §. 4. Th. C. de decurionib. XII. 1. atque ita Cassiodor. Varr. VI. 20. inscriptum est *Formula Consularitatis*. Quod dicitur Aegyptum consularitatem non habere, idem est, atque si scriptum exstaret, eius dioeceseos provincias omnes consulares non esse; nam quinque praesidiales erant (cf. seqq. ††.), sexta correctoria (cf. †. 23. a).

97) *Presides* 𝕮𝕰. *Provinciarum* adiiciunt editi omnes; sed mss. id nomen non agnoscunt.

98) *quadraginta* ccdcc.

99) *Aegyptiaca* 𝕬𝕭, *egyptiacā* 𝕮, *egipciacā* 𝕯, *Aegyptiarum (? Aegyptiacam?)* 𝕰, *Aegyptum* editi, perperam: de dioecesi Aegyptiaca sermo est.

100) *V.* 𝕮a[1,2,15]cc.

101) *Libiae* 𝕬, *Lybie* 𝕮, *Libie* 𝕯, *Lybiae* a[1,2,4,11,15].

102) Hierocl. p. 732. „Ἐπαρχία Λιβύης τῆς ἄνω ὑπὸ ἡγεμόνα.“ Etiam in Iustiniani Notit. cit. §. 34. τοῦ ἄρχοντος Λιβύης τῆς ἄνω inter praesidiales dignitates primus locus est. Postquam a Creta divisa est Cyrenaica (cf. not. 90.), Praesidem accepisse provincia videtur Pentapolis sive Cyrenaica, iam Superior Libya dicta, quem „obvium quoque in Actis S. Lucii ap. Lambec. (bibl. Vindob. VIII. p. 206.) et Athanasii Apol. cont. Arian. I. p. 174.“ esse annotavit Wesselingius. Vid. etiam Zosim. not. 1. cit. et II. 39. Amm. Marc. XXII. 16, 1. „Tres provincias“ inquit „Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam et Thebaida et Libyam, quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustamnicam, et Pentapolim a Libya sicciore dissociatam.“ Arcadia deinde propria provincia facta est. vide not. 107. Cf. Mannert. X. 2. p. 74. sqq.

103) *Libiae* 𝕬, *Lybie* 𝕮, *Libie* 𝕯, *Lybiae* a[1,2,11,15].

104) Hierocl. p. 733. „Ἐπαρχία Λιβύης τῆς κάτω ὑπὸ ἡγεμόνα.“ Cf. not. 102. De Iustiniani harum provinciarum ordinatione vide Edict. XIII. et sq. not.

105) Duas Thebaidas, τὴν ἔγγιστα ὑπὸ ἡγεμόνα et τὴν ἄνω ὑπὸ δοῦκα habet Hierocl. p. 730. sq. ad quos ll. Wesselingius „Unam Thebaidem“ annotavit „Aegyptus Constantii imp. aetate [et diu post eam, ut Ammianus not. 102. cit. et liber noster docent,] habebat, ut ex eius epist. ap. Athanasium tom. I. p. 174. videas. Notitia Imp. ._. unum quoque novit. Secta postea in duas est, quarum Iustinianus Edicto XIII. c. 22., Praesidibus subditarum, meminit.“ Et ad alterum locum „Unum Constantii imp. tempore Aegyptus *Ducem* habebat, qui rei mi-

litaris curam ageret; Athanasius hist. Arian. p. 394. modo *λαμπρότατον δοῦκα*, modo *στρατηλάτην*, ut Apolog. ad Constantium p. 310. appellat. Postea duo constituti sunt, alter Thebaidos, Libyae alter, cuius utriusque Not. Imp. Or. et L. ult. C. de div. off. [XII. 60.] meminit. Iustinianus dein Edicto XIII. c. 22. duas Thebaidas uni Duci mandavit eique utriusque provinciae Praesides parere iussit."

106) *Egypti* D. Praesidem provinciae Aegypti Hierocles non habet, sed p. 723. „*Ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς ὑπὸ Αὐγουςάλιον.*" Post tempora libri nostri provincia Aegyptus, iam admodum undique amputata, duplex facta est, Superior et Inferior, quam utramque, sed non totam, Iustinianus Edicto XIII. cap. 1. Praefecto Augustali multum eius potestate imminuta, moderandam commisit, „*ὥςε τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπιχώριον τῶν εἰρημένων δύο ἐπαρχιῶν ἐπ' αὐτῷ [τῷ Αὐγουςαλίῳ] τετάχθαι καὶ μόνῳ, καθάπερ καὶ μέχρι νῦν σχήματος ἔχει.*" Cf. etiam *Γνῶσ.* post Novell. VIII. §§. 35. 36., ubi Aegyptus Prima atque Secunda suum utraque Praesidem habere dicitur.

107) *Archadie* C, *Archadiae* Db, *Arabiae* aacc. cf. ad cap. XXI. not. 7. Hierocl. p. 729. „*Ἐπαρχία Ἀρκαδίας ὑπὸ ἡγεμόνα.*" Primam eius provinciae ab Arcadio imp. nomen habentis mentionem ap. Cyrill. epist. ad Atticum p. 205. et Concil. Ephesin. p. 474. fieri annotavit Wesselingius. Eustathii *ὑπομνήμ. εἰς Διονύσ. τὸν περιηγ.* ✝. 251. (Geogr. Graec. ed. Bernhardy I. 2. p. 134.) „*Ὅτι ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἑπτάπολις καὶ Ἀρκαδία, ὡς ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου ὕςερον ἐκλήθη, πρὸ δὲ τούτου καὶ Ἑπτάνομος ἢ Ἑπτανομία ὠνομάσθη...*" Harduini falsam nominis explicationem refutavit Wesselingius ad Hierocl. l. c.

108) *VIII.* BCDa¹·²·¹¹ccbcc. *Isauria* quoque *praesidialis* provincia Orientis dioeceseos fuit, ut ipse liber noster cap. XXVI. §. 1. rubr. et Hierocl. p. 708. („*Ἐπαρχία Ἰσαυρίας ὑπὸ ἡγεμόνα*) diserte agnoscunt; quod tamen proprium Praesidem non habuit, sed praesidatus cum comitiva rei militaris per Isauriam coniunctus fuit, ideo h. l. non nisi octo provinciae

recensentur. Non recte Wesselingium negasse in Notitia nostra Praesidis Isauriae mentionem fieri, ad cap. XXVI. not. 2. observatum est. cf. not. 44. supra. — Item *Arabia praesidialis* sub Comite Orientis provincia fuit; pari autem ratione h. l. non nominatur, quoniam cum ducatu provinciae eiusdem praesidatus coniunctus erat. cf. supra not. 57. ibique citt. locos.

109) *Palestinae* 𝔄𝔅𝔇𝔈𝔞[1,2]𝔠𝔠𝔡𝔢[1...4]. *Palestine* 𝔈.

110) Hierocl. p. 721. „*Ἐπαρχία Παλαιςίνης γ' ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Item Iustiniani Notit. cit. §. 38. *Praesidem* habere Palaestinam Tertiam docemur. Vide quae disputavimus ad cap. XL. not. *α*. Wesselingius ad Hierocl. l. c. annotavit: „Olim haec Arabia erat, sed Palaestina in plures divisa provincias, illis accenseri coepta est: Procop. de Fabr. V. 8. „*Ἐν δὲ τῇ πάλαι μὲν Ἀραβίᾳ, νῦν δὲ Παλαιςίνῃ τρίτῃ καλουμένῃ, χώρα μὲν ἔρημος ἐπὶ μακρὸν κατατείνει*“ *κ. τ. λ.*

111) *Palestine* h. l. etiam 𝔇 habet, ceteri ut not. 109. indicatum est.

112) Hierocl. p. 719. „*Ἐπαρχία Παλαιςίνης β' ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Iustiniani Notit. cit. §. 7. Palaestinae II. *Consularem* tribuit. Cf. cap. XL. not. *α*.

113) *Phoenicis* 𝔄𝔅𝔞𝔞𝔠𝔠, *fenicis* 𝔈, *foenicis* 𝔇, *Foenitis* 𝔈, *Phoenices* 𝔡𝔢𝔣𝔣. Cf. supra nott. 51. 72.

114) Hierocl. p. 717. „*Ἐπαρχία Φοινίκης Λιβανησίας ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Cf. not. 72. Wesselingius ad h. l. monet: „Cave huc referas cum Pancirolo c. 112. Notitiae eius *Praesidem provinciae Phoeniciae*, ad quem Diocletianus, L. 3. C. de div. rescr. [I. 23.] et Constantinus L. 1. [non *unic.*, ut Wess. scripsit] de formulis et imp. act. subl. [II. 58.] mittunt; is totius Phoenices, antequam in duas secaretur, curam gessit; propterea PRAESES PROVINCIAE SYRIAE PHOENIC. in inscr. Sponiana Miscell. p. 270., quae in paucis diversa et inter Gudianas p. 69, 1. legitur, appellatus.“ *Moderatorem* Phoeniciae Libanesiae imposuit Iustinianus Edicto IV.

115) *Euphratensis* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. cf. not. 52. — Hierocl. p. 712. „*Ἐπαρχία Εὐφρατησίας ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Consentit Iustiniani

Notit. cit. §. 40. Cf. supra not. 55. et infra not. 117. Wesseling. „. . . Provincia facta et a Syria et Osdroëna dissociata iussu Constantini M., teste Malala [cf. not. 55.] . . . *Praesidiale officium Euphratense* L. 2. C. Th. de venat. ferar. [XV. 11.].“ Cf. etiam Procopium not. 117. transcriptum.

116) Hierocl. p. 712. *„Ἐπαρχία Συρίας β' ὑπὸ ἡγεμόνα.“* In Iustiniani Notitia cit. §. 9. *Syria Secunda consularis* dignitatis *ἄρχοντα* habere dicitur. Ioannem Malalam, cum scriberet Theodosium iuniorem Syriam Secundam a Prima seiunxisse provinciamque fecisse falsum esse supra (not. 73.) monuimus.

117) *Osyhene* C, *Osrheniae* aa, *Osreniae* cc. Cf. not. 56. Hierocl. p. 713. *„Ἐπαρχία Ὀσρωήνης ὑπὸ ἡγεμόνα.“* Osrhoenae *ἄρχων* etiam in Iustiniani Notit. cit. §. 11. consularibus annumeratus est. Procop. bell. Pers. I. 17. *„Χώρα,* inquit, *ἡ ἐκ Σαμοσάτων ἐκτὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἐστι, πάλαι μὲν Κομαγηνὴ ἐκλήθη, ταννῦν δὲ τῷ ποταμῷ ἐστιν ἐπώνυμος. ἡ δὲ τούτου ἐντὸς, ἡ δὴ αὐτοῦ τε μέση καὶ Τιγριδός ἐστι, Μεσοποταμία, ὡς τὸ εἰκός, ὀνομάζεται· μοῖρα μέντοι αὐτῆς οὐ τούτῳ μόνον τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τισὶν ἐπικαλεῖται. ἥ τε γὰρ ἄχρις Ἀμίδης πόλεως Ἀρμενία πρὸς ἐνίων ὠνόμασται Ἔδεσά τε ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὴν χωρίοις, Ὀσροηνή τε Ὀσρόου ἐπώνυμός ἐστιν, ἀνδρὸς ἐνταῦθα βεβασιλευκότος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα Πέρσαις οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι ἔνσπονδοι ἦσαν.“* Ioann. Malalas XI. (p. 274. ed. Bonn.) habet: *„Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς* [Traianus] *ἐποίησε καὶ τὴν Ἄμιδαν μητρόπολιν, καλέσας ἐπαρχίαν Μεσοποταμίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ Ὀσδροηνῆς, δοὺς καὶ ἄρχοντα αὐτῇ καὶ δίκαιον μητροπόλεως.“* cf. Eutrop. VIII. 3. Dio Cass. XL. 19. Osrhoenam sub impp. Severo et Caracalla dicioni Romanorum subiectam (Xiphilin. ex Dion. Cass. LXXV. 1. LXXVII. 12.) post Constantinum a Mesopotamia divulsam esse annotavit Wesselingius, testem citans Noris. diss. II. de epoch. p. 110. Praesidis Osdroenae provinciae mentio facta est L. 105. Th. C. de decurionib. XII. 1.

118) Hierocl. p. 715. *„Ἐπαρχία Μεσοποταμίας ὑπὸ ἡγεμόνα.* Consentit Iustiniani Notit. cit. §. 41. Cf. not. 117.

119) *Cyli|ciae* 𝕮.

120) Hierocl. p. 705. „*Ἐπαρχία Κιλικίας β ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Io. Malalam utriusque Ciliciae divisionem Theodosio iuniori adscribere supra (not. 73.) relatum est. sed recte Wesselingius Malalae utrum tuto assentiaris dubitare iubet: „nam in Notit. Imp. Or.“ ait „utraque Cilicia memoratur, et *Praeses* Ciliciae, cuiusmodi magistratus huic fuit impositus [Prima Cilicia Consularem habuit. cf. not. 74.] est in Actis Claudii sub Diocletiano ap. Ruinart. p. 266., et sub Constantio in L. 24. C. Th. de Appellat. [XI. 30. item L. 1. Th. C. de inoff. dotib. II. 21. L. 5. Th. C. de susceptorib. XII. 6.] atque in Ammian. XXIII. 2, 5.“ Ceterum ipse neque Wesselingio in eo assentiri possum, quod non satis disquisivit, utrum iam sub Constantio Cilicia Prima Consularem, Secunda Praesidem habuerit, quod negaverim: qui apud Ammianum memoratur Memorius Ciliciae Praeses (cf. Libanii et Iuliani imp. locos a Valesio ad Amm. citt.), is Primae Ciliciae praefuisse videtur. Ab initio Cilicia per Pompeium in provinciae formam redacta Proconsulem habuit; deinde Consularem, ut testatur Antonini Caracalli L. 1. Cod. de gener. abol. IX. 43. ad Rutilianum Consularem Ciliciae data. Aureliani imperatoris nepotem, Aurelianum, Proconsulem Ciliciae memorat Vopisc. in Aurelian. c. 42. Iustiniani denique Notitia in Novell. VIII. cum nostro libro atque Hierocle de duabus Ciliciis consentit: nam inter *ὑπατικὰς ἤτοι κονσουλαρίας ἀρχὰς* §. 12. memoratur *ὁ ἄρχων Κιλικίας πρώτης*, et inter *ἀρχὰς ἡγεμονικὰς* [praesidiales] *ἤτοι* correctorias §. 42. est *ἄρχων Κιλικίας δευτέρας*. Sub Theodosio M. divisionem consularis praesidialisque Ciliciarum factam esse puto.

121) *Asiam* 𝔞𝔞𝔠𝔠. De Asiana dioecesi sermo est.

122) *VII.* 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔞¹·³·¹⁵𝔠𝔠𝔟𝔠𝔠.

123) Hierocl. p. 672. „*Ἐπαρχία Πισιδίας ὑπὸ Κονσουλάριον.*“ Etiam Iustinianus l. c. §. 19. *τὸν ἄρχοντα Πισιδίας* inter *ὑπατικὰς ἤτοι κονσουλαρίας ἀρχὰς* recenset; itaque minus caute Wesselingius ad Hierocl. annotavit: „Fuit *praesidialis* provincia Pisidia, ut Not. Imp. Or. c. 1. et Novell. XXIV.,

cuius cap. 4. [cf. Novell. XX. c. 4.] provinciae *Praeses* Praetor Iustinianeus esse iubetur, indicant: estque eius Praeses in Actis Zosimi tom. III. Iul. p. 813. et c." Ut *Praesidum* etiam generale nomen est, ita *Ἄρχοντες* in Iustiniani constitutionibus etiam Consulares Correctoresque passim appellantur, quod ex una Notitia Nov. VIII. satis probatur: itaque haec Novellae XXIV. verba cum ceteris interpretibus non bene interpretatus est Wesselingius „*ἔσω πραίτωρ Ἰουστινιανὸς ὁ Πισιδίας γινόμενος ἄρχων.*" Cf. Novell. XX. cap. 4.

124) *lacoie* **C**, *Lycaonie* **D**, *Laconiae* aacc. Hierocl. p. 674. „*Ἐπαρχία Λυκαονίας ὑπὸ Κονσουλάριον.*" Similiter Iustinianus Notit. cit. §. 20. *ἄρχοντα Λυκαονίας* inter consulares recenset, ut fere repetendum sit de sequenti Wesselingii loco quod not. 123. monui. „Et haec *praesidialis* fuit (Wesselingii verba sunt), uti Not. Imp. Or. c. 1. et Novella [XX. c. 4. et] XXV. docemur: meminit quidem Theodorus Iconionsis in Epist. de Cyrico et Iulitta tom. III. Iul. p. 26. Domitiani, Comitis Lycaoniae, *Κομήτος Λυκαονίας*, qui mihi rei militaris per Lycaoniam Comes fuisse videtur: Notitia eum non habet: at praeter Praesidem in provincia, qui rem militarem curaret, fuisse, Novella [XX. cit. et] XXV. dubitare vetat; Iustinianus uni Lycaoniae Praetori Iustinianeo et rem civilem et militarem mandavit." De Theodosio iun. refert Malal. XIV. (p. 364. sq. ed. Bonn.) „*Ὁ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Λυκαονίας ἥντινα ἐκάλεσε Λυκίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ πόλει Μύρᾳ τῆς αὐτῆς Λυκίας.*" Huic quoque Malalae loco contrarius est liber noster. cf. nott. 73. 120. 128.

125) *Phrygiae* **ABaaccbeff**, *frygie* **C**, *frigie* **D**; *Frygiae*, ut **E** habet, maxime convenit. Cf. nott. 51. 52.

126) *pacatiane* **C**, *pacaciane* **D**. Hierocl. p. 664. „*Ἐπαρχία Φρυγίας Καιπατιανῆς* [leg. *Καπατιανῆς*] *ὑπὸ Κονσουλάριον.*" Wesselingius hoc quoque loco *ὑπὸ ἡγεμόνα* mavult, Notitiam nostram et inscriptionem L. 3. Th. C. de protostas. XI. 23. (de qua vide cap. XL. not. *a*) testes adducens.

posteriorem equidem non admitto, neque si admitterem sumeremque cum Wesselingio, eam constitutionem ad Praesidem Phrygiae Pacatianae datam esse, ideo quod exeunte saeculo quarto praesidialem provinciam Phrygiam Pacatianam fuisse constat, Hieroclem falsum esse affirmare ausim. Cf. nott. 123. 124. Iustinianus (Nov. VIII. capp. 2. 3. Nov. XX. c. 6.) Galatiae Primae et Phrygiae Pacatianae sublatis Vicariis Asianae Ponticaeque Comites spectabiles binos praefecit, atque ita Notitia Novell. VIII. §§. 3. 4. Phrygiam Pacatianam atque Galatiam Primam sub spectabilibus Comitibus, §. 44. Galatiam II. sub Praeside constitutas memorat. Cf. nott. 82. 142. Nomen *Pacatianae* (quod suo more Byzantizantes in *Capatianam* transformarunt) provinciam, cum a Phrygia Salutari divideretur (cf. not. sq.) a pacato statu accepisse crediderim. Pancirolus (Comm. ad Not. Or. cap. 125.) „Minor" inquit „Phrygia postea *Pacatiana*, forte ab Ovinio Pacatiano est dicta, qui sub Constantino P. P. Orientis, ea diu resedit, ac consul et P. V. fuit. L. 4. C. Th. de sponsalib. L. 2. C. Th. de aduoc. fisc." Contra Wesselingius: „Scribunt Impp. Valentinianus et Valens episcopis Asianae dioeceseos interque eos *τοῖς ἐπισκόποις Καροφρυγίας Πακατιανῆς* ap. Theodoret. H. E. IV. 8. 9., nullumque de *Pacatiana*, Theodosio Imp. priore, dubium relinquunt. Maneat ergo provincia haec praesidialis, quam etsi *Capatianam* cum Constantino Imp. L. 1. Them. 1. et patribus Synodi Laodicenae ap. Bevereg. I. p. 453. et MSS. quibusdam Paullinae I. ad Timotheum epistolae noster appellet, tamen *Pacatianam*, fretus Impp. et Conciliorum Ephesini, Chalcedonensis, CP. III. Nicaenique II., praetereaque Novellae XX. et plurium epistolae Paullinae codicum auctoritate, maluero: idem vocabuli origo suadet, quam Latinis acceptam refero, tametsi nominis in obscuro caussa; quod enim de Pacatiano qui anno 332. cum Hilariano Consul processit, et sub Constantino Praetorii praefecturam administravit, Pancirolus . . . iecit, id in eorum genere censetur, quae speciem prae se ferunt, at vero sunt cassa: praesertim cum Praefectu[ra]m Praetorii Orientis, quod vir doctus adfirmabat,

egisse non appareat; imo vero Praefectum Italiae fuisse L. 2. C. Th. de sponsal. et L. 1. C. Th. de suar., quod Gothofredo non latuit, docent. *Carophrygia* vero . . ., nisi cum Valesio vocem in duas provincias distraxeris, dicta censeri poterit, quod Cariae proxime adhaeresceret." Cf. etiam Le Quien, Or. Christ. I. p. 792. sqq.

127) Hierocl. p. 676. „*Ἐπαρχία Φρυγίας Σαλουταρίας ὑπὸ Κονσουλάριον.*" Concordat Iustiniani Notit. in Nov. VIII., ubi §. 18. *ἄρχων Φρυγίας Σαλουταρίας* inter *ὑπατικὰς ἤτοι κονσουλαρίας ἀρχὰς* est. Vide itaque quid de hac Wesselingii annotatione statuas: „Phrygia Salutaris *Praesidi* paruit, non Consulari, ut ex Not. Imp. . . compertum habemus: Amachius *ἄρχων τῆς ἐπαρχίας τῆς Φρυγίας*, qui dein *ἡγεμὼν*, *Praeses*, iteratis vicibus est ap. Socrat. H. E. III. 15." et c. cf. nott. 123. 124. 126. Io. Malal. XIII. (p. 323. ed. Bonn.) *Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βασιλεύς*, inquit, *καὶ τὴν Φρυγίαν Σαλουταρίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν.*" Cf. Constantii L. 1. Th. C. de off. Pf. V. I. 6. sive L. 23. Iust. Cod. de appellationib. VII. 62.

128) *Licie* C. Cf. supra nott. 78. et 124. *Consularem* provinciam faciunt Hierocl. p. 682. et Iustinian. l. c. §. 32. Wesselingius ad illum locum annotavit: „*Praesidi* Lyciam Not. Imp. Or. c. 1. subiicit, estque in Actis S. Claudii ap. Ruinart. p. 866. *Lysias Praeses provinciae Lyciae;* qui tamen non huic, sed *Ciliciae*, quoniam in civitate *Aegea* commoratus dicitur, praefuisse videtur . . . . Malala II. p. 69. Lycaoniae olim connexam, sed a Theodosio II. inde divulsam ac provinciam esse factam . . . adfirmat: quod si verum est, fortasse ultimis Theodosii I. imp. annis Lycaoniae est adiecta: tum enim Lyciae gravis iniusta nota est, permissumque, ut provinciales contumelioso nomine vulnerarentur; nec cum veritate tamen consentiet, a Theodosio iuniore Lyciam pristina iura recipérasse, siquidem *priorem ille famam meritumque inter ceteras renovari censuerunt* impp. Arcadius et Honorius in L. 9. C. Th. de indulg. crim. [IX. 38. ad quem locum cf. Gothofr. comm.]. Forte rem eandem repetita lege Theodosius

II. iussit, eorumque scribendorum Malalae occasionem praebuit.“ Quod non ita facile crediderim.

129) Cariam etiam *consularem* provinciam esse ap. Hierocl. p. 687. et Iustinian. l. c. §. 31. relatum est. Ut secundum librum nostrum, ita sec. Sozomen. H. E. V. 21. *Praesidem* Cariae praefuisse annotavit Wesselingius.

130) Hierocl. p. 685. „*Ἐπαρχία Νήσων ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Item cum nostro libro consentit §. 46. Notitiae in Novell. VIII., ubi *ἄρχων τῶν νήσων* inter praesidiales magistratus enumeratur. Quas recenset Hierocles hae sunt insulae: Rhodus, Cos, Samos, Chios, Mitylene, Methymna, Petelos [*Telos* coniec. Wesseling., qui *Carpathum* adiiciendam esse monuit], Tenedus, Proselene, Andrus, Tenus, Naxus, Paros, Syphnus, Melos, Ios, Thera, Amurgus, Astypalaea. — De Praeside Insularum haec ex Gothofredi comm. ad L. 32. Th. C. de naviculariis XIII. 5. transcribo: „Insularum Praeses est Cycladum Praeses seu Iudex, atque adeo insularum omnium maris Aegei: sub Vespasiano hanc *Insularum Provinciam* factam ait S. Rufus Festus in breuiar. c. 10. i. f. [cf. Sueton. Vesp. c. 8.]. Deinceps exstat constitutio Diocletiani ad Diogenem Praesidem Insularum, puta L. 5. C. ubi causa stat. III. 22. Harum Insularum provinciae fit quoque mentio in Constantii imp. L. 23. C. de appell. VII. 62. (= L. 1. Th. C. de off. Pf. U. I. 6.], qua cavetur, ut appellatio interposita per Insulas ad Pf. U. CP. fiat. Item vetus orbis descriptor sub eodem Constantio [ed. Gothofr. Genev. 1628. 4°. p. 43. „. . Cycladas insulas plurimas, numero LIII, quae omnes suum iudicem habent.“] . . . Meminit et vetus Notitia Provinciarum sub Theodosio M. inter XII Asiae provincias *Cyclades* . . . meminit denique Notitia imperii . . . De *Cycladum Praeside* vide et Iustinianum Novella CLXIII. c. 2. et quae de Quaestore Novell. XLI. L.“ Wesseling. ad Hierocl. l. c. annotavit: „. . Agere Praeses plerumque Rhodi solebat, quorsum, cum hieme periculosus et saepe incertus esset cursus, frustra Rhodiis querentibus impp. Valens, Gratianus et Theodosius aliud edixerunt L. 6. C. de off. rect. prov. I. 40.

„. . . sancimus, ut . . . in illis quinque urbibus, quae potiores esse ceteris asseruntur, vicissim hiemandum sibi iudices recognoscant . . .““ Neque enim dubitandum videtur, quin sub *iudicum* nomine *praesides* complectantur .... Cave vero *quinque urbes* . . de insulae Rhodi urbibus cum Pancirolo c. 102. interpreteris: tot illa non vidit, tribus olim superba, unde *τρίπολις νᾶσος* Pindar. Ol. Od. VII., sed quae in unam Rhodum . . deinceps coaluerunt, Strabone teste lib. XIV. p. 655. *Quinque urbes*, nisi fallor, insulae sunt totidem, in hac provincia ceteris potiores: hoc ipsa impp. constitutio ut admittas requirit: nec obest sermonis usus; nam et Virgilius *Delum Apollinis* urbem vocat; neque Graecis quicquam familiarius, quam insulam *πόλιν* appellare.“ Cf. etiam inscr. ap. Orell. n. 1059. et quos ibi scriptores laudavit vir doctus.

131) *ponticū* 𝔇.

132) *VIII.* 𝔄𝔅ℭ𝔇a¹,²,¹⁵,ccdee.

133) Hierocl. p. 694. „*Ἐπαρχία Ὀνωριάδος ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ Ita Iustinianus Novell. VIII. Notit. §. 45. *τὸν ἄρχοντα Ὀνωριάδος* inter praesidiales *ἀρχὰς* collocat. Cf. quae not. 73. scripsimus. Honoriada Paphlagoniamque postea in unam provinciam reduxit, eamque spectabili *Praetori Paphlagoniae Iustinianeo* administrandam mandavit Iustinianus Nov. XXIX. cf. Nov. XX. praef.

134) *Capadociae* 𝔅, *Cappadotiae* ℭ.

135) Legatus Augusti pro praetore provinciam Cappadociam olim administrabat. Gruter. 493, 1. 1025, 2. 1091, 5. *Consularem* provinciam vocant Cappadociam Primam et Iustinianus l. c. §. 24. et Hierocl. p. 698., ad quem locum optime Wesselingius: „Vespasianus *Cappadociae praeter assiduos barbarorum incursus legiones addidit consularemque rectorem imposuit pro equite Rom.*, ap. Sueton. Vesp. 8. Sub Constantino *Praesidi*, cuius in L. 41. C. de liberal. caus. [VII. 16.] mentio est, paruit [Cave ne cum Wunderlichio v. *Cappadocia* Modestini L. 6. §. 14. D. de excusat. XXVII. 1. huc trahas; nam *gentium praesidatus, puta Asiae, Bithyniae, Cappadociae,*

non do provinciarum praesidatu, sed de ἔθνους ἱερωσύνῃ, οἷον Ἀσιαρχίᾳ, Βιθυνιαρχίᾳ, Καππαδοκαρχίᾳ, ut ipse Modestinus scripsit, intellegendus est.]; neque alium Basilii M. aut Chrysostomi tempore magistratum habuisse videtur: ille Epist. 78. et 94. ἄρχοντα τῆς ἐπαρχίας et Epist. 86. ἡγεμόνα, hic ἡγεμόνα Epist. 14. p. 596. nov. ed. nuncupat. Denuo *Consulari* mandata est a Theodosio II., cuius mihi rei auctor est Firmus, Caesariensis episcopus, in epistolis, quas Muratorius in Anecdot. Graec. vulgavit: sic enim Epist. 17. ad Sotericbum: ποιήσατε δὲ ἡμῖν καὶ τὸν ἄρχοντα μείζονα μὴ τῷ ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει: nam si provinciae praepositus, quem *Praesidem* vidimus, titulo excellentiore fuerit donatus, utique ad *Consularis* dignitatem evectus erit censendus: atque hoc Epist. 16. ad Thalassium clarius innuit: *Καὶ τὸν ἄρχοντα,* ὃν ἐπιφανέστερον ἡμῖν πεποίηκας σῇ σπουδῇ, χάρισαι τοῖς πράγμασιν, ὡς προσήκοντά σοι, γνωρίζεσθαι. Postulat Firmus, ut Cappadociae I. Consularis latiorem campum, ubi excurrere eius virtus et prudentia possit, accipiat, atque ad eum redeant urbes, quae a Valente imp. fuerant distractae, et Praesidi Cappadociae II. subiectae: ea est sententia verborum, ad quae vir doct. offendisse videtur: Δὸς δὲ καὶ πόλεων προσθήκη τὴν ἀρχὴν εὐθηνεῖσθαι, ἵνα σοι περίβλεπτος διὰ πάντων ἡ πατρὶς γένηται. [Io. Malal. XIII. p. 342. ed. Bonn. „Ὁ δὲ αὐτὸς Βάλης καὶ τὴν δευτέραν Καππαδοκίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ τῆς πρώτης." Idem de Anastasio imp. XVI. p. 406. ed. Bonn. „.. ἔκτισε δὲ καὶ τείχη ταῖς μεγάλαις κώμαις Καππαδοκίας καὶ ἠσφαλίσατο τὰς δύο Καππαδοκίας", κ. τ. λ.] Recte ergo *Consularem* Hierocles huic Cappadociae dedit; nec quicquam ille officiet Notit. Imp. Orient. c. 1., ubi *Praesidi* committitur, modo eam Theodosio II. et Firmo episcopo esse priorem memineris." Non ubique ita suum suo Hierocli tribuit Wesselingius, ut paulo ante nonnullis locis demonstravimus. Parum distincte Iustiniani verba Nov. XX. c. 2. „ὁ τῆς πρώτης Καππαδοκίας ἡγούμενος Latine verbis *Primae Cappadociae Praeses* reddi solent: nam *Consularem*

tum Cappadociae Primae praesidem fuisse demonstratum est. Cf. etiam not. 137.

136) *Capadociae* 𝔇, *Cappadotiae* 𝔈.

137) Hierocl. p. 700. cum nostro libro facit: „Ἐπαρχία Καππαδοκίας β' ὑπὸ ἡγεμόνα." sed Iustinianus l. c. §. 25. etiam Cappadociae Secundae ἄρχοντα inter consulares habet. Primam Secundamque Cappadocias divisit Valens imp. (cf. Malal. not. 135. cit. Basilii M. epist. 74. 75. Gregor. Nazianz. orat. XX. p. 355. ed. Paris., carmen de vita sua et epist. 31. sqq.), utrique Iustinianus Novella XXX. [cf. Nov. XX. c. 2.] anno 536. *spectabilem Proconsulem Iustinianeum Cappadociae* praefecit, qui tam civilem quam militarem atque fiscalem magistratum gereret. *Cappadociam Tertiam* a Iustiniano institutam, a Secunda divulsam esse scribit Le Quien, Or. Christ. I. p. 408.; sed quod Iustinianus *Moceso* urbi, quam suo nomine *Iustinianopolin* appellavit, metropoleos dignitatem tribuit (cf. Procop. de Aedif. V. 4.), non probat *Tertiam Cappadociam*, cuius in recentioribus quibusdam Notitiis ecclesiasticis mentio est facta, a Iustiniano esse institutam; immo, ipse Le Quien sextae synodo, ut de prioribus taceam, interfuisse et subscripsisse *Theopemptum, episcopum Iustinianopolis sive Mocissi, metropolis Secundae Cappadociae*, rettulit.

138) *Helepo* 𝔄, *Hellenoponthi* 𝔈, *Hellesponti* aacc, *Hellenoponti* 𝔡ee. *Helenoponti* nomen cum *Hellesponti* appellatione saepissime confundunt tam scripti quam impressi libri; etiam *Hellenosponti* nomen offendimus, ut Ἑλενουπόντου pro Ἑλενοπόντου apud Hieroclem legitur. — Sueton. Ner. c. 18. „Ponti modo regnum, concedente Polemone . . . in provinciae formam redegit [Nero]." Cf. Io. Malal. X. p. 257. ed. Bonn. Hierocles et Iustinianus Nov. VIII. Notit. §. 26. item Nov. XXVIII. c. 5. pr. Helenopontum *consularem* provinciam esse scribunt. Eam Iustinianus cum Ponto Polemoniaco iterum in unam provinciam contractam spectabili *Moderatori Iustinianeo Helenoponti* subiecit. Nov. XXVIII. cf. Nov. XX. praef. Octo Helenoponti, quinque Ponti Polemoniaci urbes (paulo aliter

atque Hierocl. p. 701. sq.) recenset Iustinianus Nov. XXVIII. praef., neque Amasiae, neque Neocaesareae metropoleos nomen detrahi vult cap. 2. De provinciarum nominibus subridicule statuit imperator cap. 1. „. . ἀποδίδομεν αὐτοῖς [utrique Ponto] τῆς μὲν παλαιότητος τὴν ἕνωσιν, τῆς δὲ νεότητος τὴν ἐπωνυμίαν. Ἑλενόποντος γὰρ ἅπας καλείσθω, τοῦτο δὴ τὸ τεθὲν αὐτῷ παρὰ Κωνσταντίνου . . . ὄνομα, προφάσει τῆς σεμνοτάτης αὐτοῦ μητρός, Ἑλένης φαμέν . ., ἥπερ ἡμῖν καὶ τὸ θεῖον τῶν Χριστιανῶν ἐξεῦρε σύμβολον. τὸ γὰρ δὴ Πολέμωνος ὄνομα, παλαιοῦ γενομένου τῶν πολλῶν ἐκείνων ἐν Πόντῳ τυράννων, πεπαύσθω. πρῶτον μὲν ὅτι τυράννου καθεστήκει· δεύτερον δὲ ὅτι καὶ πόλιν ἐπώνυμον ἔχει, τὸ Πολεμώνιον φαμέν· καὶ ὅτι κάλλιον ἂν εἴη τὰς χώρας ἐξ ὀνομάτων Χριστιανικῶν τε καὶ βασιλικῶν μᾶλλον ἤπερ ἐκ πολέμου καὶ ταραχῆς γνωριζομένων σημαίνεσθαι."

139) *Pontipole Moniaci* ℭ𝔈. Hunc versum omiserunt cc. Etiam Hierocl. p. 702. et Iustinianus Nov. XX. praef. Nov. XXVIII. c. 5. pr. Nov. XXXI. cap. 1. pr. Pontum Polemoniacum praesidialem provinciam fuisse affirmant: ille „Ἐπαρχία Πόντου Πολεμωνιακοῦ ὑπὸ ἡγεμόνα"; hic „. . μεταβαλὼν ἐκ κονσουλαρίας [Helenoponti] τὲ καὶ ἡγεμονίας [Ponti Polemoniaci] εἰς ἀρχὴν μείζονά τε καὶ σπεκταβιλίαν [Moderatoris] κ. τ. λ." Apparet falso nomen ἡγεμονίας Latine verbis *forma* s. *dignitate correctoria* exprimi; *praesidatum* sive *praesidialem provinciae formam* imperator designat. Cf. not. 138.

140) Hierocl. p. 702. „Ἐπαρχία Ἀρμενίας α ὑπὸ ἡγεμόνα." Wesselingius autem ὑπὸ κονσουλάριον dedit, nescio qua de causa, cum ipse annotaverit: „ὑπὸ ἡγεμόνα. Sic MSS., quibus praeter Not. Imp. . . . assentitur Basilius M. Epist. 112.; nam Andronicum ἡγεμόνα, ad quem illae litterae mittuntur, Armeniae I. praefuisse, ex *Sebastiae* in illis mentione haud obscure colligitur. Ceterum primam hanc Armeniam idem Basilius Epist. 195. et 263. μικρὰν Ἀρμενίαν vocat." Iustinianus etiam Nov. VIII. Notit. §. 43. τοῦ ἄρχοντος Ἀρμενίας πρώτης inter ἡγεμονικὰς (ἤτοι correctorias) ἀρχὰς mentionem

facit. Idem imperator longe aliam Armeniam Primam ex prioris quibusdam partibus nonnullisque Ponti Polemoniaci urbibus conflavit, spectabilemque Proconsulem provinciae praefecit. Nov. XXXI. c. 1. pr. Cf. Nov. XX. cap. 3.

60) „Sunt qui legendum putent *annales.*“ Labb. — L. 27. Th. C. de cursu publico VIII. 5. „A nullo omnino cursus publicus sine Evectionis auctoritate moveatur“; L. 38. eod. „. . . ne quis faciendae Evectionis sibi vindicet facultatem.“ De Evectionibus annualibus vide tit. cit. Th. C. passim, e. gr. LL. 8. 9. 12. 18. 23. 35. 40. 56. 62. et supra pagg. XIV. sqq. Longe maxima pars constitutionum huius tituli ad Praefectos Praetorio emissae sunt. — De celeritate cursus publici inter alios memorabilis est locus Amm. Marc. XIV. 6, 16.

61) Ita etiam mss. (*ipe* 𝕮), quamvis *Praefectura* praecessit. cf. not. 59. Subintellegendum est *Praefectus*.

62) Cf. not. 60. L. 3. Th. C. tit. cit. „Vestrae . . . gravitatis ubi ratio exegerit, cursus publicus praesto est.“

CAPUT III.

α) Cf. ad cap. II. not. 1.

β) *prefecto𝔵 pretorio* 𝕮.

γ) *illiricum* 𝕯. Cf. ad cap. II. not. 1. citt. locos. De Praefectura praetoriana *Illyrici et Italiae*, quae saepius memoratur inscriptionibus constitutionum libro nostro antiquiorum cf. Gothofr. ad L. 2. Th. C. de constitutionibus principum I. 1. et ad L. 7. Th. C. de metallis X. 19.

δ) In 𝔡𝔢𝔢 (nam ceteros editos libros picturas nullas habere index supra pagg. III ... X. exhibitus ostendit) hae duae tabulae pictae post capitis III. textum positae sunt; sed in codd. mss. picturae ubique ante scripturam illis illustrandam collocatae sunt, ut paginarum foliorumque numeri ad inferiorem marginem relati satis demonstrant. — Variantes scripturas nominum figuris dioecesium provinciarumque atque clipeorum castellorumque formis inscriptorum non tanti quidem ad rem criticam ponderis sunt, quantum habent quae in ipso textu, ut vocant, deprehenduntur; neque tamen illas neglegendas esse iudicavi: nam penicilli, quamvis pennae in universum doctiores esse credendae sunt, interdum tamen harum neglegentiam vel ignorantiam emendant. — De Insignibus quae variis coloribus, non ubique iisdem in diversis codd. mss., depicta exstant (cf. supra pagg. I ... III.), disputavi in libro „Ueber die Notitia Dignn. Bonn. 1834. 8°.“ pagg. 91 ... 105. Ipse Iustinianus imp. de his *συμβόλοις* sive *παρασήμασι τῆς ἀρχῆς ἐν τοῖς καλουμένοις κωδικέλλοις* in permultis Novellis, de magistratibus ab ipso creatis emissis, civilis militarisque administrationis insignia, vel ubi utraque eidem magistratui tribuuntur, accurate distinguens verba fecit. sua aulici quoque

magistratus insignia habuerunt. De singulis fusius agere neque huius loci neque fere opus est, cum maxima insignium nostro libro exhibitorum pars per se satis quid sibi figurae velint intellectu facilis sit. Pauca ὡς ἐν παρόδῳ admonere liceat: abaci cum libris mandatorum horumque ornamenta inter se multum differunt; Duces omnes sine abacis libros mandatorum habent; pilas cum principum vultibus, quod ad Notitiam in partibus Orientis attinet, non nisi inter insignia Praefectorum Praetorio, Proconsulum, Comitis Orientis, Praefecti Augustalis, Vicariorum Consularisque Palaestinae, nullas in insignibus militarium aulicorumque magistratuum conspicimus. Nomen *Insignia* non nisi illustrium συμβόλοις suprascriptum legitur, ut ad cap. XIV. not. 1. observavi. Quod in Ducum insignibus, castellorum figuris dico, solum eorum locorum nomina inscripta leguntur, ubi e maiori laterculo emissi numeri in praesidiis fuerunt, ad rem criticam satis magni momenti esse videtur, quamvis rem adhuc inobservatam editores omnes reliquerint. ita eos quoque numeros, quorum δείγματα in Magistrorum Militum insignibus depicta sunt, ex maiori laterculo omnes emissos fuisse sine temeritatis crimine affirmare licet. In explicandis siglis, quarum maxima pars aperte corrupta est, ita ut Graecae quas ad 𝔄, i. e. codicis Palatini Monacensis fidem exhibebimus, vix aliquem sensum ut nunc sunt exprimant, plura quam potui me praestare potuisse vehementer optarem; sed hanc provinciam, ut meretur, ornare ultra vires meas ingeniumque labor est, aliis relinquendus.

b) *Datia* 𝔄.

---

1) *viro|rorum* ε².

2) De plurali numero vide quae ad cap. II. not. 1. disputavimus, sed cf. etiam infra not. 4.

3) *prefecto*ꝛ *pretorio* ℭ, ut supra not. β.

4) *Sub praef. (praefectura* a¹⁵, *Praefecto* εε*) praet. (prot.* a¹¹*) Illyrici* aaεε. Cf. supra not. γ.

5) *sunt* omiserunt 𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣.

6) *Dioceses* 𝔅ℭ𝔇𝔈𝔠[1,3]𝔡.

7) *infrascripte* ℭ, *infrascripti* 𝔞[1,2,4,7]. Pro v. *infra scriptae* numerus *II.* est in 𝔢𝔢.

8) *Dalia* 𝔈.

9) *VI.* 𝔅𝔇(?)𝔞𝔞𝔠𝔠𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣. In ℭ rubrica fere evanuit.

10) *Macedo* ℭ.

11) *Epyrus* 𝔄𝔢𝔢.

12) *ps macedonie* ℭ.

13) *et Pars Macedoniae Salutaris* omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠. Cf. de iisdem infra not. 18.

14) *Prouincie Dacie* (rubro colore) habet ℭ, *Datiae* 𝔈.

15) *V.* 𝔄𝔅𝔇 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

16) *Preualitana* ℭ, *Preualitiana* 𝔠[2,3,4]. Cf. cap. I. not. 158.

17) *ps Macedo|nie* ℭ.

18) *et Pars Macedoniae Salutaris* omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠, sed iidem habent *Est et Macedonia Salutaris, quae partim Macedoniae, partim Daciae adscribitur (afscribitur* 𝔠𝔠*).* Cf. not. 13.

19) Novum caput hic incipiunt 𝔢𝔢.

20) *Offitium* 𝔞[15].

21) *Praef. praet. (praetorio* 𝔞[4,7,11,15]*)* 𝔞𝔞𝔠𝔠.

22) *per Illyricum* omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠.

23) *Adiuto.* 𝔞[1,2].

24) *IIII. (IV.* 𝔞[15]*)* 𝔞𝔞𝔠𝔠, *quattuor* 𝔠[1].

25) *Auri* omisit 𝔄.

26) *oper̃* 𝔄ℭ, *operae uel operarius* 𝔞𝔞𝔠𝔠.

27) *In his unus | Oper̃ alter Sub|adiuua* 𝔄, *In his unus oper. Alter subadiuua* 𝔅, *In his auri | unus oper̃ | Alt' sub.| Adiuua* ℭ, *In his auri unus, operae (opere* 𝔞[7,11,15]*) uel operarius, alter subadiuua (subaiuua* 𝔞[1]*)* 𝔞𝔞, *in his auri, unus operae, uel Operarius alter. | Subadiuua* 𝔠[2,3], *in his auri unus o-|perae, uel Opera-|rius alter. | Subadiuua* 𝔠[4].

28) *eplaꝝ* ℭ, inde *epularum* 𝔢𝔢, ineptissime.

29) *Praefec. praef.* 𝔄, *praef. praef.* 𝔅, *Pref. pref.* ℭ, *Prefeo' pref'* 𝔇, *Prefectura pref* 𝔈, rubro colore omnes. *Uter-*

que Praefectus (Praef. c'.) Praetorio (Praetor. cc.) editi. sed ipse Pancirolus testatur in ms. cod. Ursini fuisse *Praefectus praetorio ipse emittit.* Cf. annot. ad cap. II. §. III.

30) *Illyrici* omiserunt E editi.

31) *Evectiones annuales non habet, sed* omiserunt AB CD, et teste Pancirolo cod. ms. Ursini.

32) *sed Praefectos ipsi (ipsi praefectos b, ipsi praefecti ceff.) emittunt.* editi. Cf. annot. ad cap. II. §. III. et de ponderis curribus per Illyricum imponendi modo anno 365. sive secundum Gothofredum anno 368. ad Probum Pf. P. (per Illyricum) datam L. 28. Th. C. de cursu publ. VIII. 5. („... non amplius rheda quam M pondo subvectet, et angariae MD sufficiat, veredo ultra XXX nullus imponat..")

CAPUT 3ᴬ.

Totum hoc caput a me additum esse vix opus est iterum monere; neque mss. neque editi codices lacunae ullum indicium praebent. Folium, quod insignia Praefecti U. CP. repraesentabat atque quinam sub ipsius dispositione fuerint magistratus, quale Officium eius fuerit, quale Evectionum faciendarum ius, explicabat, id folium ex eo codice, e quo omnes quotquot hodie exstant enati sunt, excidisse mihi persuasum est: nam nihili facio alteram Panciroli coniecturam, qua tractatum de Pf. U. CP. omissum esse putavit propterea quod qui de Pf. U. Romae in Notitia Occid. exstat sufficere videretur. Sane aliud Panciroli iudicium esse debebat, si similitudinem, quae inter utrumque Pf. U. intercessit, comprobare studuisset, neque, qua fuit animi socordia, simpliciter illam sibi sumpsisset. sed in iis commentarii ad Not. Or. capitibus, quae de Pf. U. CP. eique subditis magistratibus scripsit (capp. XXV ... XXIX.), si duo capita exceperis quae minus ad rem nostram faciunt, unum de lecticariis, alterum de prae-

toribus CP., praeter unam urbis CP. descriptionem veterem, solis fere iis fontium locis usus est, qui non nisi de Pf. U. Romae disserunt; et ita temere quae de Pf. U. Romae cognita habemus statim ad Pf. U. CP. traxit, quamvis utriusque praefecti condicionem per omnia exaequare vel ipsa diversa locorum ratio vetaret, ne dicam de diversa, quae inde a Constantino optinuit, imperii ratione: sub imperatoris nutu quantum fieri potuit, omnia esse voluerunt. Ceteri vero scriptores, quibus uti mihi contigit, omnes aut de una praefectura urbicaria Romae verba fecerunt, aut de Pf. U. CP. tantum quasi inter ceteros egerunt, lectoresque ad tractatus de antiquiori praefectura urbana ablegaverunt; Gothofredus autem, qui nihil fere obiter tantum tractavit, quem nos habemus titulum Th. C. de Off. Pf. U. I. 6. non habuit. Quae in sequentibus annotavi ex iis locis desumpsi qui de Pf. U. CP. disertim loquuntur, atque ex constitutionibus impp. quae ad Pff. U. CP. datae sunt.

Originem Praefecturae urbanae CP. constat ad ann. CCCLIX. referendam esse: nam eo anno Constantius A. Honoratum ex Pf. P. Galliarum Praefectum U. CP. primum instituit, ut complures scriptores, quos vide apud Gothofr. ad L. 16. Th. C. de Praetorib. VI. 6., testantur. Pancirolus annum quidem CCCLXII. praefecturae U. CP. primum fecit, sed recte paenultimo Constantii imperii anno Honoratum Pf. U. CP. factum esse scripsit; itaque in hac re Pancirolus a Gothofredo non dissentit: nam Constantius Aug. III. Non. Novembr. Flaviis Tauro et Florentio Coss. (3. Nov. 361.) apud Mopsucrenas animam efflavit; chronographi vero in numerandis annis inter se differunt, alii enim annum CCCLXI. faciunt CCCLXII., alii CCCLXIV. et sic deinceps; sed in consulum indicatione consentiunt. Ridiculo sane errore, operarum puto, in Notitia dignn., quam secundum litterarum seriem Corpori iur. civ. Germanice facto C. F. F. Sintenis adiecit, affirmatur Constantium imp. anno CCCLXXII. praefecturam urbanam CP. primum instituisse.

Sed iam ante quam de singulis dispiciamus, non possumus Philothei illius imperialis protospatharii et atriclinii apud

Constantin. Porphyr. de caerim. aul. Byz. II. 52. init. (ed. Bonn. tom. I. p. 702.) verba nostra non facere. „πολλῶν γὰρ ὄντων, inquit, καὶ μεγάλων τῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καταλειφθέντων ἀξιωμάτων, πολλή τε καὶ μεγάλη καὶ δύσκληπτος ἡ περὶ αὐτῶν ὑπάρχει σαφήνεια· καὶ γὰρ αἱ πολλαὶ τῶν ἀξιωμάτων ἀμαυρωθεῖσαι τῷ χρόνῳ προσκλήσεις, ἀλλὰ μὴν καὶ πᾶσαι αἱ μετ' ἐκείνας ἐφευρεθεῖσαι ἀξιωμάτων διαφοραὶ σύγχυσίν τινα παρεισάγουσιν τῆς ἀκριβοῦς αὐτῶν καταλήψεως."

a) Inter *Illustres* Praefectum quoque U. CP. habitum fuisse demonstratione facile supersedeo: nam si vel leges tacerent, quae rem abunde confirmant (e. gr. quas Gothofredus Notit. Dignn. Th. C. v. *Pf. U. CP.* citavit, quibus aliae multae facile addi possunt), solus liber noster locuples testis esset: Praefectum Urb. CP. statim post Praefectos Praetorio ante ceteros omnes Illustres viros collocavit. Nihil contra facit quod nonnullis locis (e. gr. Vaticann. fragmm. §§. 273. sq. Gruter. 165, 1. sive Orell. num. 2.) *vir clarissimus (v. c.)* appellatur: non ubique in his dignitatibus indicandis anxie scripserunt veteres; ita e. gr. in eadem illa inscr. legitur V. C. ET INLVSTRIS COMITIS ET MAGISTRI VTRIVSQ MILITIAE. Cf. etiam cap. XIV. not. 1. i. f. Ineunte decimo saeculo teste illo Philotheo Praefectura urbis CP. octodecima fuit inter LX eas dignitates, quae solo imperatoris edicto dabantur adimebanturque; pertinebatque ad numerum Iudicum sive Procerum I. D. deputatorum.

b) De Insignibus Pf. U. CP. non dubitandum est consimillima insignibus Pf. U. Romae ea fuisse (cf. Not. Occ. cap. IV.). Contra Pancirolum, Cuiacium aliosque, qui Lege un. de honorator. vehiculis Th. C. XIV. 12. Iust. Cod. XI. 19. ad Nebridium Pf. U. CP. anno CCCLXXXVI. emissa Praefectis urbis aliisque eiusdem dignitatis viris licentiam, ut intra urbem carrucis biiugis uterentur, datam esse putaverunt, Gothofredus ad h. l. videndus est. non ita humili vehiculi genere viri illustres uti consueverant; sed Carpentis, ut de Pf. etiam U. CP. diserte testatus est Iustinianus Nov. LXX. c. 1. vehebantur. Quadriiuga argentea fuerunt haec maioris fastigii vehicula. — Secundum

L. 1. Th. C. de Off. Pf. U. I. 6. (ann. 361.) in appellationibus per has octo provincias, dispositioni Praefecti Praetorio per Orientem omnes subditas (cf. cap. II. §. I. c ... e.), Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, Insulas, Phrygiam Salutarem, Europam, Rhodopam et Haemimontum interpositis Praefecturae urbis iudicium sacrum observandum fuit; L. 10. cod. et ex utraque desumpta L. 23. Iust. Cod. de appellationibus VII. 62. Paphlagoniam illis octo provinciis adiecit. Cf. Lyd. II. 15. sq. (De L. 17. I. C. cod. atque L. 2. Th. C. de praediis minor. III. 32. (21.) iam videndus est Haenel. ad h. l.) Vix tamen crediderim huius iurisdictionis indicationem insignibus Praefecti U. CP. expressam fuisse. Quae de Pf. U. insignibus Lydus I. 34. habet, nihil ad rem nostram faciunt.

c) Cavendum est, ne quum legimus certum administrationis genus sub cura Praefecti urbis fuisse, sive ad officium eius pertinuisse, statim etiam putemus proprios ideirco Praefectos, Curatores aliosve magistratus sub dispositione Praefecti Urbis fuisse: longe commodius imperabatur uni Praefecturae urbanae eiusque Officio, quam simul compluribus sub dispositione Praefecti urbis positis varias administrationes gerentibus suaque singulis Officia habentibus magistratibus. Ita e. gr.

d) *Praefectus annonae* urbis CP. nullus fuisse, sed ipse Pf. U. CP. curam annonae omnemque quae ad eam spectaret iurisdictionem habuisse videtur, quamvis Pancirolus singulari capite (Not. Or. c. XXVI.) de Pf. annonae U. CP. egit. Praefecturam sive Praefectum annonae U. CP. leges non memorant, urbis Romae innumeris locis (e. gr. Th. C. de pistorib. XIV. 3., de annonis civicis XIV. 17.); atque si Lydo (de magg. III. 38.) fides habenda est, cura annonae U. CP. ab initio praefecturae urbis subiecta post Ioannis Cappadocis usurpationem a Gabrielio, cum Pf. U. (CP.) esset, iterum illi iudicio restituta, posteaque cum praefectura praetorio coniuncta est. praeterea quaecumque in occidentali imperio ad Pf. annonae U. Romae pertinebant, ea in Oriente omnia ad Pf. U. CP. eiusque officium referuntur. vid. Th. C. de frumento U. CP. XIV. 16. LL. 1. 7...15.

Th. C. de annonis civicis XIV. 17. et L. 12. I. C. de palat. ss. largitt. XII. 24. Aperte etiam ἐπισκεπτῆται, qui inter XIV τῷ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως sive Praefecto Urbis subdita officia quarto loco enumerantur apud Constantin. Porphyr. de caerim. aul. Byzant. II. 52. (ed. Bonn. tom. I. p. 717.), Praefectis annonae, ut olim fuerunt, non respondent. In Latina versione illi ἐπισκεπτῆται vocantur „episcopi, i. e. venalis in foro annonae inspectores et arbitri."

e) *Praefectus Vigilum* (Νυκτέπαρχος) CP. quoque fuit, Romano ut videtur consimillimus; sed Iustinianus Novell. XIII. nomen potestatemque eius magistratus mutavit *Praetoremque populi* vocari iussit. „ἔστι γὰρ αὐτῇ (τῇ ἀρχῇ) δικαστήριον ἴδιον καὶ τάξις, κομμενταρισίους τε ἔχουσα καὶ τἄλλα πάντα ὁπόσα σχεδὸν τῇ πολιαρχίᾳ (praefecturae urbanae) παρὰ τῶν νόμων ἀφώρισται." Io. Lyd. III. 29. Praetorem urbanum Praefecti urbis adiuvandi causa τῶν βιωτικῶν ἐγκλημάτων ἐρευνάδα institutum esse tradidit. Pancirolus cap. XXVII. de Pf. Vig. U. CP. tranctans omnia fere mutuatus ex locis est qui de Romano Pf. Vig. habent, nisi quod adiecit DLXIII collegiatis et LXX vicorum magistris eum imperasse. de collegiatis rem confirmat L. 5. C. de commerciis IV. 63. Aetio Pf. U. (CP.) inscripta, non P. P., ut multa exemplaria habent; vicorum magistros (γειτονιάρχας) Praefecto urbi (τῷ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως) paruisse Constantinus Porphyr. l. c. testatur; sed duo demarchi item γειτονιάρχας inter officiales suos habuerunt. De Curatoribus regionum Vernaculisque ex eadem illa veteri U. CP. descriptione, unde ista desumpsit, Pancirolus verba facere poterat; nam eos quoque sub Pf. Vig. fuisse vero non absimile est. Ceterum utrum reliquis quae ad quietem, securitatem salubritatemque civitatis spectant (nos dicimus *die Sicherheits-Polizei*), atque quae ad Pf. U. CP. administrationem pertinuisse scimus, negotiis gerendis proprios magistratus sub dispositione habuerit, an Officialibus ea commissa fuerint, de singulis non satis constat. *Praetores* quidem varios subfuisse Praefecto U. CP. in scriptis relatum est, e. gr. *Praetores theatralibus*

et circensibus ludis per annos singulos *celebrandis* singulos nutu clementiae principalis *deputatos* (L. 33. Th. C. de praetorib. VI. 4.), *tutelaremque Praetorem*, *Constantinianum*, ut L. 2. Th. C. de praediis minor. III. 32. (21.), sive *Constantianum*, ut male Lyd. II. 30. habet. Sed nescimus an Notitia Dignn. eos Praetores inter magistratus, qui sub dispositione Pf. U. CP. fuerunt, non nominaverit: nam in quibusdam tutelaribus causis Praetores tutelares Praefectis Urbis non subfuisse constat (cf. Rudorff. Vormundschaft. tom. I. §. 46.), neque infra Not. Occ. cap. IV. §. I. Praetor tutelaris memoratur. Praeterea arctioribus finibus Praefecti U. CP. quam Romani administratio atque iurisdictio in causis ad ludos publicos spectaculaque spectantibus, quamvis in universum ad Praefectum etiam U. CP. pertinentibus (LL. 20. 29. Th. C. de praetorib. VI. 4. L. 1. Th. C. de usu sellar. XV. 13.) circumscripta fuit, ut multae huius argumenti constitutiones imperatoriae ostendunt, per Occidentem ad Pf. U. Romae, per Orientem autem ad Pf. P. emissae. Cf. titt. Th. C. de spectaculis XV. 5. de scenicis XV. 7. aliosque. (De *Tribuno Voluptatum* urbis CP. nihil me legere memini.) De ceteris ad civitatis bene ordinatae statum negotiis (Polizeisachen) memorantur sub Pf. U. CP. fuisse cura, ne urbanis sepulturis civitatis sanctitas violaretur (L. 6. Th. C. de sepulcro viol. IX. 17.), cura ne quis habitu vetito intra urbem uteretur (LL. 1. 3. 4. Th. C. de habitu quo uti oportet intra urbem XIV. 10.), cura haereticorum prosequendorum (cf. not. *o* in fin.), cura legum de studiis liberalibus U. CP. exsequendarum (LL. 2. 3. Th. C. de studiis liberalib. U. Rom. et CP. XIV. 9. cf. L. un. Iust. C. eod. XI. 18. L. 1. Th. C. de professorib. qui in U. CP. VI. 21. cf. L. 1. Iust. Cod. eod. XII. 15.), cura ut dignitatum ordo servetur (L. 1. Th. C. h. t. VI. 5.), cura ne hortulanorum fraudibus et inexplebilitate hortorum domini damna paterentur (Iustiniani Nov. LXIV.) et quae harum rerum similes sunt. Quod ad iurisdictionem Pf. U. CP. attinet, iam supra not. *b* de appellationibus ad eius iudicium diximus; ceterum eius iudicium etiam adeundum fuit in omnibus controversiis quae

de rebus ad ipsius administrationem pertinentibus movebantur. In criminalibus causis illustrium honorariis codicillis decoratorum virorum aut Pf. P. aut Pf. U. CP., interdum etiam Magister Officiorum iudicabat (L. 3. §. 2. C. ubi senatores III. 24. cf. L. 19. Th. C. de accusationib. IX. 1.); iisdem sedibus senatores in pecuniariis causis respondebant, sive in urbe, sive in suburbanis degerent (L. 2. C. ubi senat. III. 24.). Item omnia corporatorum genera, quae in CP. civitate versabantur, universi quoque cives ac populares Praefecturae urbanae regebantur moderamine. L. 4. Th. C. de Off. Com. ss. Largitt. I. 10. sive L. 1. C. de Off. Pf. U. I. 29. Cf. not. l.

f) *Comes Formarum?* Aquaeductuum curam calcisque coquendae eiusque vehationum administrationem ad officium Pf. U. CP. pertinuisse palam est. Cf. LL. 3. 4. 6. Th. C. de aquaeductu XV. 2. L. 29. Th. C. de praetorib. VI. 4. cf. L. 8. Iust. C. de aquaed. XI. 42. L. 5. cf. L. 3. Th. C. de calcis coctorib. urb. Rom. et CP. XIV. 6. Sed *Praetores* etiam *Aquaeductuum* CP. fuerunt. L. 30. Th. C. de praetorib. VI. 4. Secundum Constantin. Porphyr. de caerim. aul. Byz. II. 52. *κόμητες ὑδάτων*, *Comites Aquarum*, inter officia *τῷ λογοθέτῃ τοῦ γενικοῦ* (Rationali sacrorum Thesaurorum) subdita fuerunt.

g) *Comes Cloacarum? Κόμης τῶν χρειῶν?* CP. non fuisse putaverim.

h) *Comes Portus? Λιμενάρχης? Κόμης τοῦ λιμένος?* Neque de hoc me legere memini. L. 23. Th. C. de operib. publ. XV. 1. de portu et aquaeductu CP. instaurandis anno 384. data Cynegio *Pf. P.* inscripta est. Cf. *Παραθαλασσίτην* ap. Constantin. Porphyrog. II. 52. ed. Bonn. tom. I. p. 717. Praefecto urbis subditum.

i) ***Magister Census.*** Lydo (de magg. II. 30.) teste Constantinus CP. instituit *ἄρχοντα τῶν ἀρχετύπων συμβολαίων· ὅτι κῆνσον μὲν τὴν ἀπογραφὴν τῶν ἀρχείων* [i. e. archivorum], *ῥέγεςα δὲ λέγουσι· . . . κηνσουάλης δὲ τούτῳ, ἀντὶ τοῦ ἀρχειοφύλακας* [pro archivorum custodibus sive officialibus], *ὑπηρετεῖσθαι διώρισε.*“ Cf. etiam L. 4. Th. C. de testamentis

IV. 4. L. 5. (et LL. 9. 12. 15.) Th. C. de senatorib. VI. 2. LL. 1. 3. Th. C. de praediis senat. VI. 3. L. 5. Th. C. de princip. agent. VI. 28. L. 3. Iust. C. de iure emphyt. IV. 66. — Theophilus (Paraphr. Institt. §. 4. de libertinis I. 5.) cum quid *census* esset explicare studet, varia instituta inter se confundit: „*Κένσος*, inquit, *ἦν σανὶς ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ἐπὶ τὸ ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰσφέρειν.*“

k) *Rationalis Vinorum?* Cf. not. seq.

l) *Tribunus Fori Suarii?* L. 2. Iust. C. de suariis et susceptoribus vini XI. 16. (Florentio Pf. P.) „Quicumque ex corporibus Suariorum . . . iudicium voluerit experiri, fori urbani auditorium praestoletur.“ (ann. 408.). Cf. not. e.

m) *Curator (Comes?) Aquarum?* Cura aquarum publicarum, ut aquaeductuum U. CP. sub Pf. U. CP. fuit. Cf. not. f. ibique citt.

n) *Curator Operum Maximorum.* Utrum proprius maximis urbis CP. operibus, ut Circo maximo, qui in regione tertia fuit, aliisque curandis praepositus fuerit necne nescio. In veteri descriptione urbis CP. singulis regionibus singuli Curatores adscribuntur, ut in urbe Roma binos Curatores singulae regiones habuerunt.

o) *Curator Operum publicorum?* Curam operum publicorum et rerum nitentium ad officium Praefecturae urbanae CP. quoque pertinuisse nullum dubium habet. Cf. e. gr. LL. 25. 29. 30. 39. 44 ... 47. 50. 52. 53. Th. C. de operib. publ. XV. 1. LL. 20. 21. Iust. Cod. eod. VIII. 12 (11). Iustiniani Nov. LXIII. Sed utrum eam curam per Officiales egerit, an proprios *Curatores Operum Tribunumque rerum nitentium,* ut Pf. U. R., sub sua dispositione habuerit Praefectus U. CP. dubitari possit; sed hoc veri multo similius est quam illud: Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U. (CP.) L. un. Th. C. de Comitib. ordinis primi artium diversar. VI. 20., quae ex ampliori constitutione CP. anno CCCCXIII. data ex-

cepta est, haec edixerunt: „Hi quos aut vulgaris artis cuiuslibet obsequium aut operis publici cura temporalis iniuncta aut rerum publicarum procuratio levis commissa adeo commendarit, ut comitivae primi ordinis dignitate donentur, sciant se inter eos qui consulares fuerint, amoto officio quod susceperant, nominandos . . . .“ Apud Constant. Porph. II. 50. (ed. Bonn. p. 698.) legimus τοὺς τοῦ τειχεώτου (Curatoris moenium urbis dispositioni subiectos) in officiis militare debere, ibidemque II. 52. (p. 714.) τοῦ κόμητος τῶν τειχέων, Comitis Moenium (*Castellorum* Reiskius vertit) dignitas quadragesima quarta inter eas est, quas edicto imperator confert; vid. not. a in fin. ὁ κιςικὸς sive οἰκιςικός, ut Reiskius voluit, qui Magistrum architectorum eum fuisse interpretatus est, sec. Const. Porph. l. c. (p. 717.) sub Rationali ss. Thesaurorum fuit. sed κιςικὸς retinendum esse videtur. Operum publicorum curae annumeraverim eam quoque quae ad ecclesias domusque spectabat, in quibus religionis causa conventus celebrari solebant, quam cum cura haereticorum exstirpandorum coniunctam habuit Pf. U. CP. Cf. LL. 30. 66. Th. C. de haeret. XVI. 5.

p) *Statuarum Horreorum*que *publicorum* Constantinopolim tempore Notitiae nostrae scriptae magnam copiam habuisse abunde constat; non item utrum proprii *Curatores* sub dispositione Pf. U. CP., an huius Officiales curam earum rerum exercuerint. Cf. Gothofr. ad L. 4. Th. C. de operibus publicis XV. 1. Multa de Comite Horreorum (qui κόμης τῶν ὁῤῥίων ibi dicitur) habet Constantin. Porph. II. 51. (p. 699. sqq.), ubi ritus fere incredibiles exponuntur, qui observabantur quando imperator horrea strategii lustrabat. Sed haec ad rem nostram non faciunt.

q) *Officium Praefecturae urbanae CP.* procul omni dubio omnes, quotquot Romana praefectura Officiales habuit, quum utriusque praefecturae et dignitas et administratio consimillima fuit; atque eo minus de sequenti catalogo dubitari potest, quod praeter Censuales atque Nomenclatores, quos in officio Praefecti U. CP. fuisse constat, ceteri omnes Officiales

in officiis etiam Praefectorum praetorio reperiuntur. Neque tamen negaverim alios quoque, quos inter XIV sequentes non habemus, Officiales Praefecto urbis Constantinopolitanae subfuisse. Cf. nott. *c* sqq.

r) Cf. L. 5. Th. C. de principib. agent. in reb. VI. 28.

s) Cf. Nov. XIII. not. *e* transcr. Io. L. Lyd. III. 16.

t) Cf. Lyd. III. 20. Cramerique Comment. in Supplem. ad Brisson. de V. S. Kil. 1813. 4°. p. 12. sqq.

u) Cf. Lyd. III. 11. 16.

v) Cf. Id. II. 16. III. 8.

w) Cf. Id. III. 21.

x) Cf. L. 5. C. de off. Pf. U. I. 28. et Lyd. III. 16. sq.

y) Cf. locc. not. *i* citt.

z) Cf. Lyd. III. 8.

α) Cf. Id. III. 7.

β) Hoc de Evectionibus comma non liberum ab omni dubio est. L. 19. Th. C. de cursu publ. VIII. 5. non nisi ad Pf. U. Romae emissa ita iubet „Magnifica sedes tua evectionum faciendarum arbitrium in publicis tantum causis usurpet" rell. Neque vero L. 55. eod. (ann. 396.), ut Gothofredus interpretatus est, Praefecto urbis Evectionum sibi faciendarum ius ademit, sed solummodo duorum veredorum evectiones praesumere eum vetat. Sane iam antea L. 9. Iust. C. eod. XII. 51. (ann. 382.) constitutum fuerat (modo si compilatores verba legis non mutaverunt neque aliquid addiderunt) Praefecto Urbi faciendarum Evectionum copiam denegatam esse. Crediderim itaque Notitiam nostram aut ita habuisse: *Praefectus urbi CP. quotiens usus exegerit,* aut certum Evectionum numerum eum habuisse, ut scriptum fuerit „*Praefectus U. CP. . . .*" (i. e. *viginti quinque* sive *quindecim*). Cf. seqq. capp. §§. III.

CAPUT IV.

α) *Milicii* (pro *Militū*) rubro colore 𝔄.

β) *prefentalis* 𝔈𝔇.

Ad tabulam I. (pag. 17.)

a) *Lanciarii Senioris* 𝔄, *Lancearii seniores* 𝔈𝔡𝔢𝔢.

b) Desunt in 𝔈? *Iorianes Iuniores* 𝔢[6,7].

c) *Herculiani Iunioris* 𝔄, *Herculani iuniores* 𝔈𝔡, *Hercul ani iuniores* 𝔢[1...4].

f) *Martiarii Iuniores* 𝔄, *Matiarii Iuniores* 𝔈𝔇, *Marciani iuniores* 𝔈, *Martiarii iuniores* 𝔡𝔢𝔢.

h) *Brachiati minores* (?) 𝔈, *Braccati iuniores* 𝔡𝔢𝔢.

Ad tabulam II. (pag. 18.)

b) *Constantiniani* 𝔢[6,7].

c) *Matoiaci Seniores* 𝔄𝔇, *Mateiati feniores* 𝔈.

d) *Sagitt: Iunio: Gallicanj* 𝔄, *Sagit. fen. Gallica.* 𝔢[1...4], *Sagittarij Seniores Galliciani* 𝔢[6,7].

e) *Sagitt: Iuniores Galli* 𝔄, *Sagit. iuniores Gall.* 𝔢[1...4], *Sagittarij Iuniores Galliciani* 𝔢[6,7].

f) 3:tii *Sagitta: Valentis* 𝔄, *Tertii fagittarii ualētif* 𝔇, *Tercij sagittarij* 𝔈.

h) *Retubarii* 𝔈, *Retobarii* 𝔇𝔈𝔡𝔢𝔢.

l) *Visi* 𝔄𝔇, *Nisi* 𝔈.

m) *fœlices honorianij Iuniores* 𝔄.

o) *Primij Theodosianij* 𝔄.

p) *Tertij Theodofianij* 𝔄, *Tercii theodofiani* 𝔇𝔈.

q) *Felices Theodosiani faurj* 𝔄, *Felices th'odofiani Isauri* 𝔈, *Felices Theodof. Ifauri* 𝔢[1...4].

Singulae figurae ubi in codd. mss. a laeva ad dextram collocatae sunt, inverso ordine sese in 𝔡𝔢𝔢 excipiunt, propterea quod qui aeri picturas insculpsit easdem ita in metallum delineavit, ut in pergameno ante oculos habebat; sed neque hoc perpetuo a chalcographo observatum est, sed interdum nonnullas figuras iusta serie collocavit, aliarum ordinem pervertit. Consentiunt autem in hac re 𝔡 et 𝔢[1...4]; nam hos ex illo

picturas sumpsisse apparet. de picturis in $\mathfrak{e}^{6,7}$ aliquid monere fere operae pretium non est, nam in his libris vix aliquam similitudinem imagines cum iis quas in codd. mss. habemus retinuerunt: fere pro suo captu chalcographi Batavi in locum eorum insignium quae scripti libri perhibent, alia invenerunt, pleraque fere omnia temeritatis plena.

---

1) *Sub magistro* aacc. — De Magistris Militum Praesentalibus vid. Titt. ad cap. II. not. 1. citt., et Iust. C. de off. mag. mil. I. 29. Malchus c. 2. (p. 235. ed. Bonn.) *τὸν στρατηγὸν* nominat *δύο στρατηγιῶν τῶν ἀμφὶ βασιλέα, αἵπερ εἰσὶ μέγιςαι εἰς τὴν ἑτέραν γῆν.*

2) *praesentat* 𝔄𝔅ℭ𝔈, *praesentiali* aacc. Cf. not. 1. Pracsens in comitatu principis fuit, quem etiam proficiscentem comitari solebat.

3) *Vexillationes* equitum numeri sunt; Io. L. Lyd. de magg. I. 46. „*βηξιλλατίωνες ἀπὸ φ' ἱππέων*“ i. e. Vexillationes equitum quingentorum“. legionibus opponuntur, sed erat et aliud genus equitum, qui *Legionarii* vocabantur, propterea quod connexi erant legioni. Cf. Veget. II. 1. et Stewech. ad h. l. et Gothofr. paratitl. ad Th. C. de re mil. VII. 1. et L. 22. Th. C. de erog. mil. annon. VII. 4. — Pedestris militia, ut Amm. Marc. XXIV. 5, 10 ait, onerosior est, dignitatibus imminutis.

4) *Palatini milites* in eodem quidem cum Comitatensibus censu, sed inter priores primam dignitatem habuerunt. cf. Gothofr. ad L. 18. Th. C. tit. cit. Dicti sunt, ut Pancirolus ait, tamquam custodiendi principis palatii honorem consecuti.

5) *V.* 𝔅 editi.

6) *Promoti*, ad altiorem dignitatis gradum evecti. Cf. Veget. II. 3. Amm. Marc. XV. 4, 10. XXXI. 13, 18. Inter solos Equites *Promotos* reperimus. Videsis Wagner. in indice II. ad Amm. Marc. h. v. p. 470. Lyd. de magg. III. 2. „*Ἡ τῷ ἱππάρχῳ πειθαρχήσασα τάξις ποτὲ ἐν ὅπλοις μὲν ἦν ἅπασα, ὀνόματι δὲ αὐτῇ καθ' ὁμαλοῦ Προμῶται, ὅπερ ὄνομα εἰς τέσσαρας τέμνεται καταλόγους, εἰς δουκηναρίους, εἰς κεντου-*

ρίωνας, εἰς βιάρχους . . . καὶ ταύτης τῆς προσηγορίας, τῆς τῶν Προμωτῶν λέγω, ἔτι καὶ νῦν αἱ λεγόμεναι μάτριχες (ἀντὶ τοῦ 'Απογραφαὶ τῶν καταλόγων) μνήμην ἀναφέρουσιν."

7) *fenio* ε[2,3,4]. *Seniores* dignitate Iuniores anteibant. Cf. not. 4. et B, ✝. 6.

8) *Sagitarii* α[1,2]. Amm. Marc. XVIII. 9, 4. „. . Comitum Sagittariorum pars . ., equestres videlicet turmae ita cognominatae, ubi merent omnes ingenui barbari, armorum viriumque firmitudine inter alios eminentes." Cf. XV. 4, 10. Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46. „ἀρκύτεις καὶ σαγιττάριοι, τοξόται καὶ βελοφόροι."

9) *Clibanarii*, ὁλοσίδηροι . κλίβανα (κηλίβανα Lyd.) γὰρ οἱ 'Ρωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ „κηλάμινα." Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46. et Gloss. Basilii. Lamprid. in Alex. c. 56. „Persas vicimus . . . . Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant, X milia in bello interemimus . ." Et Amm. Marc. XVI. 10, 8. „. . . cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Persae, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros. quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant per omnia membra deducti, ut quocumque artus necessitas commovisset, vestitus congrueret iunctura cohaerenter aptata." Nazar. Panegyr. Constantin. c. 22. „. . species . . atrox visu . . formidolosa, operimento ferri equi atque hominis pariter obsepti: Clibanariis in exercitu nomen est: superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica et crurum tenus pendens sine impedimento gressus a noxa vulneris vindicabat." Cf. Claudian. in Rufin. II. ✝✝. 355. sqq., de VI. Cons. Honor. ✝✝. 569. sqq. et Gesner. ad hh. ll. Veget. III. 23. sq. et Stewech. ad hh. ll. Tractat. de bellicis machinis, Du Cange vv. *Clibanarii, Clibanus vel Clibanum,* Scheelii Not. in Hygin. (in Graev. Thes. tom. X. p. 1096. D.), Salmas. ad Lamprid. l. c. aliosque. Notitia nostra aperte inter Clibanarios et Cataphractarios distinguit.

10) *Sagitarij* α[1]. Cf. nott. 8. sq. et 16.

11) *Tarfali* aacc. Scythica gens. Sedebant olim in hodierna Moldavia Transsilvaniaque. Eutrop. VIII. 2. Amm. Marc. XVII. 13, 19. sq. XXXI. 3, 7. Zosim. II. 31. IV. 25. Cl. Mamertin. genethl. Maximian. c. 17. Gregor. Turon. IV. 19. Cf. Capitolin. in Marco c. 22. Vid. Mannert. III. p. 368. Wersebe p. 257. (*Fale* = exul. Ita post alios H. Muellerus in libro „Die Marken des Vaterl." I. Bonn. 1837. 8. p. 209. Victophalos, Taiphalos Westphalosque comparavit inter se.)

12) *Archades* c[1,2]. Utrum ex Arcadia, Peloponnesi regione, an ex Aegyptiaca provincia Arcadia desumpti fuerint, in medio relinquit Pancirolus. Mihi de Arcadibus hodiernae Moreae nomen venire videtur. de Arcadibus Cretae minus cogitari potest. Ab Arcadio imp. nomen deduci nequit.

13) Litterae *nes comitatenses* fere evanuerunt 𝕮. A principis comitatu nomen habent. Cf. nott. 3. 4.

14) *VII.* 𝕭𝕮𝕯𝕰 editi..

15) *Equit.* cc et ita in seqq. sex versibus.

16) *catafractarii* mss. (praeter 𝕰?), *cataphractarii* editi. Arrian. Tactic. (ed. Blancard. Amst. 1683. 8°. p. 13. sq.) „*Τῆς δὲ ἱππικῆς ὁπλίσεως ἡ μὲν κατάφρακτος τυγχάνει οὖσα, ἡ δὲ ἄφρακτος. καὶ κατάφρακτος μὲν τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἱππέας πεφραγμένους παρεχομένη, τοὺς μὲν θώραξι φολιδωτοῖς ἢ λινοῖς ἢ ἐκ κεράτων, καὶ περιμηριδίοις· τοὺς ἵππους δὲ παραπλευριδίοις καὶ προμετωπιδίοις. ἄφρακτος δὲ ἡ ἐναντία κ. τ. λ.*" Amm. Marc. XVI. 12, 7. „. . . equestres turmae, inter quas Cataphractarii erant et Sagittarii, formidabile genus armorum." Serv. ad Virg. Aen. XI. 770. „Cataphracti autem equites dicuntur qui et ipsi ferro muniti sunt et equos similiter munitos habent." Cf. not. 9.

17) *Biturigentes* 𝕬𝕭𝕮𝕯, ut saepissime *entes* pro *enses* (*ẽtes* pro *ẽses*). A Biturigibus Cubis, Carnutorum vicinis, non a Biturigibus Vibiscis, qui ad sinistram Garumnae ripam Oceanumque sedebant, Biturigenses nostros nomen habere crediderim. Biturigum Cuborum caput, Avaricum, ut innumerae aliae civitates, quarto saeculo populi nomine *Bituriges* sive

Biturigae (hod. *Bourges*, metrop. praefecturae Cari, dép'. du Cher,) dictum est. Amm. Marc. XV. 11, 11. Sidon. Apoll. Epp. VII. 5. Cf. Vales. Not. Gall. p. 85. sqq. D'Anvill. Notice de l'anc. Gaule p. 151. sq. Mannert. II. 1. (ed. II.) p. 128. sqq. Ukert. II. 2. p. 271. 394.

18) Gravis armaturae, opinor. Io. Lyd. l. c. „ἀρμιγέῤῥοι, ὁπλοφόροι.“

19) Utrum a Gallica, calceamenti genere, vel a Galliis patria nomen habuerint, nemo cum Panciroio dubitabit. Sed ut olim in Gallicis legionibus, e. gr. II. III. VI., ita nunc quoque inter Gallicanos, quorum totiens mentionem liber noster fecit, non omnes Galliis oriundos milites fuisse vix admonere opus erit. Vid. not. seq.

20) i. e. *Dalmatae Scholae Quintae*. cf. Not. Occ. cap. VI. §. I. B, ✝. 28. cum cap. VII. §. II. ✝. 18. — Satis memorabile esse videtur, quod totiens in libro nostro *Dalmatae equites* memorantur, quum ferocem Dalmatarum gentem nautas potius pastoresque et praedatores quam equites et olim fuisse et hodie esse constet. Numerorum gentilia nomina aut a militum patria aut a regione, ad cuius praesidium vel ab initio vel κατ' ἐξοχὴν destinati fuerunt, aut a militiae denique genere sumpta sunt; neque omnes *Dalmatae*, quorum liber noster mentionem fecit, ex Dalmatia oriundi fuerunt, non magis quam *Mauri* omnes ex Mauritaniis aut *Illyriciani* ex Illyricis. militiae genus, non patriam militum ea nomina indicant.

21) i. e. *Dalmatae Scholae Nonae*. cf. not. 20.

22) Hos *Primos* dici puto propterea quod (prioris Mag. Mil. Praes. dispositioni subditi fuerunt [?], atque) ordine et dignitate Secundos (cf. cap. seq. §. I. B, ✝✝. 4. 6. et c.) anteibant. Ad designandam Scholam primam liber noster cummaxime hac forma uti solet *Primo Scutarii, Primo Clibanarii*, ut e. gr. multis locis habet Not. Occ. cap. VI. §. I. B. cap. VII. §. II. C. Ceterum huic sententiae parum favet Io. L. Lyd. l. c. „πριμοσκουτάριοι, ὑπερασπισαί, οἱ νῦν λεγόμενοι προ-

τίκτορες [protectores]." sed statim apud eundem sequitur „πριμοσαγιττάριοι, τοξόται πρῶτοι." Duas item Scutariorum Scholas fuisse constat. cf. cap. X. §. I. A, ɣɣ. 1. 2. Not. Occ. c. VIII. §. I. A, ɣɣ. 1. 2. Amm. Marc. XXII. 11, 2. XXVI. 1, 4. et 5. XXV. 10, 9. *Tertia* memoratur Not. Occ. cap. VIII. §. I. A, ɣ. 5.

23) Inter Palatinos Comitatensesque numeros innumeris locis memorantur.

24) Cf. supra A, ɣ. 1. et nott. 6. 7.

25) *Parchi* 𝔄, *Clibanarii* | *Parthi* per errorem 𝔢[1].

26) *Legiones*, pedestres milites; item palatinae, comitatenses, pseudocomitatenses fuerunt. Cf. nott. 3. 4. et capp. sqq. Io. Laur. Lyd. l. c. „λεγεῶνες ἀπὸ ἑξακισχιλίων πεζῶν."

4) PALA|*tine* a[1]. Cf. supra not. 4.

27) *VI.* 𝔅ℭ et 𝔢𝔡iti, nisi quod 𝔢[3.4] per errorem *XV.* habent.

28) *Lancearii* 𝔄𝔅ℭ?a[1.4]𝔢𝔡𝔢𝔣𝔣. Formae *Lanciarii* codd. mss. favent; item Io. L. Lyd. de magg. I. 46. „λαγκιάριοι, ἀκοντοβόλοι." Nomen eos a longioribus lanceis, quibus utebantur, habere constat. Iunguntur Mattiariis apud Amm. Marc. XXI. 13, 16. XXXI. 13, 8. et apud Zosim. III. 22. ubi λαγκιάριοι pro λακκινάριοι legendum est.

29) *Loviani* ℭ. De Iovianis vid. Amm. Marc. XXII. 3, 2. XXV. 6, 2. Veget. I. 17. S. Aur. Vict. de Caess. c. 39. Zosim. III. 30. Sozomen. Hist. eccl. VI. 6. Suid. v. Ἰόβειοι καὶ Ἑρκούλειοι. Gruter. 495, 3. sive Maffei Antiqq. Gall. p. 55. *Ioviani* et *Iovii* numeri nomen a C. Aurelio Valerio *Iovio* Diocletiano, ut *Herculiani Herculiique* a Maximiano *Herculio* nomen habent. Ἰοβιανοὶ καὶ Ἑρκουλιανοί, Zosim. l. c. inquit, ταγμάτων ὀνόματα παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ καταςάντα, φερόντων τὰς τούτων ἐπωνυμίας· ὁ μὲν γὰρ Διός, ὁ δὲ Ἡρακλέους ἐπώνυμον εἶχε." Vegetius l. c. „in Illyrico, ait, dudum duae legiones fuerunt, quae sena milia militum habuerunt, quae quod his telis [plumbatis] scienter utebantur et fortiter, *Martiobarbuli* vocabantur. per hos longo tempore

strenuissime constat omnia bella confecta, usque eo ut Diocletianus et Maximianus, cum ad imperium pervenissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos *Iovianos* atque *Herculianos* censuerint appellandos, eosque cunctis legionibus praetulisse doceantur" rell.

30) *Ioviani Seniores* sub dispositione Mag. Ped. Praes. per Occ. fuerunt. Cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, ✝. 1.

31) Cf. not. 29.

32) *Seniores* ABC editi. sed recte *Iuniores* DE. nam *Herculiani Seniores* sub disp. Mag. Ped. Praes. per Occ. fuerunt. cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, ✝. 2. In commentario (c. XXXVIII.) etiam Pancirolus *Herculiani Iuniores* habet; sed non animadvertit textum et commentarium suum sibi oppugnare.

33) *Forcenses* C. De his *Fortensibus* magna inter DD. dissensio est. A fortitudine nomen eos habuisse crediderim, ut desumpti fuerint ex ea legione, aut alio modo successerint in locum eius quae *Fortis* cognomine gavisa est, ut *Martenses* ex Martia legione effecti sunt, *Augustenses* ex Augusta, et quae horum similia sunt nomina. Quid, quod Maffaeus (Istoria diplomatica. Mantuae. 1727. 4°. p. 170.), et rectissime, ut mihi videtur, nomen *Divitensium* Dalmatarum a nomine *dives* deducendum esse scripsit, ut *Fortensium* a verbo *Fortis?* Cf. infra cap. VII. §. I. C, ✝. 10. cap. XXXIX. §. I. A, ✝✝. 1. et 2. Ut olim Legiones, e. gr. Secunda Traiana, *Fortis* epitheto honorabantur, ita nunc *Fortenses* dicebantur. In inscriptionibus FORT. scribuntur, e. gr. Gruter. 528, 7. Marmor. Taurinens. II. p. 54. Neque *Fretenses* legendum esse apparet, ut Lindenbrog. ad Amm. Marc. XVIII. 9, 3. voluit, ubi *Tricesimani Decimanique Fortenses* memorantur (cf. infra cap. XXIX. §. I. A, ✝. ult.), neque nomen a *Fortia* Sarmatiae [! Raetiae] oppido ut Pancirolus voluit, deducendum est. Alii *Comagenos Eufratenses* esse putaverunt, ut dempta prima syllaba *Fratenses* sive *Fretenses* eos dixissent. Nugae! Ineptissime Marmorum Taurinensium (Aug. Taurin. 1743. 4. tom. II. p. 56.) seditore

post Pancirolum scripserunt *Fortenses*, qui a Dalmatis Fortensibus diversi sunt, a *Fortensi*, Mauritaniae oppido, (cf. Not. Occ. cap. XXIX. §. I. ✝. 4.), *Dalmatas* vero *Fortenses* nominatos fuisse ab oppido Sarmatiae [? ! Raetiae], cui nomen *Fortia Moënia*, in Comitatu Tirolensi, ubi hodie *Stertzingen*. — *Fotenses* apud Orell. Inscrr. n. 490. pro nomine *Fo͂tenses*, *Fortenses*, legitur. Cf. infra ad cap. XXIX. not. 24. de Fretensibus dicta.

34) *Nervii* in hodiernis Belgiae praefecturis Haginoensi (Hainaut) Flandriaque orientali ad Sabis (Sambre) fl. superiorem partem atque ad Scaldim (Schelde, l'Escaut) fl. sedes olim habuerunt. Cf. locc. ap. Vales. Not. Gall. p. 567. sq. Aeg. Bucherii Belgium Rom. (Leod. 1656. fol.) p. 610. sqq. C. Wastelain Déscription de la Gaule-Belgique. Lille 1761. 4°. p. 421. sqq. D'Anvill. p. 482. Mannert. II. 1. p. 202. sq. et imprimis Ukert. II. 2. p. 374. sq. H. Mueller. (Die Marken *etc.*) p. 27. sqq. 15* sqq. — Inter Mosam, Sennam Scaldimque sedes habuisse Nervios demonstrat Raepsaet (Analyse historique et critique de l'origine des Belges et Gaulois. tom. I. Gandav. 1824. 8°. p. 13. sqq. sive Operum Gandavi a. 1838. editor. tom. III. p. 22. sqq.) „Les historiens assignent donc aux Nerviens le Cambrésis, le Hainaut, la plus grande partie du pays d'entre Sambre et Meuse, et, par le Namurois, ils les font toucher aux Eburons, Condrusiens, Paemannes et Caeraeses; descendant de là entre Soignies et Nivelles vers Halle, et, par la gauche de la Senne, jusqu' à Rupelmonde; longeant ensuite la rive droite de l'Escaut, ils leur donnent le pays de Bornhem, la partie du pays de Termonde, sur la droite de l'Escaut, avec tout le pays d'Alost."

35) *Martiarii* **AE** *editi*, *Matiarii* **BD**, *maciarii* **C**. *Martiarii* a nomine Martiae legionis derivari posse, sed tenendum esse *Mattiarii* Pancirolus annotavit. Sed minime cum eodem Mattiarios Mattiacosque eosdem fuisse statuerim atque interpreter eos fuisse „ex *Mattio* oppido, metropoli Cattorum, ubi hodie est Magdeburgum" [*Marburgum* Hassiae voluit]. Cum

Lanciariis nominantur *Mattiarii* apud Amm. et Zosim. ll. not. 28. citt. Valesius Mattiarios a teli genere, ***Mattium*** sive ***Mattiobarbulum*** (cf. Veget. I. 17.) dicto, nomen habuisse scripsit. Accedo. Cf. Stewech. Comm. ad Veget. l. c. Adr. Turnebi Adverss. XXIV. 12. Du Cange v. ***Martiobarbuli***, Forcellin. v. ***Materiarius***.

36) *Iuniores* item *Mattiarii* occurrunt Not. Occ. inter Legiones Comitatenses sub Mag. Ped. Praesentali. Cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, c, ✝. 9. *Matiarii Seniores* inter Legiones Palatinas sub altero Mag. Mil. Praes. per Orient. leguntur. Cf. cap. seq. §. I. C, ✝. 1. atque cap. VIII. §. I. D, ✝. 1.

37) Auxilia non nisi Palatina in libro nostro memorantur. *Auxiliarii* autem milites etiam inter Pseudocomitatenses invenimus cap. seq. §. I. E. cap. VI. §. I. D, ✝. 3. cap. VIII. §. I. E, ✝. 1. Gothofredus sibi ipse contrarius est, cum paratitl. ad Th. C. de re milit. (tom. II. p. 249. ed. Ritter.) affirmat Comitatensia etiam Auxilia reperiri, quod negat ad L. 18. Th. C. eod. — Iam sub finem liberae rei publicae veteris militiae rationem omiserunt, ut inter legiones, quibus semper auxilia tamquam levis armatura in acie iungebantur (Veget. II. 2.), non nisi Romanos, in Auxilia socios posteaque peregrinos solos reciperent; tamen vetus nomen in usu remansit, et *ξενικὰ στρατόπεδα* etiam a Byz. hist. scriptoribus dicebantur, e. gr. apud Dexipp. de bell. Scyth. i. f. Cf. Stewech. ad Veget. II. 2. sq. et Scheel. ad Hygin. (Thes. antiqq. Romm. Graevii tom. X. p. 1039. 1106. 1430. sq.)

38) *XVIII.* 𝕮𝕯 𝔯𝔡iti. Cf. not. 57.

39) *Battaui* cc. *Batavi*, quorum multotiens etiam liber noster inter Palatinas Vexillationes Auxiliaque, sed etiam inter Laetos mentionem fecit (Dio Cass. LV. 24. „. . *ξένοι τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταούων ἀπὸ τῆς Βαταουΐας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται.*" cf. Amm. Marc. XVI. 12, 45. XX. 1, 3. 4, 2. XXVII. 1, 6. 8, 7. XXXI. 13, 9.), sedes habuerunt in hod. Hollandia inter Rhenum Mosamque et Oceanum. Caes. B. G. IV. 10. Tac. Germ. 29. Hist.

IV. 15. Plin. IV. 15. Zosim. III. 6. „*Βαταβία, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου . . . αὕτη . . οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο.*“ Id. III. 8. (cf. cap. 7.) „. . *ὁ Καῖσαρ* [*Ἰουλιανὸς*] *Σαλίους τε καὶ Κουάδων μοῖραν καὶ τῶν ἐν τῇ Βαταβίᾳ νήσῳ τινὰς τάγμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι.*“ Cf. Ammian. XVII. 8, 4. „. . dedentes se cum opibus liberisque suscepit.“ Vid. Ukert. II. 2. p. 366. sq. et von Ledebur, Blicke auf die Literatur zur Kenntn. Germaniens et c. Berol. 1837. 8°. p. 68. sqq. et videsis etiam Vales. Not. Gall. p. 76. sq. D'Anvill. p. 141. sqq. Mannert. II. 1. p. 235. sqq. Raepsaet (Analyse historique et crit. tom. I. p. 32. sqq. sive Opp. tom. III. p. 42. sqq.).

40) *Seniores Batavi* sunt etiam inter Auxilia Palatina Not. Occ. cap. V. §. I. C, b, ỷ. 6.

41) Ita (*bchiati* h. l. C.) habent mss. codd. nostri (et Ammiani etiam XVI. 12, 43.) constanter, *Braccati* editi. Forma *Brachiati* omnino retinenda est, ut paulo post demonstrabitur. Gallicum nomen femoralium vestium Latine *Bracae* ab initio dixerunt, atque inde recentiores omnes Romanicae linguae retinuerunt, Hisp. *bragas*, Ital. *brache*, Francogall. *braies*, Angl. *breeches*, Holland. *broek* et c. *Bracharum* usum intra urbem (Romam) vetat L. 2. Th. C. de habitu quo intra urb. XIV. 10. Cf. Io. Laur. Lyd. de magg. I. 12. i. f. Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. c. 40. i. f. (pag. 223. ed. Paris. 1620. fol.). Ab hoc vestimenti genere, femoralibus, a quo Galliam Narbonensem olim Braccatam dixerunt (cf. Plin. H. N. III. 4. sect. 5.), nomen hos milites, Gallos patria, habere communis Dd. opinio esse videtur, Panciroli etiam, quamvis in comm. Not. Occ. c. XXII. nomen a *Bracha* [!], Hispaniae urbe, venire scripserit. Verum falsam esse illam opinionem constans scriptura *Brachiati* et apertissimum Io. Laur. Lydi testimonium probant: ab armillis, brachialibus, quibus brachiorum ornamentis milites virtutis causa olim ab imperatoribus donatos fuisse constat (cf. Gesner. Thes. et Forcellin. lexic. v. *Armilla*), nomen *Bra-*

chiatorum venit. Lyd. de magg. I. 46. habet: *βραχιάτοι ἤτοι ἀρμιλλιγέροι [brachiati sive armilligeri]*, *ψελιοφόροι.*"

42) *Seniores Iunioresque Brachiatos* habemus inter Auxilia Palatina Not. Occ. cap. V. §. I. C, c, ✝. 2. et ✝. 38.; sunt solum inter Palatinos milites, Vexillationes et Auxilia.

43) *Salii*, Francorum pars, sec. Amm. Marc. XVII. 8, 3. sub Iuliano imp. apud Toxiandriam inter Mosam Scaldimque fluvios (cf. Ledeburii librum „Das Land u. Volk der Bructerer. Berol. 1827. 8°. p. 81. not. 329.) sedes habuerunt, et Zosimus vi Saxonum eos in insulam Bataviam reiectos esse scripsit. Cf. not. 39. Claudian. Laud. Stil. I. ✝. 220. sqq.

„. . . . . Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Ut Salius iam rura colat, flexosque Sicambri
In falcem curvent gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quae sit Romana requirat."

Saxones, i. e. Chauci, quos Zosimus Quados appellat, Salios ex hodierna Hollandica provincia *Over-Yssel* atque ea quidem parte, quam hodieque terram Salicam *(Salland)* vocant, ad austroafricum Vahalisque ripas, tum Sicambrorum sedes, pepulerunt. Optime de his rebus disputavit Ledeburius lib. cit. p. 77. sqq., quem nominavisse h. l. sufficit. Cf. etiam Raepsaet. p. 68. sqq. sive Opp. III. p. 87. sqq.

44) *Constantiniani* ε[3,4,6,7]. A Constantio imp., Constantini filio, huius Auxilii nomen venire credibile est. Cap. seq. §. 1. D, ✝. 4. „*Constantiniani.*" Sed non multum ipse pugnarem siquis hos Constantianos a legione *Constanti* cognominata nomen habere dixerit. Cf. supra not. 33. et ad cap. XXIX. not. 24.

45) *Maloiaci* 𝔄𝔅ℭ𝔇αας, *Mateaci* 𝔈. Iterum Panciroltus de Mattio Cattorum „ubi nunc est Magdeburgum Hassiae" loquitur. cf. not. 35. Mattiacos, Chattorum partem, tum inter Loganam (Lahn) Moenumque fluvios in hod. Nassovia sedisse verius esse videtur (Tacit. Ann. XI. 20. Germ. 29. Hist. IV. 37.); sed Cluver. (Germ. III. c. 7.) inter Adranam Lonam-

que (Eder und Lahn) fll. eorum sedes statuit; Raepsaet p. 48. (Opp. p. 59. sqq.) autem eos Badenses fecit, inter *Kehl* et *Phillippsbourg* eos sedisse putans. Nobiscum faciunt Cellar. (Not. Orb. ant. Lips. 1731. sive 1773. 4°.) tom. I. p. 380. §. 55. Mannert. II. 1. p. 191. Wilhelm (Germanien. Weimar 1823. 8°.) p. 145. sqq. aliique.

46) *Seniores* omitt. *cc.* Etiam Not. Occ. cap. VII. §. I. A, ✝. 13. *Mattiaci Seniores* memorantur.

47) *Tercii* CD.

48) *Valentes* AB. A Valente, Valentiniani imp. fratre et in imperio consorte, sive mavis apparitore, nomen gessisse videntur, non a valendo.

49) Levis armaturae; cf. Veget. III. 22., non *defensores moenium*, ut cum Pancirolo Pitiscus h. v. putavit.

50) Ita ABD, *Rotobarii* C, *Retobarii* Cdrff, *Metobarii* *aacc.* Ili qui fuerint nescio; sed minime cum Pancirolo *Rutubarii* legerim atque nomen a flumine *Rutuba* in Liguribus (Plin. III. 5. sect. 7.), *Retuba* (Lucan. II. 422.), hod. *la Roja* s. *Roya*, quae ad oppidum *Vintimiglia* in mare se effundit, deduxerim. Verbum *Raetobarii* sive *Raetovarii* (nam *b* et *v* saepissime in mss. codd. promiscue positae sunt) retinendum et ab aliquo, nescio quo, populo in Raetiarum confinibus intellegendum esse duxerim. nam audacius esse videtur *Metobali* s. *Mattibali* aut simile quid efficere atque de Mattiobarbulis (cf. not. 35.) nomen interpretari.

51) Pancirolus et Cluver. III. c. 14. *Angrivarios* (Tac. Ann. II. 8. sqq. German. 33. Ptolem. II. 11.) Germaniae populum ad Visurgim (Weser) fl. esse interpretantur, quod utrum recte factum sit necne fortasse dubitari potest. De sedibus Angrivariorum recentiores disputant. cf. Cluver. l. c. Cellar. I. p. 377. §. 49. Mannert. III. p. 278. sqq. Wilhelm. p. 162. sqq. Reichard (Germanien. Nürnb. 1824. 8°.) p. 63. sqq. Wersebe (Die Völker Teutschl. Hannov. 1826. 4°.) p. 90. Ledebur (Bructerer) p. 240. sq. cf. ibid. not. 446. Pfister (Gesch. der Deutsch. Hamb. tom. I. 1829. 8°.) p. 161.

52) „Armeniae populi, nunc Georgiani vocantur" Pancirolus. Recte, opinor; sed adiceit „sunt etiam *Iberi* Hispaniae populi, de quibus posset intelligi." De hodierna *Georgia (Karduel* et *Kacheti)*, Grusiae parte, sive de incolis terrae, quae Caucaso Moschilsque montibus, Cyro fluvio atque Albania includitur (cf. Cellar. II. p. 310. Mannert. IV. p. 400. sqq.) h. l. accipio. Strab. XI. p. 499. sqq. (p. 763. sqq. ed. Almel.) Ptol. V. 11. Hos enim Romanis subiectos fuisse Iberos tradit Eutrop. VI. 14. VIII. 3. atque Amm. Marc. XXVII. 12, 4. XXX. 2, 2. De *Iberis* Hispaniae, multos populos, immo Hispanias omnes complectenti nomine, h. l. accipiendum non esse autumo propterea quod eum loquendi usum parum convenire iis temporibus puto, ad quae liber noster referendus est. Cf. Ukert. II. 1. p. 303. sqq. Vid. infra cap. XXVIII. §. I. B, ✝. 4.

53) *Uisi* ABCD, *Ursi* E editi. Ab Ursa Picenorum oppido Pancirolus vocatos fuisse putavit, quod grammatica ratio vetaret, vel si recte apud Ptol. III. 1. pro *Οὔρβς* (s. *Οὔρβα*) *Σαλουΐα* legisset *Ursa Baluia*, ut vetera exemplaria habent. De hodierno oppido *Urbisaglia* nihil ad h. l. Fortasse cogitaveris de *Urgis*, quos cum *Regiis* (*Βασίλειοι* cf. cap. seq. not. 27.) inter populos qui regionem inter Borysthenem et Istrum inhabitant, Strabo III. p. 306. (ed. Almel. p. 470.) nominat. Cf. cap. seq. §. I. D, ✝. 1. Sed *Ursi* iustum nomen huius Auxilii esse non dubito, a ferocitate vel squalore aliave ursorum qualitate olim inditum, ut *Leones* a fortitudine.

54) *Foelices* Bcc.

55) *Honoriani* ab Honorio imp. denominati. Oros. hist. VII. 40. „barbari ... quondam in foedus recepti atque in militiam adlecti Honoriaci [*in aliis mss. codd.* Honoriani] vocabantur. Honoriani et Honoriaci saepissime hoc libro nominantur.

56) Victorias tres, tria oppida, unum in Brittannia, alterum in Hispania, tertium in Mauritania Sitifensi fuisse, et a priori nomen *Victores* habuisse scripsit Pancirolus, sed invita grammatica, neque comprobante historia. *Victores* a vincendo

dicti milites et inter Legiones et inter Auxilia tum in libro nostro tum apud Ammianum, Zosimum [Βίκτωρες] aliosque saepius leguntur, ut olim Legiones *Victrices.*

57) Hunc versum omiserunt *aacc*, ut re vera XVII tantum Auxilia recenseant. cf. supra not. 38. A Theodosio I. imp. hos nomen habere palam est. Pancirolum eos, ut sibi constaret, e Theodosia Chersonesi Tauricae urbe vel Phrygiae vel ex alia quadam Theodosiupoli deducere debebat.

58) *Tercii* D.

59) *Sauri* ABC, *fcauri* D, *Isaurii aacc*. In commentariis Panciroli ordo versuum 17. et 18. perversus est. Latrociniis famosa gens, in hod. provinciae Osmanicae *Karaman* sandschakatu *Bei-Sheer* sive *Begsheer*. Cf. locos veterum scriptorum ap. Cellar. II. p. 192. §. 23. sqq. Mannert. VI. 2. p. 182. sqq. Georgii (Alte Geogr. tom. I. 1838. 8°.) p. 34. sq. Vid. W. M. Leake Journal of a tour in Asia Minor. Lond. 1824. 8°. capp. 2. 3.

60) Sequentia usque ad capitis finem omiserunt *aacc*. Sed cf. cap. VIII. not. 37.

61) *Offitium* C.

62) *suprafcripte* | *magifterie* C.

63) Cf. cap. VII. §. II. cap. VIII. §. II. Officiales huius Magistri Militum in praesenti ex ipsis verisque militibus, inter quos suum quisque locum et dignitatem retinebat, sumebantur, ut muneribus in Officio magisteriae prout res exigeret fungerentur. Cf. L. 4. Th. C. de divers. offic. VIII. 7. et Gothofr. ad L. 7. Th. C. de susceptoribus XII. 6. Ceterum Anastasius L. 16. Cod. de testam. milit. VI. 21. „Scriniarios vel Apparitores, qui virorum magnificorum Magistrorum Militum iussionibus vel actibus obtemperant, etsi nomina eorum matriculis referri videantur, nullatenus tamen in ultimis a se conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem“ decrevit. Ante hanc constitutionem in hos Officiales Magistrorum Militum omnino non cadebat quod Lyd. de magg. III. 2. de iis refert qui solo nomine militiam qualemcumque ineunt, vel,

ut cum Pseudo-Asconio (in Verr. I. 28.) loquar, „quorum nomina" solummodo „de legionaria militia sumpta sunt": *οὐδὲ γὰρ ἰδιώτου* (Lydi verba sunt) *διαφέρουσεν οἱ μόνῃ προσηγορίᾳ στρατείαν οἱανοῦν ὑπερχόμενοι, οὐχ ὅτι τὰ πράγματα μὴ τὴν κρείττονα καὶ χαριμωτέραν εἴληχεν ὄψιν τῇ βασιλέως ἐμμελείᾳ, ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ οὐκ εὐπρεπεῖς πρὸς τὰς λειτουργίας παρίασιν.*" *Numerorum* nomen interdum ad Cohortes significandas, interdum ad quamcumque exercitus partem designandam posuerunt. Cf. Stewech. ad Veget. II. 1. 2. *Deputare* etiam artis vocabulum fuit. Cf. Brisson. h. v. Gothofr. Glossar. nomic. Th. C. h. v. et Paratitl. ad Th. C. de re mil. VII. 1. (ed. Ritter. tom. II. p. 249. i. f.)

64) Quasi novum caput incipiunt *rr.*

65) *II.* 𝕮.

66) *Scrinarios* 𝕮. Cf. cap. VI. not. 44.

67) *ex|cepto* 𝕮.

68) *caeteros* mss. 𝔡𝔢𝔯𝔣𝔣, ut solent; in seqq. de hac scriptura non annotabo; *ceteros* ubique scripsi.

69) *apparito* 𝕮. De Apparitoribus Magistrorum Militum et privilegiis eorum Iust. Cod. XII. 55. De privilegiis Apparitorum magisteriae potestatis Th. C. VIII. 3.

70) *Magiſtri* (ut in 𝕮 quoque esse videtur) antecedentibus iunxerunt 𝔯𝔡𝔦𝔱𝔦 (cf. not. 60.), quasi quindecim Apparitores in officio Magistri Militum in praesenti fuissent, ut distincte annotare Pancirolus non erubuit, addens Singularios hos XV Apparitores fuisse sese existimare. Quindecim Evectiones annuales habuit Magister Militum in praesenti. Cf. singula fere Notitiae Orientis capita i. f.

71) *in prefē|ti* 𝕮.

72) *XV.* 𝔄𝔅𝕮. Cf. not. 70.

CAPUT V.

α) *preſẽtialis* 𝕮.

Ad tabulam I. (pag. 21):

a) *Martiarii Seniores* 𝕬, *Matiarii ſeniores* 𝕮𝕯𝕰, *Martiarii ſeniores* 𝔢[3,4], *Marvarij Seniores* 𝔢[6,7].

b) *Dati* 𝕰.

c) *Sertae* 𝕮, *Scytho* 𝕰, *Schythae* 𝔢[6].

d) *Primarii* 𝕮.

e) *Undetimani* 𝕰.

f) *Lancearii Iuniores* 𝕬, *Lancearii iuniores* 𝕮, *Lancearii minores (?)* 𝕰, *Lancearii iuniores* 𝔡𝔢[1...4], *Lancearij Seniores* 𝔢[6,7].

Ad tabulam II. (pag. 22.):

a) *Tubantes* 𝔢[3].

b) *Cóstantiniani* 𝔢[1,2], *Cõſtantiniani* 𝔢[3,4].

c) *Mattiaci Iunior:* 𝕬, *Marciaci iuniores* 𝕮, *Matiaci iuniores* 𝕰.

d) *Sagitarij Seni. Oriẽtales* 𝕬, *Sagittarii iuniores orientales* 𝕮, *Sagittarij ſeniores Oriẽ.* 𝔢.

e) *Sagittari Iunior: Orientales* 𝕬, *Sagittarii iuniores Orient.* 𝔡𝔢𝔢.

f) *Sagittarij Doñcj* 𝕬, *Sagittarii dñici* 𝕮𝕯𝕰.

h) *Bũemobantes* 𝕬, *Buccinobantes* 𝔡𝔢𝔢.

i) *Falconarii* 𝕮, *Falchouarii* 𝕯, *Falconar* 𝕰, *Falconarij* 𝔡𝔢𝔢.

k) *Traces* 𝕮𝕯𝔡𝔢𝔢, *Trates* 𝕰.

l) *Teriungi* 𝕬, *Torũgi* 𝕮.

m) *Fœlices Theodoſiani* 𝕬.

n) *Fœlices Arcadiani* 𝕬, *Felices archadiani iuniores* 𝕮𝕰. (cf. *p*), *Felices arcadiani iunioreſ* 𝕯, *Felices Arcadiani iuniores* 𝔡𝔢[1...4], *Felices Arcadiani Iun.* 𝔢[6,7].

o) *Scdi Theodoſianj* 𝕬, *Secundi Theodoſiani* 𝔢[4].

p) *Fœlices Arcad: Iunior.* 𝕬, *Felices ǎchadiani iuniões*

𝕮, *Felices arcadiani iuiõef* 𝕯, *Felices archadiani iuniores* 𝕮. Hoc δεῖγμα omiserunt 𝔡𝔢𝔢.

q) 4[u]. *Theodofiani* 𝔄, *Quãti theodosiani* 𝕮, *Orti theodofiãi* 𝕯.

---

1) *militum magistri* inverso ordine 𝔅.

2) *praesentat* 𝔄𝔅. *praesentalis* omisit 𝔠. *Sub alio Magiftro Militum* rubricam habent 𝔞𝔞𝔠𝔢.

3) *VI.* 𝔞𝔞𝔢𝔢𝔣𝔣. *Praesentalis.* | *Vexillationes.* | *Palatinae sex*, ita perperam inciderunt 𝔢𝔢.

4) *Braccati* (*Braceati* 𝔢[3,4]) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦, sed ut nos habent 𝔪𝔰𝔰. omnes. Cf. ad cap. IV. not. 41.

4[a]) *Battani* 𝔢𝔢. Cf. ad cap. IV. not. 39.

5) Cf. ad cap. IV. not. 8.

6) Cf. ibid. not. 9.

7) *Theodosiani* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦; sed h. l. 𝔪𝔰𝔰. omnes *Theodosiaci* habent. Cf. ad cap. IV. not. 57. Versus 5. et 6. inverso ordine habent 𝔞𝔞𝔢𝔢.

8) Totum de Vexillationibus Comitatensibus caput deest 𝔢𝔢.

9) *VI.* 𝔅 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

10) *cataphrattarii* 𝔄, *cataphractarii* (𝔅?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Cf. ad cap. IV. not. 16. Nomen Vexillationis gentile excidisse crediderim; Gallici fortasse alicuius populi nomen adiectum fuit. Cf. ℣. seq. et cap. IV. §. I. B, ℣. 1. cap. VI. §. I. B, ℣. 1. cap. VII. §. I. B, ℣. 1.

11) 𝔄 ut not. 10. Per *ph*, ut ubique, 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

12) *Ambienses* 𝔞𝔞. Ambianenses ex Ambianis, hodiernae regionis, quae *l'Amienois* dicitur, incolis sumpti. Cf. Not. Occ. cap. VIII. §. I. D, ℣. ult.

13) Cf. ad cap. IV. not. 20.

14) Cf. ibid. not. 22.

15) Hunc versum omisit 𝕮. sed cf. not. seq. Fortasse hoc quoque loco nomen gentile excidit.

16) *scutarii* inserit 𝕮.

17) Cf. cap. IV. §. I. B, ℣. 7.

18) *VI.* 𝔊𝔇 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

19) Ita h. l. mss. *Martiarii* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Cf. cap. IV. §. I. C, ✝. 6. et ad idem cap. not. 35.

20) Cf. Cellar. I. p. 475. sqq. Mannert. IV. p. 188. sqq. et not. seq.

21) *fcythe* 𝔈. *Kosacken.* non solum de incolis Romanarum provinciarum Daciae Scythiaeque cogitandum est. Cf. Cellar. I. p. 402. sqq. Mannert. IV. p. 116. sqq. Vid. Ukerti (II. 2.) Comm. de borealibus Europae regionibus. Memoratu dignum esse videtur quod Arrianus *κατ' Ἀλανῶν* i. f. (ed. Blancard. p. 108.) habet: „*Οἱ δὲ Σκύθαι γυμνοί τε ὄντες, καὶ τοὺς ἵππους γύμνους ἔχοντες.*" Ceterum vid. ad cap. IV. not. 20.

22) *Primiani* 𝔈. Legio Prima. Cf. Vales. ad Amm. Marc. XVI. 12, 49.

23) Legio Undecima.

24) Ita mss. *Lancearii* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Cf. cap. IV. §. I. C, ✝. 1. et ibid. not. 28. et vid. cap. VIII. §. I. D, ✝. 8.

25) *Paltina* ε².

26) *XVII.* 𝔈𝔇𝔢𝔢𝔣𝔣, *XV.* 𝔞𝔞𝔠𝔠. hi enim ✝. 4. et ✝. 17. omiserunt. In commentario Pancirolus de *XVIII* Auxiliis Palatinis loquitur duplici errore, quem corrigere operae pretium non est.

27) Utrum de *Scythis Regiis* (Herodot. IV. 20.) sive, ut Pancirolus voluit, *Sarmatis Regiis* (Strab. VII. p. 306. ed. Almel. p. 470. Appian. Mithrid. cap. 69. Ptol. V. 9.) vel *Basilidibus* (Mel. II. 1. Plin. IV. 12. sect. 26.) hoc loco dictum sit, an de militum numero sive legione, cui *Regum* nomen est apud Amm. Marc. XVI. 12, 45., ut Valesius ad h. l. voluit, in medio relinquo; neque tamen nego magis Valesii opinionem mihi arridere. Cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, c, ✝. 6. cap. VII. §. I. A, ✝. 30. *Βασίλειοι* illi sive *Regii* fere cum iis conveniunt, quos Germanice *Donische Kosacken* appellamus. Cf. quos not. 21. citavi.

28) *Corniti* 𝔄. Cornutos etiam Ammianus XV. 5, 30. XVI. 12, 43. cf. XVI. 11, 9. cum Brachiatis, XXXI. 8, 9.

cum Scutariis et aliis peditum numeris memoravit. sed qui fuerint atque quid nomen designet nondum liquet. Pancirolus eos ex oppido Illyrici *Cornuto* [*Carnuntum* voluit. cf. Not. Occ. VIII. §. I. B, a, ✝. 3. cap. XXXIII. §. I. D, ✝. 2. E, ✝. 1.] contractos fuisse opinatus est, quod Pitisco aliisque placuit. immerito. Nomen a quadam armaturae parte, quae cornu figuram habebat, vel a loco, quem in pugna obtinere solebant, ut cornua tegerent, olim putavi Cornutos gessisse, atque hanc quidem sententiam etiam Car. de Aquino in Lex. milit. amplecti postea vidi. nihilo vero minus aliter nunc sentio. Wagnerus ad Ammianum annotavit ex eo loco, ubi barritum edidisse Cornuti dicuntur, Gallos eos, non Illyrios fuisse colligi posse; Illyricum eorum originem iam Prandavium (Gesch. von Wien. p. 76.) negavisse. De *Carnutis* itaque sive *Carnutibus*, qui terram Aurelianensem *(l'Orléanais)* ad dextram Ligeris ripam et regionem Autricensem s. Carnutensem *(le territoire de Chartres s. le Chartrain)* olim tenuerunt, iam cogito. (De frequenti Carnutorum cum Brachiatis coniunctione cf. etiam Not. Occ. cap. V. §. I. C, b, ✝✝. 1. 2. cap. VI. §. I. A. cap. VII. §. I. A, ✝✝. 7. 8.). Carnutas sive Carnutos Caesar in commentariis saepe memorat, item Strabo IV. p. 193. Ptol. II. 8. *Flavos* nominavit Tibull. I. 7. ✝. 12., *Foederatos* Plin. IV. 18. sect. 32. Cf. Interpp. ad ll. citt. et Ukert. II. 2. p. 327. 479. item Vales. Not. Gall. p. 128. sq. Cellar. I. p. 163. §. 69. D'Anvill. Notice de l'anc. Gaule. v. *Carnutes*. Mannert. II. 1. (ed. II.) p. 170. — De Cornibus et Tubis ad hos versus 2. et 3. Glossatores si Notit. Dignn. novissent lusuros fuisse palam est.

29) *Tybantes* rr. *Tubantes* Tac. Ann. I. 51. XIII. 55. 56. Nazarii Paneg. Constantin. c. 18. *Τουβάντοι* Ptol. II. 11. (Alii sunt *Σουβάττιοι* Strabon. VII. p. 292. ed. Almel. p. 448.). Quicquid disputent de Tubantum sedibus Cluver. III. 12. Cellar. I. p. 377. §. 50. Mannert. III. p. 152. sq. Wilhelm. p. 130. sqq. Reichard. p. 136. sq. Wersebe p. 68. alii, optime Ledeburius (Bructerer. p. 84. sqq.) demonstravit recte Hachenbergium, Altingium, Teschenmacherum, Schatenium alios-

que Tubantes inter Rhenum Amisiamque (*Yssel* et *Ems*) fll. supra Bructeros, septemtrionem versus quaesivisse. in hodierna Hollandica provincia *Over-Yssel*, cuius pars hodieque *Twente* (i. e. Tubantia) dicitur, comitatuque *Bentheim* sederunt. Raepsaet (Opp. III. p. 68.) „Les *Tubantes*, dans l'Over-Yssel et Zutphen."

30) Hunc versum omiser. *aacc.* Cf. not. 26. Vid. cap. IV. §. I. D, ✝. 4. et ibid. not. 44.

31) Ita 𝔄ℭ𝔇𝔈, *Maϰιaci (Mactiaci)* 𝔅, *Martiarii* editi. perperam: cf. cap. IV. §. I. C, ✝. 6. et, D ✝. 5. ibiq. not. 45.

32) Hunc versum omisit 𝔈.

33) Ita omnes, recte, opinor; a Domino nuncupati. Pancirolus *Domanici* voluit, aut ab Armeniaco (cf. cap. XXXV. §. I. A, ✝. 2.) aut ab Arabiae Felicis (!) oppido *Domana*. Scilicet Plin. VI. 28. sect. 32. Arabicum oppidum *Domatha* (*Domada* edd. complur.) memorat.

34) *Vindelici aacc.* (cf. Mannert. III. p. 518. sqq.). *Vindices* memorantur etiam Not. Occ. cap. XXXIX. §. I. ✝. 4. Inepte nomen a C. Iul. Vindice venire annotavit Pancirolus, quem refutare Schoepflinus (Alsat. ill. tom. I. p. 312. §. 61.) operae pretium esse duxit. sed idem Pancirolus adiecit „Puto tamen a vindicando hos dictos, ut Defensores a defendendo." Etiam in lapidibus *Vindices* memorantur, e. gr. Gruter. 523, 7.

35) *Buccinobantes* (𝔈?) editi. Amm. Marc. XXIX. 4, 7. „. . Bucinobantibus, quae contra Mogontiacum gens est Alamanna." Cluver. III. 7. i. f. nomen *die Wiesbader* a Romanis ita detortum esse coniecit; quod, per se satis improbabile, certe probabilius est, quam de bucinis ac de bucinatore *(trompeter)* fabula. cf. Mannert. III. p. 258. sq. Memini me legere *Bucinobantes* i. q. *Buchoniae populum* esse, sive qui in Buchoniae (a nemore s. fago, *buche*, *buocha*, dicta) regione, *bann*, *baut*, sedissent. De Bucinobantibus cf. etiam ephemerides „Aunalen des Vereins für Nassau. Alterthumsk. Wiesb. 1830. 8°. Fascic. II. p. 38.

36) *Falchouarii* 𝔄𝔅, *Falconarii* editi. Pancirolus a *Falconara* fluvio Siciliae appellatos fuisse annotavit. Vel si ve-

teres scriptores nomen Siculi fluvii vel oppidi *Falconara* (cf. Hassel. Erdb. Ital. Weimar. 1820. 8°. p. 880.) novissent, incepta Panciroli opinio esse mihi videretur. *Falcones* inter alia lanceae quoddam genus, quod ad modum falcis recurvum fuit posteriori aevo dicebatur (cf. Du Cange h. v. §. 2.); fortassis hoc verbum antiquius est, ut ab ea *Falconarii* dici potuissent. De falcibus cf. Caes. B. G. III. 14. Veget. de re mil. V. 15. et vid. Claudian. ad cap. IV. not. 43. cit. — De Falconariorum aulica dignitate *(Falkenier)* ante Francorum tempora instituta nihil me legere memini.

37) Nomen generale populi, non unius provinciae vel dioeceseos Thraciarum incolae. Cf. Mannert. VII. p. 21. sqq.

38) *Turingi* aacc, *Toruingi* Pier. Valerian., *Turingi* aut *Trugi* Pancirolus voluit, *Turingi* etiam Casp. Barth. Adversarr. lib. XI. cap. 29. Nihil mutandum est. Eutrop. VIII. 2. „Daciam subegit [Traianus]; provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Taiphali et Victophali et Thervingi habent." Vide de Thervingis in dicionem Romanam receptis Amm. Marc. XXXI. 3. sqq. *Tervigi* (pro *Teruigi*) dicti sunt a Cl. Mamertin. Genethl. Maximian. c. 17. Eiusdem atque Taifali (cf. ad cap. IV. not. 11.) nationis fuerunt. Cf. Mannert. III. p. 368. Wersebe p. 257.

39) *Foelices* ABcc.

40) Cf. ad cap. IV. not. 57. *Secundi Theodosiani* sequuntur in C. nominantur iterum cap. VIII. §. I. E, †. 7. inter Pseudocomitatenses. Cf. etiam not. 44.

41) *Foelices* Bcc.

42) *Archadiani* d. Ab Arcadio imp. nomen habent, ut ab eius fratre *Honoriani* et *Honoriaci*, et a patre *Theodosiani* et *Theodosiaci*. Io. Malal. lib. XIII. p. 349. ed. Bonn. „Ἀρκάδιος, inquit, ἐποίησε καὶ ἴδιον ἀριθμόν, οὓς ἐκάλεσε Ἀρκαδιακούς."

43) *felices Arca|diani seniores* addit C. Cf. not. sq.

44) Versus 15. et 16. bis habent ABCD. De C cf. nott. 40. 43. Pancirolus annotavit „In mss. duplicatum insigne

Quartorum Theodosianorum reperitur, quod et Felicibus Arcadianis Iunioribus adscribitur, qui et ipsi hic per errorem bis scribuntur. Forte Felices Theodosiani Seniores et Felices Honoriani Seniores, qui sub sequente Magistro per Orientem inter ultimos X Vexillationum Comitatensium cum suis symbolis recensentur, hic sunt reponendi. ibi enim ultra numerum illorum Equitum abundant; nec Equites esse possunt, quorum nulla in Oriente apparent insignia, quae ibi ipsis [*lege:* Peditibus] solis attribuuntur." Cf. cap. seq. §. I. B. not. 19., ubi rem explicavi.

45) Hunc versum omiserunt *aacc.* Cf. not. 26.

46) Hoc de Pseudocomitatensibus comma cum sequentibus duabus §§. omiserunt *aacc.* Sed cf. cap. VIII. not. 37.

47) *fagitarii t'. Item . . . sagittarii* omisit etiam 𝕮, et Pancirolus annotavit „hi in mss. non leguntur, nec ulla eorum apparent insignia, quare videntur expungendi." Scilicet Pancirolus verba *Item Pseudocomitatenses* rubricam efficere non vidit, sed Auxiliis Palatinis hunc Sagittariorum numerum Pseudocomitatensem annumerandum esse putavit. totum argumentum pro suo more confudit. — De Pseudo-Comitatensibus vid. Gothofr. ad L. 18. Th. C. de re mil. VII. 1. — Forma *Auxiliarii* Cicero Salustiusque utuntur ad designandos milites non legionarios (cf. Forcellin. h. v.), et Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46. habet: „*αὐξιλιάριοι, ὑπασπισταί.*"

48) *Offitium* 𝕮.

49) *Magisterie ī p̄nti* 𝕮.

50) Cf. cap. seq. §. II. *Cardinale* Pancirolus, Salmasius, Iuretus aliique „principale et praecipuum seu praecipuae auctoritatis, atque in cardine cuiusque officii constitutos illustriores interpretantur", ut Gothofr. ad L. 7. Th. C. de susceptorib. XII. 6. annotavit; sed ipse veriorem addidit sententiam hanc „*Cardo* in omnibus dicitur *κέντρον*, quod fixum et immobile est . . . igitur *cardinale officium* hic quod adfixum et immotum in cardine suo, Magistro militum, inquam, non vero per Numeros militares militans, quomodo tria illa Magistrorum Militum officia." cf. ad cap. IV. not. 63.

51) *Princeps* A.

52) *Commentariensem* B.

53) *qui Numerarii fiunt* | *Scriniarios* omis. E.

54) *Magistri* ABDE, sed separatim a priori versu, non coniunctim, ut berff habent. *Magister* recte C, quamvis et ille genitivus casus, sive etiam pluralis nominativus tolerari possit, modo sciatur de Evectionibus annualibus huic Magistro concessis sermonem esse. Cf. ad cap. IV. not. 70.

55) *quindecim* (B?)berff.

CAPUT VI.

Ad tabulam I. (pag. 25.):

a) *Foelices Archadiani Seniores* A, *felices archadiani feniores* CD, *Felices Archadiani Sen.* ber.

b) *Felices honorianj Seniores* A. — Temere in e[a,f] δείγμασι *a* et *b* suprascriptum est: *Vexillationes Comitatenses X.*, δείγμασιν *c* ... *e* atque alterius tabulae *a* ... *f*: *Legiones Comitatenses IX.*, decem denique postremis clipeis: *Pseudo-Comitatenses X.* Facile petulantia sive malis ignorantia eius qui has rubricas libro illevit, comparatione numerorum in ipso libro enumeratorum palam fit; decem Vexillationum Comitatensium δείγματα nulla depicta sunt, sed duorum Auxiliorum Palatinorum, novem Legionum Comitatensium, decem Pseudocomitatensium. Cf. infra not. 19.

d) *Marcenfes Seniores* A.

e) *Septima Gemia* A.

Ad tabulam II. (pag. 26.):

a) *Decimagemina* A.

b) *Baliftarij Senior:* A.

c) *Prima flamia Constantia* A.

d) 2a. *flamia Conftantia Thebeoro* A, *Secunda flauia coftātia* | *thebeorum.* C, *Secunda flauia conftan|tia thebeorum* D, 2a *flauia conftan|tia thebeorum* E, *Secūda Flauia Cōftant. Thebæorū.* b, *Secūda Flauia Coftant.* | *Thebeorū.* e[a-f].

e) *2[a] fœlix Valentes Thebeorū* 𝔄, *Secd'a felix ualētis thebeoꝶ* ℭ𝔇, *2[a] felix valentiſ thebeorū* 𝔈, *II. Felix Valen. Thebeorū.* 𝔡𝔢[1...4].

f) *Prima flamia Theodoſiana* 𝔄, *I. Flauia Theodoſiana.* 𝔡𝔢[1...4].

g) *Prima armenica* ℭ.

h) *Scd'a armenica* ℭ, *Scd'a armēiaca* 𝔇.

i) *Fortenses Aūxiliarij* 𝔄.

k) *fundatores* 𝔈.

n) *Sexta part'ica* ℭ, *Sexta parchica* 𝔇.

o) *Prima iſaura ſagitaīa* 𝔇, *Prima Yſaura ſagittaria* 𝔈.

p) *Baliſtarij Theodoſiac'ci* 𝔄.

---

1) *Sub Magistro* 𝔞𝔞𝔠𝔠.

2) *decem* 𝔄. X. 𝔅ℭ𝔈 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. *undecim* 𝔇. Locus perturbatus fuit tum quia rubrica *Auxilia Palatina duo* exciderat (cf. not. 19.), tum quia *Comites Catafractarios* a *Bucellariis Iunioribus*, tamquam duae diversae Vexillationes fuissent, quod in comment. affirmare non dubitavit Pancirolus, 𝔡𝔢𝔣𝔣 separaverunt. ceteri editi complura omiserunt. Cf. nott. sqq. Illud *undecim* in 𝔇 puto inde enatum esse, non quia tot vexillationes efficiuntur, si Comites catafractarios et Bucellarios separemus, sed quod librarius, quum vidisset annumeratis duobus Auxiliis Palatinis, quorum rubrica neglecta fuerat, tot superesse Vexillationes, modo *Cuneus Palmyrenorum* non pro Vexillatione sumeretur, numerum X uno auxit. Iam locum me sanavisse persuasum habeo.

3) *cataphrattarii* 𝔄, *cataphractarii* 𝔅 𝔢𝔡𝔦𝔱; *(cataphactarii* 𝔢[2].*)* Cf. ad cap. IV. not. 16. Hic incisionem habent 𝔡𝔢𝔣𝔣. Cf. not. 2.

4) *butellarii* 𝔄ℭ𝔇 (*t* pro *c*, ut saepius), *Buccellarii* 𝔢[1]𝔣𝔣, *Eucellarii* 𝔢[4]. Forma per unam *c* praeferenda est. *Bucellarii Iuniores* seorsim collocati sunt in 𝔡𝔢𝔣𝔣. Cf. not. 2. De his Bucellariis praeter Pancirolum ad h. l. cf. Turneb. Adverss.

XXIV. 16. XXVI. 15. et maxime Salmas. ad Lamprid. Heliogab. c. 33. v. *scurras*, Alex. Sev. c. 61. v. *scurrarum officium*, Trebell. Poll. Zenob. v. *scurra Persicus*, Vopisc. Tacit. c. 11. v. *panem siccum* (ed. Paris. 1620. fol. p. 197. 238. 321. 419.), Du Cange v. *Buccellarius*, Gothofr. et Ritter. ad L. 6. Th. C. de erog. mil. ann. VII. 4. ad L. 1. Th. C. de fabricensib. X. 22. et ad L. 5. Th. C. de annonis civic. XIV. 17. atque ibi citt. — Haec annotare iuvat: *Buca* s. *bucca* (Gall. *bouche*, Ital. *bocca*, Hisp. *boca*) *ψωμός*, ein Bifsen, ein Mundvoll; demiuut. *bucella*, *ψωμίον* s. *ψώμιον*, ein Bisschen, morsella panis, ut Io. de Ianua habet. inde *bucellae* panes parvuli rotundi, *κρικελοειδῆ ψωμία*, *bucellatum* panis bis coctus (biscuit), atque *bucellarii* dicebantur tum qui panes militibus distribuerent (cf. infra Const. Porph.), tum qui panem alicuius edebant, ut apud eum morarentur eumque sequerentur ac tuerentur. ita haec nomina bucellarii, parasiti, scurrae, asseclae, custodes corporis, protectores, domestici armigeri, stipatores, satellites, similiaque fere synonyma facta sunt. Sed quod *Gallograeci* etiam *Bucellarii* dici coeperunt, ut in loco nostro habemus, eorumque regio nomen *τὸ Βουκελλάριον*, *Bucellarium*, accepit, id inversam, ut ita dicam, rationem habuit, atque ea fuit, ex qua impp. L. 10. Cod. ad L. Iul. de vi IX. 12. Isauros pariter atque Bucellarios armatos servos sive armata mancipia nuncupaverunt. cf. Schol. *n* Basilicor. ad LX. 18, 29. ed. Fabrot. VII. p. 450. Isauri, a patria sua dicti, domesticorum armigerorum muneribus fungendis sese locare soliti fuerunt; Bucellarii contra regioni, in qua tuenda in praesidiis locati excubabant, nomen dedisse videntur, ut etiam Salmasio (Plin. Exerce. p. 568.) et Ducangio placet, sive, ut Reiskius ad Const. Porph. praecept. (ed. Bonn. tom. I. p. 460.) voluit, quia Bucellarii missione impetrata pro praemio exactorum stipendiorum in illa regione collocabantur et fundis militaribus donabantur. Pari de causa etiam *Optimatum Thema* nomen accepit. Ducangio hunc locum acceptum fero ex Lexic. Graec. MS. Reg. Cod. 2072. „*Γαλογραικία, ἡ τῶν Βουκελλα-*

ρίων χώρα, οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνογαλάται γράφονται ἢ ὀνομάζονται." Addo Constant. Porph. de Them. I. th. 6. „. . *τὸ θέμα τῶν Βουκελλαρίων οὐκ ἀπὸ τόπου τινος τὴν προσηγορίαν ἐκτήσατο, οὔτε μὴν ἀπὸ ἔθνους οὕτω καλουμένου· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπακολουθεῖν τοῖς στρατιώταις καὶ τὰς τροφὰς αὐτῶν ἐπιφέρεσθαι, ὥστε εἶναι τοὺς στρατιώτας ἐλαφροὺς καὶ ἀβαρεῖς πρὸς τὸν πόλεμον* [ita hoc comma collocandum est]. *Βουκελλάριος γὰρ κατὰ Ῥωμαίων διάλεκτον ὁ φύλαξ τοῦ ἄρτου καλεῖται. βούκελλος γὰρ τὸ κρικελοειδὲς ψωμίον καλεῖται, κελλάριος δὲ ὁ φύλαξ τοῦ ἄρτου* [nemo non videt *Cellarium* ad *Bucellarii* *ἔτυμον* non pertinere]. *Τὸ γὰρ οἰκεῖον ὄνομα τοῦ ἔθνους καὶ Ἑλληνικὸν Μαριανδυνοὶ ὀνομάζονται· ἐπεκλήθησαν δὲ Γαλάται.* indicatis Bucellarii finibus urbes eius nominat Ancyram, Claudiopolin, Heracleam, Prusiada, Teium; populos Galatas, Mariandynos, Bithynos.

5) Cf. cap. IV. §. I. B, ✝. 2.

6) *Dalmatae tertio* 𝔇. — l. c. Dalmatae scholae III. Cf. cap. IV. §. I. B, ✝✝. 3. sq. cap. V. §. I. B, ✝. 3. et vid. Iustiniani Edict. IV. c. 2.

7) Cf. cap. IV. §. I. B, ✝. 5.

8) *Orientales* seorsim habent cc.

9) *Stabelsiani* a[11,15]. Hi *Stablesiani*, quos solus liber noster idque compluribus quidem locis memorat, quinam fuerint et unde nomen habuerint, nemo quem sciam interpretatus umquam est. nam neque a *Stabalianis*, quos Galliae populum sibi finxit Pancirolus, neque a *Stabulis* s. *Stabulo*, mansionis sive civitatis nomine, quales complures e. gr. in Gallia, Hispania, Moesia exstitisse constat (cf. Gothofr. ad LL. 16. 17. Th. C. de operib. publ. XV. 1. Wesseling. ad Itin. Ant. p. 354.), nomen deducendum est. Mihi videntur ab initio stabulorum equiliumve principalium curatores sive, ut ita dicam, aulici equisones (Hof-Marstall-Knechte), iidemque Praepositis Stabulorum (cf. cap. XIII. §. I, ✝. 4.) subditi fuisse; posteaque nomen Comitatensibus ipsis equitibus inditum esse crediderim. *Stabularii* Byzantinis facile *Σταβλησιανοὶ* s. *Σταυ-*

ληστιανοί dici potuerunt. *Comes stabuli*: L. un. Th. C. qui a praebit. tir. XI. 18. et a Gothofr. ad eam citt. ll. *κόμης τοῦ στάβλου καὶ ὁ ἔσω χαρτουλάριος τοῦ στάβλου* est ap. Const. Porphyr. praeceptt. (ed. Bonn. tom. I. p. 459.), ad quem loc. vid. Reisk. Comes stabuli *Κονοσταῦλος* postea dictus est, e. gr. apud Codinum. Conferenda sunt Anglica nomina *Esquire*, *Knight*, Germanicum *Marschall* similiaque. Nomen *Constable* in alium sensum transisse notum est, tum apud Anglos, tum apud Francogallos (*Connétable*).

10) *tercii* B.

11) Hunc versum omiserunt Caacc. Cf. not. 2.

12) Cf. ad cap. IV. not. 6.

13) Cf. ad cap. IV. not. 9.

14) *Parthi* seorsim cc. Cf. cap. IV. §. I. B, ✝. 7. cap. V. §. I. B, ✝. 6.

15) Cf. Not. Occ. cap. VI. §. I. B, ✝✝. 14. sqq.

16) Hunc Cuneum extra numerum esse Vexillationum Comitatensium, quae sunt decem, putavit Pancirolus, scilicet propter discissum versum 1. cf. not. 2. Peius eum habuerunt seqq. duo Auxilia Palatina. cf. not. 19. — *Cuneum* Latini scriptores peditum multitudinem (in cunei formam redactam) dicere soliti sunt, sed innumeris locis in libro nostro *Equitum Cunei* memorantur.

17) *II.* aacc.

18) Ita mss., *Clibanariorum, Palmyrenorum* a[1,5,7,11], *clibanariorum et Palmyraenorum* (Palmyrenorum) cca[15], *Palmerinorum* c[2,3,4]. *Palmyrenorum* c[6,7]ff. — De *Palmyra* (Tadmor) vid. cap. XXXI. §. I. A, ✝. 13. et ibid. not. 21.

19) Hanc rubricam, quam neque scripti neque editi libri exhibent, recipiendam fuisse tam certum est quam quod certissimum; nam 1) Insignia duorum sequentium numerorum tabula prima huius capitis duobus prioribus locis repraesentat; per totam autem Not. Or. Equitum nulla insignia sive *δείγματα* exhibita sunt, sed sola Peditum; 2) Felices Arcadianos et Honorianos *Iuniores* inter *Auxilia Palatina* in duobus praecedentibus

capitibus recensentur; 3) Eundem ordinem, ut post Vexillationes Comitatenses, ante Legiones Comitatenses et Pseudocomitatenses enumerentur Auxilia Palatina, etiam cap. VIII. et Not. Occ. cap. V., in quibus solis capitibus, praeter hoc nostrum, Legiones Comitatenses et Pseudocomitatenses cum Auxiliis Palatinis memorantur, observatum videmus. Fuit enim hic ordo: a) Vexillationes Palatinae, b) Vexillationes Comitatenses, c) Legiones Palatinae, d) Auxilia Palatina, e) Legiones Comitatenses, f) Pseudocomitatenses, g) Legiones Ripariensès, h) Castriciani, i) Ceteraeque Praepositurae e Minori Laterculo emittendae, de quibus ad Not. Occ. cap. XL. dicendum erit. 4) Ita numeri §. I. A. optime se habent, neque Panciroli audacia opus est, ut sequentes duos versus in cap. V. reiiciamus. Cf. ad cap. V. not. 44. et ad hoc cap. VI. nott. 2. 16.

20) *Foelices* 𝔅cc.

21) *Archadiani* 𝔡. Cf. cap. V. §. I. D, ✝. 15.

22) Hunc versum (ad quem cf. cap. IV. §. I. D, ✝. 14.) omiser. 𝔈aacc; sed inter Insignia etiam horum Honorianorum clipeum habet idem 𝔈. Cf. not. 2.

23) Numerum nullum exhibent 𝔄𝔈𝔇𝔈. *VIII.* habent *aacc.* Cf. infra not. 29.

24) ***Macedonia*** 𝔤. Cf. cap. XXV. §. I. A, ✝. 1. cap. XXXIX. §. I. C.

25) A ***Martenis*** dictos putavit Pancirolus, quos *[Maternos]* Ptol. V. 19. prope Babyloniam sedisse scripsit. Et hanc ineptam Panciroli opinionem etiam Wagnerus ad Amm. Marc. XXVI. 6, 7. in Indicem II. recepit. Pancirolus adiecit alios a *Martia* legione derivare, sed tum *Martios*, non *Martenses* nuncupandos fuisse. Sed a *Marte* nomen huius quoque legionis venit, Pancirole. cf. ad cap. IV. not. 33. Graecis *Μαρτήσιοι* dicti sunt. cf. Meurs. Glossar. gr. barb. h. v. Ex Arabia Felici numeros Romani nullos habuerunt, quamvis Pancirolus, sed sero, tales ipsis non uno tantum loco tribuit.

26) Caes. B. C. III. 4. „.. unam [legionem] .. factam ex

duabus Gemellam appellabat . . " Dio Cass. LV. 23. i. f. „ . . τὰ μὲν [στρατόπεδα] παντελῶς διελύθη, τὰ δὲ καὶ ἑτέροις τισὶν . . . ἀνεμίχθη, ἀφ' οὗπερ καὶ Δίδυμα [i. e. legiones Geminae] ὠνομασμένα νενόμισται." Cf. infra ad cap. XXXVIII. not. 31. et vid. Eckhel. Doctr. numor. vett. IV. p. 473. De Legione VII. Gemina opportunus erit dicendi locus ad Not. Occ. cap. XL. §. III. A, ✝. 1.

27) Qui *balistas* sive *ballistas*, bellicas machinas, ἀπὸ τοῦ βάλλειν dictas, quibus sagittas spiculaque funibus nervinis emittebant in hostem, tractabant. Cf. praecipue Tractat. de reb. bell. Amm. Marc. XXIII. 4, 1. sqq. Veget. de re mil. IV. 22. Lipsii Poliorcet. III. 3. alios. *Ballistarios* (Amm. Marc. XVI, 2, 5.) inter levem armaturam cum Ferentariis, Sagittariis, Funditoribus, recenset Veget. II. 2. cf. II. 15. 17. Cf. cap. VII. C, ✝. 14. et Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46. „βαλλιστάριοι, inquit, καταπελτισαί [catapultistae]· καταπέλτης δέ ἐστιν εἶδος ἑλεπόλεως· καλεῖται δὲ τῷ πλήθει ὄναγρος."

28) *Constancia* B. Cf. ad cap. IV. not. 44.

29) *Thebeorum* mss. D. Versus 6. et 7. ita in unum contraxerunt aacc: *Prima Flavia Constantia Thebaeorum (Thebeorum* a', *Thehaeorum* a'', *Thaebeorum* a'''*)*, et in C quoque verba *Secunda Flavia Constantia* ad marginem scripta sunt. Cf. not. 23. Vid. de Thebaeis in hist. sacra celebribus infra cap. XXVIII. §. I. A, ✝. 9. cap. XXX. §. I. A, ✝. 8. et Amm. Marc. XIV. 11, 15. ibique Lindenbrog.

30) *Foelix* ABcc.

31) Cf. ad cap. IV. not. 48.

32) *Thebeorum* mss. a'D. Cf. not. 29.

33) *Item* omiserunt (B?) editi.

34) *XI.* ABC, *Vndecim* C, *quinque* D, *X* editi. In enumeratione sequentium decem numerorum mss. et editi libri etiam in clipeorum inscriptionibus omnino inter se conspirant, ut aut unum excidisse dicendum sit, ne scripturam librorum ABCC reiicere debeamus, aut, quod tutius visum est, cum praesertim D omnino discrepet et facile ex X. numero XI

numerus fieri potuit, scriptura editorum retinenda esse videatur.

35) Cf. ad cap. IV. not. 33.

36) Veget. de R. M. II. 15. „Erant *Funditores* qui ad fundas vel fustibalos lapides iaciebant.“ Cf. Id. III. 14. „Funditores sunt qui fundis ex lino vel setis factis (has enim dicunt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa.“ Levis armaturae. cf. ibid. et II. 2. (vid. not. 27.) et Caes. de bell. Gall. II. 10. „. . levis armaturae Numidas, funditores sagittariosque . .“ Io. Laur. Lyd. de magg. ⅄. 46. „φουνδίτορες, σφενδονῆται.“ Egregie de eorum in praeliis usu disputat Arrian. Tactic. p. 41. sq. ed. Blancard. Amst. 1638. 8°.

37) *Isauria* aacc, et ita bis est cap. XXVI. §. I.

38) *Balistrarii* a[15]. Cf. not. 27.

39) Cf. ad cap. IV. not. 57.

40) *Transtygritani* aa. Cf. Ammian. XIX. 9, 2. Non de Assyriis aut Medis vel Parthis h. l. sermo est, sed certe ex parte de *Cis*tigritanis Mesopotamicisve, qui Persis *Trans*tigritani fuerunt, ut Valesius ad Amm. Marc. XXV. 7, 9. demonstravit, qui veterum locos huc pertinentes diligenter contulit. Amm. l. c. recenset „quinque regiones Transtigritanas: Arzanenam et Moxoenam et Zabdicenam, itidemque Rehimenam et Corduenam.“ Et Zosim. III. 31. „. . συνεδόκει, inquit, Ῥωμαίους τοῦ τε Βαβδικηνῶν ἔθνους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις, ἔτι δὲ Καρδουήνων καὶ Ῥημήνων καὶ Ζαληνῶν τε πρὸς τούτοις καὶ ἐπὶ πᾶσι περὶ αὐτὰ φρουρίων κ. τ. λ.“ Excerpta e Petro Patricio cap. 3. (ed. Bonn. p. 135.) aperte illam sententiam confirmant: „ἦν δὲ τὰ κεφάλαια τῆς πρεσβείας ταῦτα, ὥςε κατὰ τὸ ἀνατολικὸν κλίμα τὴν Ἰντηληνὴν μετὰ Σοφηνῆς καὶ Ἀρζανηνὴν μετὰ Καρδουηνῶν καὶ Ζαβδικηνῆς Ῥωμαίους ἔχειν, καὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἑκατέρας πολιτείας ὁροθέσιον εἶναι.“ Tigrin limitem Persarum regni Romanorumque imperii, Transtigritanas autem regiones Romanorum esse voluerunt Persae.

41) §§. II. III. omiserunt aacc. sed cf. ad cap. VIII. not. 37.

42) *Offitium* 𝕰.

43) Cf. ad cap. V. not. 50. Apparitores Officii Magistri Militum per Orientem, sive civiliter sive criminaliter appetantur, ad aliud iudicium trahi denuo vetat L. 4. Th. C. de off. mag. mil. I. 7.

44) *Scrinarios* 𝕮. Cf. ad cap. IV. not. 66.

45) In nullius alterius magistratus Officio *Mensores* reperimus. De Mensoribus, qui sub dispositione Magistri Officiorum (cf. cap. X. §. I. A, b.) fuerunt, diligentissime post Guther. II. 15. i. f. III. 12. i. f. disputavit Gothofr. ad L. un. Th. C. de mensorib. VI. 34. (= L. un. Iust. C. eod. XII. 28.) Paratitl. ad lib. VII. (tom. II. p. 258. ed. Ritter.) et ad L. 4. Th. C. de metat. VIII. 8.; sed hos nostros Mensores, Magistri Mil. per Or. Officiales, non attigit. Locis ab ipso citatis iam Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46. addendus est: „μήνσορες, προμέτραι." „Pro mansionum [principum magistratuumve summorum, quibus concessi fuerunt] quiete" curam gerendam habebant sec. Nov. Valentin. III. tit. XXII. Nov. 65. §. 4. (ed. Berol. p. 1325. ed. Ritter. p. 102.)

46) *Magistri* mss. et editi. sed cf. ad cap. V. not. 54. Editorum nullus vidit hoc comma de Evectionibus annualibus accipiendum esse (cf. ad cap. IV. not. 70.), quamvis in 𝔇 quasi rubrica expressum sit; in eeff nomini *Apparitores* illud additum est, ita tamen ut ee inseruerint *Postea sequitur*, et Panccirolus in Comment. multus est de XXV Magistri huius Apparitoribus, licet hunc duodecies fere XXV Apparitores habuisse constet.

47) *XXV.* 𝔄𝔅𝕮𝕰𝔡eeff.

CAPUT VII.

a) *Thraci*[1] 𝕮, *Thratias* 𝕯, *Thraces* 𝕰.
In superiori taenia libri mandatorum in 𝕯 legitur inscriptum *Dea uexillata*; quae verba in ceteris mss. non obvia in 𝔡𝔢[1...4] ad sinistram illius taeniae apposita sunt; 𝔢[6,7] eadem in superiori parte ipsius libri mandatorum, cuius forma locusque a codd. mss. multum recedunt, leguntur.

Legiones Comitatenses XXI. rubricam effinxerunt 𝔢[6,7].

Ad tabulam I. (pag. 29.):

c) *Prima Maximiana Thebeorum* 𝕬𝕮𝕯𝔡𝔢𝔢.

d) *Tertia Diocletiana Thebeorum* 𝕬𝕮𝕰𝔡𝔢[1,2], *Tercia diocletiana thebeorum.* 𝕯, *Tertia Diocletiana. Thcheorū.* 𝔢[3,4], *III. Diocletiana Thebeorum* 𝔢[6,7].

e) *Tertio Decimianj* 𝕬, *Tercio decimani.* 𝕯, *tertia decimani* 𝕰, *Tertiadecimani* 𝔡𝔢[1...4], *Tertia Decimani* 𝔢[6,7].

Ad tabulam II. (pag. 30):

a) *Q͞rto decimani* 𝕯, *Quartadecimani* 𝔡𝔢[1...4], *IV. Decimani* 𝔢[6,7].

c) *Sc͞da flauia gem:* 𝕬, *Secund. Flauia gemina* 𝔢[1,2], *Secund Flauia gemina* 𝔢[3,4].

d) *Constantinj Seni:* 𝕬.

e) *Dinitenses Gallicanj* 𝕬, *Diuitefes Gallicāi* 𝔢[3], *Diuitenses Galliani* 𝔢[6,7].

f) *Lancearii Stobenses* 𝕬𝕰𝔡𝔢𝔢, *Lanciarii stolenses* 𝕮.

g) *Constantinj Dafenses* 𝕬, *Constantini dafire͞fes* 𝕮, *Constani dafnenses* 𝕰.

h) *Batiftarii Dafne:* 𝕬, *Balistarii dafire͞fes* 𝕮.

i) *Batistarii Iunior.* 𝕬.

k) *Pamonicianj Iunio:* 𝕬.

l) *Taannj* 𝕬, *Tzaanni* 𝕮𝕯, *Thaanni* 𝕰𝔡𝔢𝔢.

m) *Salenses Gallicanj* 𝕬, *Solenses Galliciani.* 𝔢[6,7].

---

1) *Sub Magiftro* 𝔞𝔞𝔢𝔢.

2) *Thr͗atias* 𝕰.

3) *Vexillas* 𝕮.

4) *III.* editi *praeter* cc, qui totum versum omiserunt. *Vexillationes.* | *Palatinae (Palatina* c⁷.) *III.* cc.

5) *archadiaci* 𝕮. Cf. ad cap. V. not. 42.

6) Cf. not. cit.

7) *theodociaci* 𝕮, *Theodosiani* aaccc⁵,⁶,⁷. Cf. cap. V. §. I. A, ✝. 6.

8) *Iuniores* omisit 𝕮.

9) Numerum nullum exhibent mss. Operarum neglegentia *XXI.* habent c²,³,⁴.

10) *cataphrattarii* 𝔄, *cataphractarii* 𝔅 editi. Cf. capp. IV. sq. §. I. B, ✝✝. 1. et vid. ad cap. IV. not. 16.

11) *Albingenses* cc. et ita sibi sumpsit Panceirolus, quum scriberet ex *Albinga*, Liguriae oppido, eos sumptos fuisse. De hodierno oppido *Albenga* in ducatu Genuensi, quod *Albium Ingaunorum* sive *Albingaunum* veteres appellaverunt (cf. Mannert. IX. 1. p. 276.), cogitavit. perperam. nomen aut ab *Albicis*, *Albioecis* sive *Albiensibus*, Galliae populo, qui supra Massiliam montes tenuit (*Albici* Caes. B. Civ. I. 34. 56. 57. II. 2. Ἀλβιεῖς [οἱ] καὶ Ἀλβίοικοι Strab. IV. p. 203. [ed. Almel. p. 311.] Ap. Plin. III. 4. sect. 5. pro *Alebece* recte Harduinus *Albioece* Reiorum [hod. *Riez*, dép^t. des Basses Alpes] voluisse videtur; sed quod Mannert. II. 1. p. 105. (ed. II.) Ptolemaei II. 10. *Elicocos* eosdem esse putavit cum Albicis, id audacius factum est. Apud oppidum *Riez* hodie quoque *Albiosc* dictum locum esse refert D'Anvill. Not. de la G. p. 47. Cf. etiam Ukert. II. 2. p. 299.), aut a populo qui hodiernae metropoli praefecturae Tarnis, *Alby*, nomen olim *Civitatis Albigensium* dedit, aperte derivandum est. Posteriorem sententiam, quae mihi quoque magis arridet, tuentur Vales. Not. Gall. p. 10. et D'Anvill. Not. de la Gaule, v. *Albiga.* Recte Valesius *Albiensium*, ut in aliis multis nominibus inter *e* et *i* sive *i* et *e* litteram *g* inseruerunt posteriores, voluit. *Civitas Albegensium* (ita quattuor codd. mss. quos ipse contuli habent, alii *Albigensium*, alii *Albiensium?* Gronov. dedit *Abigensium*)

quarto loco inter Aquitaniae Primae civitates est in Not. Provv. Gall. *Cataphractarii Albigenses* etiam in inscr. ap. Goltzium memorantur sec. Vales. l. c. Regionem illius civitatis hodieque *l'Albigeois* dicunt.

11ᵃ) Cf. cap. VIII. §. I. A, ✝. 1.

12) Cf. ad cap. V. not. 42.

13) Numerum omiserunt mss. aacd.

14) A Ciliciae civitate, quae *Soloe* olim a Graecis conditoribus, postea a restitutore *Pompeiopolis* dicta est (cf. Mannert. VI. 2. p. 67. sqq.), hanc legionem nomen habere Panciroli opinio est. Sed neque Cilices, neque Cyprios, neque Hyrcanos, neque Dalmatas (*Ins. Solentii* Tab. Peut. V. C., aliis *Olyntha,* hodie *Solta*) hos *Solenses* fuisse crediderim; Gallicos fuisse mihi magis persuasum est. Cf. infra C, ✝. 17. In aliis quoque libri nostri locis (cf. Indic.) cum aliis Gallicis militibus enumerantur. Verum de nominis ἐτύμῳ valde dubius sum. cogitet fortasse aliquis de loco, quem *Solonem* Epit. Liv. CIII., *Σολώνιον πόλιν* Dio Cass. XXXVII. 48. nominat, quemque prope hod. *S. Sorlie (Sorlin,* ad dextram Rhodani ripam, *dépt. de l'Ain)* fuisse putat Ukert. II. 2. p. 454.; sed non magni eam coniecturam fecerim, quam nec grammatici admittent, nisi probari potest, *Solum* sive *Solos* veteres eam civitatem appellavisse. Dicam itaque quod, donec meliora docear, sentio: aut a *Sole* aut a *Solo* vel, quod maxime mihi arridet, ab adiectivo nomine *solus* illi *Solenses* dicti fuerunt, ut *Fortenses, Martenses, Divitenses, Praesidienses* similesque. Si quis Panciroli opinionem praefert, *Gallicanos* hosce non a patria, sed a legione, cui adscripti fuerunt, nomen habere dicet.

15) De Menapiorum sedibus mirum in modum inter se veterum scriptorum locos discrepare plerique recentiores putant. Cf. e. gr. Bucherii Belgium Rom. I. 12. §§. 12. sqq. cf. VIII. 14. §. 6. Cluver. Germ. II. 16. Vales. Not. Gall. p. 335. sq. Cellar. I. p. 288. §. 162. D'Anvill. Not. de la G. p. 457. sq. Wastelain (Gaule-Belgique. Lille. 1761. 4°.) p. 199. sqq. Man-

nert. II. 1. p. 201. sq. III. p. 153. sq. Wilhelm p. 138. Raepsaet (Analyse hist. et crit. . . des Belges et Gaulois. tom. I. Gand. 1825. 8°. sive „Oeuvres complètes. Gandavi 1838. 8°. tom. III. sect. I. §. 17. „Des *Ménapiens*; — leurs premières demeures entre le bas-Escaut et la basse Meuse; — ensuite la Flandre, Tournai et le Tournésis; — c'est la la circonscription de l'ancien diocèse de Tournai.") Wersebe, p. 323. sqq. Ukert. II. 2. p. 373. sq. Diversos Menapiorum populos fuisse qui in Flandria occidentali ab iis qui ad utrasque Rheni inferioris ripas infra Ubios Caesaris temporibus sederunt, bene post Wersebium demonstravit Herm. Muellerus (Die Marken des Vaterl. part. I. Bonn. 1837. 8°.) p. 22. sqq.

16) *Maximiniana* 𝔢^{2,3,4,6,7}. A Maximiano imperatore dicta. Cf. ad cap. IV. not. 29.

17) *Thebeorum* 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈𝔞'𝔡. Cf. ad cap. VI. not. 29.

18) *diocleciana* ℭ. A Diocletiano imp. nomen habet. Cf. ad cap. IV. not. 29.

19) *Terciodecimani* 𝔅, *Tertia decimani* 𝔈(?)𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣. Pancirolus annot. „Vetus codex legit *Quartadecimani* [ita, sine dubio operarum errore, pro *Tertio decimani*. cf. not. sq.], a XIII. legione in Dacia olim degente dicti.

20) *Quarta decimani* 𝔈𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣. Pancirolus annot. „In vetusto codice legitur *Quartodecimani*, a XIIII. legione cognominati" et c.

21) „A Flavio, ut credo, Constantino cognominata; et *Gemina*, quod ex duabus legionibus esset conflata." Pancirol. Cf. ad cap. VI. not. 26.

22) Hunc versum omiserunt 𝔞𝔞𝔢𝔢, et in ℭ quoque omissus fuerat, sed ad inferiorem marginem postea adiectus est.

23) Primaria haec forma est a Constantino imp. derivata.

24) *Dinitenses* 𝔞^{1,2}. Qui fuerint *Diuitenses* et unde nomen veniat non constat. Memorantur hi tres Divitensium numeri, *Gallicani*, *Dalmatae* et *Seniores*. Itaque nomen Divitensium ἐθνικὸν sive gentile non est; sed attributivum esse videtur. Ammianus quidem (XXVI. 6, 12. [cf. 7, 14.] XXVII.

1, 2.) *Divitenses Tungricanos*que, ut facit etiam Not. Occ. cap. V. §. I. C, a, ⱶⱶ. 3. 4. cap. VII. §. I. A, ⱶⱶ. 3. 4. coniunxit, atque inde aliquam veri speciem habere possit, siquis eos ex *Munimento Divitensi* sive *Castris Divitensibus* contra Coloniam Agrippinam in dextra Rheni ripa conditis (cf. Orell. numm. 1085. 1086. ibiq. citt.), quae hodieque *Deutz* dicuntur, extractos fuisse putet, ut Pancirolus Comment. cap. 154. (155.) voluit; sed omnino contra facit adiectio vv. *Dalmatarum* et *Gallicani*: vix enim credibile esse videtur *Divitenses* ad Rhenum, i. e. *Tencteros* homines, quos super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecelluisse Tacitus (Germ. 32.) testis est, cum *Dalmatis* sive *Gallicanis* ita coniungi solitos fuisse, ut exinde unum quasi nomen *Divitenses Dalmatae, Divitenses Gallicani,* enasceretur. Contra in Forcell. lex. Germanico exemplo v. *Divitenses* legitur „Cum milites Dalmatae legionis II. Ital. sedem diu ibi [i. e. in castris Divitensium] posuissent, cognominati sunt *Dalmatae Divitenses*"; sed unde, quaeso, *Divitenses Gallicani* dicti sunt? Quod Pancirolus ad h. l. annotavit atque Marmorum Taurinensium editores (cf. ad cap. IV. not. 33.) repetierunt, *Divitenses* a *Diveto* sive *Deueto*, mediterraneo Siciliae oppido, nuncupatos fuisse, id vix dici potest quam ineptum sit. Maffaeus (cf. cap. IV. not. cit.) recte, opinor, nomen ab adiectivo *Dives* venire indicavit („i Dalmati ricchi e i Dalmati forti"). Ita facile etiam explicari posse crediderim, quod apud Orell. n. 1086. *Castris Ditensium* scriptum est, alias vero *Castra Divitensium* eadem appellantur; *Divitenses* enim sive *Ditenses* numeri *Castris Divitensium* devictis sub Constantino Francis nomen dederunt, non autem ab his castris illi numeri nomen habuerunt. Quidnam divitiarum genus, idque quo tempore nomen illis numeris indiderit, in medio relinquo; fortasse ab initio beneficiariorum numero fuerunt, ut maiori stipendio fruerentur. Legionem *Divitem* cognominatam non invenio. Cf. cap. XXXIX. §. I. A, ⱶ. 2.

Haec ita ante hoc quinquennium scripsi. iam postquam

hoc commentarium operis tradideram, M. Roulezii, archaeologiae professoris Gandavensis celeberrimi, comitate accepi commentariolum a se scriptum „Recherches sur la position des Divitenses, peuple [?] dont il est fait mention dans des inscriptions Latines et dans d'autres monumens historiques du temps de l'empire", quod ex tomo VI. Commentariorum „Bulletins de l'Académie Royale de Bruxelles" repetitum est. Primum hanc Moguntiae nuper repertam inscriptionem proponit „D. M. | TOGIO . STAT|VTO. MILITI. | NVMERI . EXPL|ORATORVM | DIVITIESIVM [divitēsium?] | ANTONINIA|NORVM . STIP|ENDIORVM | XVIIII. TOGIA | FAVENTINA | SOROR. ET | HERES | fratRI | carissIMO | F. sub ascia." Cf. „Quartalschr. des Mainzer Kunstvereins. 1831. II. p. 49. et Steineri Cod. inscriptionum Romanar. Rheni n. 434. Refert deinde Osanni (cf. Zimmermanni Zeitschr. für die Alterthumswissensch. 1838. n. 64. p. 523. sqq.) coniecturam, Tungricanos Divitensesque vicinos inter se populos fuisse, atque hos quidem prope Tungros in provincia Leodiensi sedes suas habuisse. Tum scriptor suam sententiam, veterem illam, exponit, Divitenses a veteri castelli *Deutz* nomine *(Munimentum Divitense)* nomen habuisse, prope quod unum Divitensium mentionem facientem lapidem (cf. Orell. n. 1086.) repertum esse constat. singularis doctissimi viri error hic est „. . . un corps de cavaliers *Dalmatae - Divitenses* se trouvait placé à *Dorticum* . . . sous les ordres d'un commandant militaire de la *Dacie.* [cf. infra cap. XXXIX. §. I. A, ✝. 2.]. Je soupçonne que *Dortico* est une glose du mot *Divitenses*, la quelle aura fait disparaître le nom de la station de ce corps de cavalerie et en aura usurpé la place. Ce rapprochement des mots *Divitenses* et *Dorticum*, vient donc confirmer pleinement l'opinion, déjà vraisemblable, d'ailleurs, que le peuple de ce nom avait sa demeure sur la rive droite du Rhin, et dans cette hypothèse son éloignement du pays des Tongrois, n'est pas si grand qu'on ne puisse les regarder comme voisins." Mihi abunde persuasum est, neque *Divitenses* a Munimento Divitensi *(Deutz)* nomen habuisse, neque populum eos fuisse,

neque nomen *Dorticum* (cf. ad cap. XXXIX. not. 5.) glossam aut vocem insiticiam esse. Quod modestus Belga (p. 5.) Osanni commentum de nomine *Cabilona* apud Amm. Marc. XXVII. 1, 2. neque approbare neque reiicere ausus est, quum ingenue reiicere deberet, observantiae causa non praeterire volui. Cf. Not. Occ. cap. XL. §. II. C, annot. ad voc. *Caballoduno.*

25) *Galliani* ε¹⋯⁴.

26) *Lancearii* 𝔄𝔅𝔈 editi. Cf. ad cap. IV. not. 28.

27) *Scobenses* aacc. — *Stobi Paeoniae* (Liv. XXXIII. 19. XXXIX. 54. XL. 21. XLV. 29.), *oppidum Stobi civium Romanorum* (Plin. IV. 10. sect. 17.), *Stobi Pelagonorum* (Ptol. III. 13.) secundum Ulp. L. 8. §. 8. D. de censib. L. 15. iuris Italici fuit; in numis *municipium* dicitur. Steph. Byz. v. Στρόβος coloniam Romanorum vocat. cf. Interpp. ad h. l. Macedoniae Salutaris sive Secundae metropolis fuit; cf. Hierocl. p. 641., ubi Στόβοι pro Στόλοι legendum esse nullum dubium est. Cf. Orient. Christ. II. p. 57. Excerpta e Malchi hist. cap. 1. (ed. Bonn. p. 244. sq.) referunt (ad ann. 479.) „ὅτι ὁ Βαλαμήρου . . . τὴν πρώτην τῆς Μακεδονίας πόλιν, τοὺς Στόβους, ἐπόρθησε“ κ. τ. λ. Cf. Topogr. Theod. Cod. v. *Stobis.* p. 125. ed. Ritter. Cellar. I. p. 829. §. 23. Eckhel. II. p. 77. Mannert. VII. p. 488. sq. Hodie Stoborum nomen *Istib* est; Mannertus autem annotavit *Stypeium* ap. Byz. hist. scriptores atque secundum Rigae mapp. geogr. locum *Staralino* hodie dici.

28) *Daphnenses* aaccff. De quonam inter complures locos, quibus *Daphnes* nomen fuit, *Daphnenses* dicti sint, non facile dubium esse potest, quantumvis Pancirolus vacillet. Gretserus (de cruce I. 31.) atque Vales. ad Amm. Marc. XXVII. 5, 2. iam olim rectum viderunt. Cf. Gothofr. ad L. 1. Th. C. de re mil. VII. 1. Tillemont hist. des Emp. tom. IV. p. 447. ed. Bruxell. 1709. 12°. Mannert. VII. p. 114. Procopius enim (de Aedif. IV. 7.) „Μεθ' ὃ δὴ τὸ Τραμαχαρίσκας [*Transmarisca* cap. XXXVII. §. I. A, b, ✝. 5. c, ✝✝. 5. 6.] ὀχύρωμά ἐστιν· οὗπερ καταντικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Κωνσταντῖνος

ποτε Ῥωμαίων βασιλεὺς φρούριον οὐκ ἀπημελημένως ᾠκοδομήσατο, Δάφνην ὄνομα, οὐκ ἀξύμφορον νενομικὼς εἶναι φυλάσσεσθαι ταύτῃ τὸν ποταμὸν ἑκατέρωθεν. ὃ δὴ προϊόντος τοῦ χρόνου βάρβαροι μὲν ἀφανίζουσι τὸ παράπαν, Ἰουστινιανὸς δὲ ἀνῳκοδομήσατο βασιλεὺς ἐκ θεμελίων ἀρξάμενος." In numis *Constantiniana Dafne* dicitur. Fuit in hod. Valachia ad ostia fl. *Ardschisch*, contra oppidum *Turtukai*. Cf. ad cap. XXXVII. l. c. not. 25.

29) Cf. ad cap. VI. not. 27.

30) *Daphnenses ff.* Hunc versum propter *ὁμοιοτέλευτον* omiserunt *aacc*. Cf. not. 28.

31) *Balistrarii* a[15]. Cf. ad cap. VI. not. 27.

32) *Pannonitiani* 𝕮. Pannonicorum militum mentionem facere Herodianum VII. 8, 26. VIII. 2, 4. sq. ideo moneo, quia Herodotum a Pancirolo provocari *tt* fecerunt omnes. Pannonicae Moesiacaeque legionis mentionem etiam Amm. Marc. XXIX. 6, 13. fecit. Inde *Pannoniciani Moesiciani*que sive *Moesiaci* dicti sunt. Cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, a, ℣℣. 5. 6. cap. VII. §. I. A, ℣℣. 5. 6.

33) *Taanni* 𝕬𝕭𝕮, *Tanni* 𝕯, *Thaanni* 𝕰c[4,6,7], *Tranni aacc*, *Thanni* b*c*[1,2,3]*ff*. Cf. cap. XXVIII. §. I. B, ℣. 20. *Gens Sannorum Heniochorum* Plin. VI. 4. sect. 4. *Sannos* nominant Id. XXI. 13. sect. 44. et Strab. XII. p. 548. (ed. Almel. p. 825.) qui *Macrones* olim eos dictos fuisse refert. cf. Arrian. Peripl. p. 11. *Legio Ziannorum* memoratur Amm. Marc. XXV. 1. i. f. *Sani* vetustior Tzanorum nomen est secundum Procopium. Tzanos primum sub Romanorum dicionem se redegisse gloriatur Iustinian. Nov. 1. praef. pr. Nov. 28. praef. i. f. Cf. Agath. hist. V. 1. 2. Procop. B. Pers. I. 15. B. Gotth. IV. 1. et praecipue de Aedif. III. 6. Vid. etiam Eustath. ad Dionys. Perieg. ℣. 766. et cf. Tzschuck. ad Mel. I. 19, 11. Hodie regionem, quam Tzani olim inhabitaverunt, *Guriel* quae sub dicione Rossorum est, vocari scripsit Mannertus IV. p. 379., sed magis versus meridiem sederunt, ut D'Anvillius in tab. geogr. Asiae Minoris eos collocavit, qui a Ponto Euxino eos removit, ut Agath. V.

1. habet „. . οἱ Τζάννοι τὸ ἔθνος· οἰκοῦσι δὲ τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τοῦ Εὐξείνου πόντου, ὑπὸ Τραπεζοῦντα τὴν πόλιν·" — Pancirolus annotavit „*Thanni* sunt Hispaniae populi [?], unde haec legio nomen *[non]* sumpsit. In antiquo codice legitur *Tyanni.*" Facilius Tzanos cum *Suanis* ad Caucasum habitantibus confunderes, de quibus item Iustinianus Nov. 28. cit.

34) *Solenes* aacc. Cf. not. 14.

35) Unde nomen habuerit nescio. Pancir. annot. „forte a C. Iulio Caesare ex Alexandrinis conflata, aut ab Alexandro imp. instituta." Fortasse hae nugae sunt. Vix ausim meliorem eam coniecturam dicere, huic legioni nomen a Iulio Alexandro legato, qui sub Traiano cum Erucio Claro Seleuciam cepit incenditque (cf. Dio Cass. LXVIII. 30.) inditum fuisse. Nam de Iulio Alexandro Emeseno, de cuius exitu Id. LXXII. 14. rettulit, plane non cogito.

36) Pancir. „Ab Augusto eorum auctore sunt appellati", vel propius a legione Augusta.

37) A Valentiniano imp., non ab eius fratre Valente, ut Pancirolus Pierio Valeriano concessit, denominati sunt.

38) *Gratianenses* omiscr. ACDEaacc, sed in tabula picta etiam ACDE eos memorant. A *Gratiano* imp., Valentiniani filio, nomen eos habere palam est. Cf. ad cap. XXXVI. not. 30.

39) §§. II. III. omiser. aacc. sed cf. ad cap. seq. not. 37.

40) *Thratias* CE.

41) *militum* ABCDbcc. Cf. cap. IV. §. II. et ibi not. 63.

42) Cf. cap. IV. l. c.

43) *Numerarios* B.

44) *nummerarii* B.

45) *Scrinarios* C. Cf. ad cap. VI. not. 44.

45) *Magistri* CE, *Magisterium* D. Sed bccc τὸ *Magistri* ad v. *Apparitores* perperam traxerunt. Cf. antecedentium capp. §§. III.

47) *XV.* ABE. Totidem Evectiones annuales habuerunt etiam Magistri Militum in praesenti. Cf. capp. IV. V. §§. III.

CAPUT VIII.

α) Hoc caput cum duabus picturis et Insignia Magistri Officiorum in B perverso ordine exstant. nam in eo codice post nostrum cap. VII. sequuntur primum textus nostri cap. X., tum picturae cum textu cap. VIII., deinde post cap. IX. pictura cap. X., quam excipiunt iustum ordinem denuo incipientes pictura textusque cap. XI.

β) *illiricum* AD.

Ad tabulam I. (pag. 33.):

a) Primo clipeo in c⁶,⁷ suprascriptum est *Legiones* (sic) *Palatina I.*, sex sequentibus *Auxilia Palatina VI.*

Ad tabulam II. (pag. 34.):

a) *Petūlantes Iūniores* A.

b) *Sigittarij Lecti* A, *Sagitarij lecti* c¹⁻⁴.

d) *Acecotti (?)* A, *Atecocti* D.

e) *Marciarii conſtantes* C, *Martiarij conſtantes* Cdc³,⁴,⁶,⁷, *Martiarij Costantes* c¹,². Octo postremis clipeis in c⁶,⁷ suprascriptum est *Legiones Comitatenses VIII.*

g) *Bianenses* C.

h) *Germaniciarii ſeniores* C.

i) *Secundarii* C.

k) *Lanciarii augustrenses* D, *Lancearij auguſtenses* Cdcc.

m) *Lancearii Iuniores* Cdc¹⁻⁴, *Lancearij Iuniorus* c⁶.

---

1) *viri* omiserunt c²,³,⁴.

2) *Sub Magistro* acc.

3) *Illiricum* D, *Illirycum* c⁴. *sunt* addit C.

4) *duo* C, *due* D, *II.* BC editi.

5) Cf. cap. VII. §. I. B, ✝. 2. et Not. Occ. cap. VI. §. I. B, ✝. 31.

6) *Germanitiani* C. „Ex *Germanicia*, Syriae oppido, contracti" annotavit Pancirolus. De hac *Germanicia*, quae Καισάρεια Γερμανίκη in numis vocatur, vid. Ptol. V. 15. Steph. Byz. v. Γερμανίκεια et multos historiae sacrae et By-

zantinae scriptorum locos ad It. Ant. p. 184. (cf. 186. 188. Hierocl. p. 713.) et ap. Cellar. II. p. 338. §. 7. Mannert. VI. 1. p. 494. sq. citt. Secundum Theodoret. hist. eccl. II. 25. Haeret. fab. IV. 2. sita fuit haec Syriae Euphratensis urbs in Ciliciae, Syriae et Cappadociae finibus, ad Taurum montem. Mich. Glycas (Annal. IV. p. 295. ed. Bonn. p. 549.) *Γερμανικόπολιν λεγομένην Ἄδατα* nominat (cf. cap. XXXII. §. I. A, a, ✝. 4.); et sec. Geogr. Graecc. Minn. tom. IV. p. 42. *Telesaura* postea dicta est. Hodie nomen *Marash* habet sec. D'Anvill. mapp. geogr. Euphratis Tigridisque (Orb. ant. maior. tab. IX.), *Marach* sec. Iaubert (Voyage en Arménie et en Perse. Paris. 1821. 8°.) p. 476. cf. mapp. geogr. Doctissime de hac civitate disputatum et utrum *Adata* sive *Adapa* cum *Germanicia* revera eadem fuerit necne perquisitum est a Reiskio ad Constantin. Porphyr. tom. II. p. 576. sqq. ed. Bonn. ex quo hunc Abulfedae locum transcribo: „*Al Hadath* et *Maresh* sunt duae parvae urbes bene cultae, aquarum et segetum divites arborumque. ambae sunt cleisurae ..." et Scholiast. Montenebbii: „*Hadat* est nomen arcis notae, quam condidit Saifoddaulah [post Basilium imp.] in solo Romano ..." — Sed quamvis non ita magni faciam Stephani testimonium, cives Germaniciae illius *Germanicenses* dici, tamen a Panciroli opinione discedo. *Germaniciani* a legione *Germanica* nomen habuerunt, ut ab Italica *Italiciani*, a Brittannica *Brittanniciani*, a Pannonica *Pannoniciani* aliique.

7) *una* omisit 𝕮, *I.* habent 𝕭 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

8) Pancirolus „Ex Britannia delecti."

9) *VI.* 𝕭𝕯 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

10) *Hastarii* *aacc.* Memorantur etiam *Ascarii Seniores Iunioresque* Not. Occ. cap. V. §. I. C, b, ✝✝. 8. 9. cap. VII. §. I. D, ✝✝. 1. 2., et *Ascarii* Amm. Marc. XXVII. 2, 9. sed qui fuerint quidque nomen designet nemo, quem sciam, nos docet. Pancirolus coniecturas, ut solet, improbabilissimas pro certis exploratisque nobis obtrudit: ad h. l. annotavit „Forte legendum *Ascurii* ab *Ascura*, Armeniae Maioris oppido [Ptol. V. 13.], vel *Ascenii*, ab *Asce-*

nis, Hispaniae Tarracon. civitate, nunc *Cervera* dicta [? *Ascerris* Ptol. II. 6. hod. *Sagarra* est sec. Ukert, II. 1. p. 425.]" et ad cap. V. l. c. vult. „*Ascerii*, ab *Ascera* urbe Hispaniae profecti." Wagnerus in ind. II. ad Ammian. v. *Ascarii* priorem Panciroli coniecturam comprobavit; ego neutram comprobo. facilius *Ascanii* (*ascāii* pro *ascāii*) legerem, atque de Bithyniae Phrygiaeve cognomini populo cogitarem; sed fortasse Ascariorum nomen, in quo codd. mss. omnes consentiunt, ut nulla scripturae mutatio ferenda esse videatur (qua concessa *Hastati* commodissime legeretur), *ἀπὸ τῶν ἀσκῶν*, ab animalium pellibus, quibus induti fuerunt, venit, patriamque habuerunt Ascarii Scythiam regionesque ad Pontum Euxinum boreales. *Ascomarcos* memorat Plin. VI. 7. sect. 7. inter gentes circa Maeotin habitantes. *Ascodrogitae* vel *Ascodrogi*, quorum per nonnullas orientales Asiae Minoris partes grassantium haereticorum imperatoriae constitutiones aliquotiens mentionem fecerunt (cf. e. gr. LL. 10. 65. Th. C. de haeret. XVI. 5. Nov. Theod. II. Tit. VII. de Iudaeis §. 9. p. 1232. edit. Berolin.) sec. Philastrium etiam ab utribus nomen habuerunt. Vid. Gothofr. Suppl. Th. C. ed. Ritter. p. 14. not. b. Cum *Utriculariis*, qui ponticulos ex utribus et coriaceis navibus consternebant (cf. Amm. Marc. XXIV. 3, 11.), quosque idem Ammianus (XXV. 6, 15.) pontium utribus e caesorum animalium coriis coagmentatorum architectos nominat (cf. Tract. de reb. bell. et Schwarzii Calvetique de Utriculariis dissertationes), an aliquid his Ascariis commune fuerit incertum est. Sed fortasse de *Ascitarum* Arabiae Felicis populo (cf. Ptol. VI. 7.) aliquis cogitabit; de quo Plin. H. N. VI. c. 29. sect. 34. (cf. cap. 28. sect. 32.) „. . commercia ipsa infestant ex insulis Arabes *Ascitae* appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte piraticam exercent sagittis venenatis." Eadem fere repetit Solin. Polyhist. c. ult. cf. Salmas. ad h. l. (Plinn. exercc. p. 877. E.) item Steph. Byz. v. *Ἀσκῖται, ἔθνος*, inquit, *παροικοῦν τὸν Ἰνδικὸν κόλπον καὶ ἐπὶ ἀσκῶν πλέον . . . . ἔτι μὴν καὶ Ἀσκιτῶν ἕτερον ἔθνος. ἔστιν οὖν παρὰ τὸν ἀσκὸν Ἀσκίτης, ὡς*

παρὰ τὸν ἀστὸν ἀστίτης, μέσος μεσίτης. — Ex hac nostra de Ascariis ignorantia Graecum *ἀσκαίρειν* non extricabit nos, ut Salios eos vel Salientes fuisse dicendum sit. Cf. ad Not. Occ. XXXVIII. §. I. B, b, ✝✝. 1. 3.

11) *Petulantes* forte a loco, ut *Tubantes*, dictos fuisse putavit bonus Pancirolus, sed Pierium refert a *petulantia* vocatos affirmare. Pierius rectum vidit.

12) *Attecotti* 𝔈, *Atecocti* a'cc, *Arte cotti* e^{3,4}. „Ab eius nominis oppido vocati Germaniae populi" Pancirolus; sed Ammianum etiam citat, additque aliquos Atecottos i. e. *severos* dictos putare. Amm. Marc. XXVI. 4, 5. „Hoc tempore [ann. 364.] velut per universum orbem Rom. bellicum canentibus buccinis excitae gentes saevissimae limites sibi proximos persultabant. . . . Picti Saxonesque et Scotti et Atacotti [ms. *Attacitti*] Britannos aerumnis vexavere continuis . ." Id. XXVII. 8, 5. „. . eo tempore [ann. 368.] Picti in duas gentes divisi, Dicalidonas et Vecturiones, itidemque Attacotti, bellicosa hominum natio, et Scotti per diversa vagantes multa populabantur; Gallicanos vero tractus Franci et Saxones iisdem confines . . . violabant." Et S. Hieronym. (II. p. 75.) „Cum ipse" inquit „. . . viderim Attacottos gentem Brittannicam humanis vesci carnibus" rell. Gibbo (history, cap. XXV.) non addubitavit, quin „in the neighbourhood of the commercial and literary town of Glasgow a race of cannibals has really existed"; sed contra Hieronymum atque Gibbonem Herm. Muellerus (Die Marken *et c.* p. 32* sq.) inter alia quae speciosiora ei visa sunt quam veriora mihi, coniectavit non ita feros illos Attacottos fuisse; vult enim cum Atuacutis sive Aduatucis Belgicae eiusdem illos nationis fuisse, Rhenique littoribus relictis eos Brittanniam petiisse. Panciroli commentario idem scriptor parem atque ipsi Notitiae Imp. fidem tribuisse videtur. Cf. Mannert. II. 2. p. 88. sqq.

13) *VIII.* 𝔅ℭ𝔇𝔈 editi.

14) *Martiarij* 𝔈? editi. Cf. cap. V. §. I. C, ✝. 1. ibiq. not. 19.

15) Pancirolus „A Constante Constantini M. filio vocati.“ Immo, a constantia animi.

16) *Marcii* D. Bene Pancirolus: „Forte loco duarum Martiarum legionum suffecti, quas periisse, et ob audaciam Martias vocatas fuisse Appian. de B. C. IV. scribit.“

17) *Dianenses* mss. editique omnes; sed Pancirolus annotavit: „*Bianenses*, ita omnes mss.; . . sed legendum esset *Dinienses* a *Dina* oppido, quod in Alpibus maritimis Itinerarium“ [non] „ponit“; sed Plin. III. 4. sect. 5. *Diniam* habet, item Ptol. II. 10. hodieque nomen vetus retinet; est enim *Digne*, metrop. praefecturae Alpium Inferiorum. „*Bianenses* vero a *Biana* [?], Hispaniae oppido nuncupantur.“ Neque a Hispaniae Tarraconensis oppido *Dianium* (Strab. III. p. 159. 161. ed. Almel. p. 239. 244. Plin. III. 3. sect. 4.), hodie *Denia* vocato, neque ab Africano vel alio quodam loco, cui *Dianae* nomen fuit, sed ab ipsa dea nomen huic legioni datum fuisse crediderim; ut *Minervii* a legione *Minervia*, *Martenses* a legione *Martia* similesque. Legio XV. Apollinaris memoratur cap. XXXV. §. I. A, a, †. 3. et EQ. ALAE. DIANAE. celebratur inscript. Buruncensi ap. Hupsch. epigrammatogr. p. 42. num. 16.

18) Cf. not. 6.

19) *Secundari* AG, *Secundarii* (*ā* pro *ā*) CDaac. I. e. Legionis II. Secundanorum colonia *Arausio* (hod. *Orange*) fuit (Plin. III. 4, sect. 5.); inde Pancirolus annotavit „*Secundani* Plinio Galliae Narbonensis populi.“

20) *Lanciari* C, *Lantiarii* E, *Lancearii* A editi. Cf. ad cap. IV. not. 28.

21) Cf. ad cap. VII. not. 36.

22) Cf. not. 17. Pancirolus: „A Minervio provinciae oppido [hod. *Menerbes*, dép^t. Vaucluse] dicti.“]

23) *Lancearii* AE editi. Cf. not. 20.

24) Cf. cap. V. §. I. C, †. 6., ubi idem nomen inter Legiones Palatinas habemus.

25) *Item* omiserunt aacc.

26) *IX. (VIIII.* D.*)* GCDdeff. Numerum omiserunt Eaacc.

27) *Tunacenses aacc, Timachi (s. Timaci),* Moesiae populus ad *Timachum* s. *Timacum* [hod. *Timok*] fl. Plin. III. 26. sect. 29. *Timacum* Ptol. III. 9. Moesiae Superioris oppidum. Et Tab. Peut. VII. A. „Naisso [hod. *Nissa* s. *Nisch*, cf. cap. X. §. I. B, c, ✝. 2.] XXVII. Timaco. Maiori. X. Timaco. Minori. XXVII. Conbustica. XXVII. Ratiaris [hod. *Arzer-Palanka*, cf. cap. cit. §. I. B, c, ✝. 3.]." Cf. tab. synopt. ad cap. XXXVIII. *Timacum maius* quaerunt in hod. *Isperik* [Isferlik], *Timacum minus* in hod. *Geurgowatz [Gorgusewacz]* opp. ad Timacum fl., qui limes est inter Serviam Bulgariamque. Cf. Cellar. I. p. 464. §. 55. Mannert. VII. p. 100.

28) Hunc versum omisit 𝕮.

29) *Foelices* 𝕬𝕭.

30) *Bugaracenses* 𝕬𝕭𝕮𝕰𝖉𝖊𝖋𝖋, *Burgaracenses* 𝕯𝖆𝖆𝖈𝖈. It. Ant. p. 135. „Serdica. Burburaca. M. P. XVIII. Helice. M. P. XXI. *etc.* Philippopoli M. P. LXV." Pro *Burburaca* in aliis codd. est *Bagaracta*, *Bagaraca*, *Ragaraca*, *Bagarica*. Itin. Hierosol. p. 567. in itinere a Serdica Constantinopolim „. . Buragara M. XVII. . . Iliga M. XVIII. Soncio M. IX. Finis Daciae et Thraciae." *Burgaraca* igitur Moesiae Secundae fere ibi sita fuit, ubi hodie est *Ienischan* Bulgariae, non ita procul ab urbe *Sophia*, Philippopolim versus. — Pancirolus „A *Burgo Aracae*, quae Ptolemaeo [V. 15. ubi nihil de *Burgo*] est urbs Syriae, dicti."

31) *Sempenses cc*, *Senipenses aa*. Pancirolus „A Scope Marmaricae Libyae oppido." Longissime a scopo! Σκοῦποι, Ptol. III. 9. ultima inter Dardaniae civitates, Hierocli (p. 655.) metropolis praesidialis provinciae Dardaniae (cf. cap. I. not. 159.) est. *Scupi* Trebell. Poll. XXX tyrann. c. 9. Paullin. carm. XVII. ad Nicet. ✝. 195. Cf. Topogr. Th. C. v. *Scopis*. Steph. Byz. Σκόποι, πόλις Θρᾴκης. τὸ ἐθνικὸν Σκοπηνοί. Marcellin. Com. Chron. ad ann. 518. „*Scupus* metropolis." *Scunis* (pro *Scupis*) Tab. Peut. VII. A. Σκούπιον Procop. de Aedif. IV. 4. Ceterum Σκοῦποι et Σκόπια Byzant. hist. scrr. dicitur; hodieque hoc nomen retinet, Turcis *Uskub* dicitur, et est metropolis

cognominis sandschakatus. Cf. Wesseling. ad Hierocl. l. c. Cellar. I. p. 465. §. 57. Le Quien, Or. Christ. II. p. 310. Mannert. VII. p. 104. sq.

32) *Ulpianum* Dardaniae (a Traiano dictum, ut Daciae cognomine oppidum) Ptol. III. 9. *Οὐλπιανά* Hierocl. p. 656. *πόλιν Οὐλπίαναν* vocat Proc. bell. Goth. IV. 25. sed rectius plurali numero scribitur. *Ulpianis* L. 10. Th. C. de off. Pf. U. I. 6. data est, ad quem loc. vid. Haenel. A Iustiniano restituta Ulpiana *Iustiniana Secunda* dicta est. Procop. de Aedif. IV. 1. Iornand. rer. Get. c. 56. Secundum D'Anvill. in hod. Serviae castello *Ghiustendil* sive *Kostendil*, quod in sandschakatu Kruschovaczensi est, vetera Ulpiana quaerenda sunt. Cf. Cellar. l. c. §. 59. Le Quien, l. c. Mannert. VII. p. 107. sq.

33) *Merenses* 𝔄𝔅ℭ𝔇, *Metenses* 𝔈?a[1,4,7]ccdeeff, *Mentenses* a[11,15]. Et Pancirolus de Metensibus s. Mediomatricibus Belgicae I. deliravit. *Merienses* legendum esse videtur, ut saepissime codices nostri hanc *i* ex nominibus eiecerunt; nam *Μηρίων* oppidum Dardaniae inter Scupos et Ulpiana apud Hierocl. l. c. legitur; ad quem locum Wesselingius, fortasse inter castella a Procopio de Aed. IV. 4. enumerata delitescere annotavit; proxime accedere *Βερμέριον*, *Ἄρια* et *Μαριανά*. Sed nomen *Μηρίων* retinendum esse locus noster argumento est. De *Mero* Phrygiae Salutaris (cf. Or. Christ. tom. I. p. 839...40.) ad h. l. non cogitandum esse palam est.

34) *Balistarii Theodosiani* inter hunc et seq. versum habet 𝔄.

35) *Balistrarii* a[15]. Cf. ad cap. VI. not. 27.

36) *Scapenses* aacc. *Σκάμπεις* Ptol. III. 13. civitas Eordeorum in Macedonia Mediterranea, sed *Σκάμπα* scribere debebat, ut Wesseling. ad It. Ant. p. 318. demonstravit et in Hierocl. p. 653. recepit. *Scampis* (ablat. plural.) habet It. l. c. et p. 329. item Tab. Peut. VI. C. *Hiscampis* It. Hieros. p. 608. *Σκαμπία, ἡ*, urbs dicitur ap. Malch. in Exc. de legatt. Rom. ad gentes (ed. Bonn. p. 250.), ubi enarratur Theuderichum a Lychnido recedentem *Scampiam* cepisse, indeque pro-

gressum Epidamnum occupasse. *Scampinam civitatem* satis florentem urbem episcopalem fuisse ann. DXIX. docent litterae ad pap. Hormisd. in Concilior. tom. X. Paris. 1644. fol. pagg. 514. sqq. Per *Scampes* celebris *via Egnatia* ducebat, de qua nuper disputavit Tafelius programmate, quo Tubingenses sollemnia saecularia Gottingensia celebrarunt. Tub. 1837. 4°. Haec Epiri Novae civitas non ita procul ab hod. Albaniae oppido *Albassano, Elbessan* sive *Ilbessan* quaerenda est. Cf. Le Quien, Or. Christ. tom. II. p. 247. sq. Mannert. VII. p. 412. — Pancirolus „nunc *Vdagradum* vocant."

37) Pro sequenti rubrica aacc haec habent: *Exiſtimantur autem ſupraſcripti Magiſtri Militum eſse* (maximam incisionem h. l. habent a[14,15]) *Cardinales. Habentque ſub ſe literatam hanc (hanc literatam cc, litteratam hanc* a[15]) *militiam.* Sequuntur Officiales ut apud nos. Cf. annott. ad §§. II. capp. IV. ... VII.

38) *Offitium* €.

39) *et* omisit €.

40) Cf. ad cap. IV. not. 63.

41) *Nummerarios* et paulo post *Nummerarii* B.

42) *II*os. C, *II. cc.*

43) §. III. omiserunt aacc.

44) *Magister* ABCD, *Magister* €, *Magiſtri* dccff, vocem ad antecedentem perperam trahentes. Cf. quae ad §§. III. superiorum capitum annotavimus.

45) *militis* ACD.

46) *Illiricum* D.

47) Numerus Evectionum annualium huic Magistro datarum excidit. *Quindecim* fuisse crediderim. Cf. superiorum capp. §§. III.

CAPUT IX.

a) Totum hoc caput omiserunt editi praeter ee omnes; sed in mss. post novissimum praecedentis capitis versum sequuntur ea quae uncinis non inclusimus; nam quae ita inclusa sunt, a nobis addita esse per se patet. In C litteris fere evanidis, rubris olim, ita est post unum versum vacuum:

. . *b difpofitione uiri illuftris*
. . *facricubicli dom⁹ d'ina*
p . . *pp* . . . . . . *n*

In D versus XXI, qui post verba §i. I. sequuntur, vacui a scriptis sunt, et similiter in ABC post ea verba in eadem pagina nihil scriptum est. Imaginem ad hoc caput nullam superesse, neque ei locum vacuum in mss. relictum esse iam monuimus.

---

1) *pp* mss. „Viri illustres Praepositi utriusque sacri cubiculi, tam nostrae pietatis, quam serenissimae nostrae coniugis" memorantur Anastasii L. 5. Cod. h. t. XII. 5. Cf. L. 3. cod.

2) *Sub dispositione viri illustris sacri cubiculi Comes domus diuinae ee*; sed ipse Pancirolus annotavit codices mss. habere quod nos dedimus, nisi quod *diuinae* pro *diuina* neglegenter vel inscite potius scripsit: annotavit enim nomen *Comes* se inseruisse „alias nullus esset sensus, cum non recenseretur qui sub huius Praefecti dispositione esset; deinde inepte appellaretur *Praepositus sacri cubiculi domus divinae per Cappadociam*: nam si erat Praepositus sacri cubiculi, non erat eius officium ad domum divinam per Cappadociam referendum aut restringendum, unde addendum est verbum *Comes domus diuinae per Cappadociam*, qui erat sub huius Comitis *[sic]* dispositione" rell. Subabsurdam annotationem Pancirolus non scripsisset, nisi prius mss. codicum scripturam tum omittendo v. *Praepositi* tum mutando v. *divina* in *divinae* corrupsisset. Quod verbum *diuinae*, ut sensum non turbaret, Gothofr. ad L. un. Th. C. de PP. S. Cub. VI. 8. (=L. 1. Iust. C. eod. XII. 5.) *sunt* subintellegi voluit, ita ut *domus divinae* nomin. plur. esset; idem vero ad L. 2. Th. C. de Palatinis S. L. VI. 30. (= L. 3.

Iust. Cod. eod. XII. 24.) v. *Comes,* quod recte abesse antea iusserat, ipse infarsit. *Comes* quidem *domus divinae per Cappadociam,* qui inter Spectabiles fuit (L. 11. Iust. Cod. ubi causae fiscales vel divinae domus . . . agantur III. 26. Nov. XX. c. 2.), sub dispositione PP. S. Cubiculi fuit, sed in libro nostro mentio eius facta non est. Fuerunt etiam sub eodem Praeposito viri spectabiles *Primicerius Sacri Cubiculi, Castrensis Sacri Palatii, Comes Sacrae Vestis* aliique *Cubicularii.* (Cf. L. un. Th. C. qui a praebitione tir. IX. 18. et Gothofr. ad h. l. nec non Cuiac. ad tit. C. de PP. s. cubiculi XII. 5.) quorum tamen nullum liber noster h. l. memorat, nisi eos praeteritos esse a librariis, vel, ut distinctius dicam, ab eo librario qui codicem olim Spirensem scripsit, dicere velimus: quod ego non ita facile fecerim; nam qui sub dispositione alicuius esse dicitur, sub eiusdem etiam iurisdictione fuit, quod non locum habet inter PP. s. cubiculi eosque, quos sub eodem fuisse dixi. Cf. supra argumenti explicationem p. XII. et Cuiac. ad L. 3. C. de PP. s. cubic. XII. 5.

3) *cappadotiam.* 𝕯, *Capadotiam.* 𝕮. Cf. not. *a.* De Cappadociae laudibus, et cur peculiarem Cappadociis possessionibus magistratum praefecerint imperatores, vid. Iustinian. Nov. XXX. praef. cap. 1. pr. et cf. Gothofr. ad L. 2. Th. C. de Palatinis cit. Vide etiam L. 9. i. f. Th. C. de indulgentiis debitorum XI. 28.

4) Cf. not. 2. i. f.

5) *Primicerium totius Officii? Principem* Officium Comitis domorum per Cappadociam habuit. cf. L. 2. Th. C. de Palatinis cit. *Spectabiles tres Chartularii sacri cubiculi* singulis Edicti Iustiniani ad Constantinopolitanos emissi et ad Novell. VIII. adiecti (a nobis in fine annotationis ad cap. I. pagg. 154. sqq. repetiti) paragraphis (ut hoc verbo utar) memorantur. iis certum solidorum numerum pro consuetudine praestare omnes debebant qui administrationem sive magistratum accipiebant. De ceteris Officialibus et Cubiculariis certi quod h. l. dicam nihil habeo. Cf. Gothofr. ad LL. citt. et Guther. de Off.

dom. Aug. III. 29. nec non Cuiac. et Perez. ad Cod. h. t. XII. 5.

6) De Evectionibus annualibus Praepositi S. Cubiculi locum ullum exstare nescio. Ex iis vero quae L. un. Th. C. de PP. S. Cub. VI. 8. praecipiuntur, atque ex negotiorum in Cappadocia gerendorum ratione fortasse colligi poterit *quindecim* eum habuisse, ut Magistri Militum praesentales et Magister Militum per Thracias. sed haec incerta sunt.

CAPUT X.

a) De 𝔅 cf. cap. VIII. not. *a*. — Septem clipeos, quot Not. Occ. cap. VIII. habet, hoc quoque loco repraesentant 𝔡𝔢𝔢, in codd. mss. sex tantum sunt. Ita numeros singulos distinxerunt $\mathfrak{e}^{6,7}$: III. I. II. IV.
V. VI. VII.

1) *Sub Magistro (Magisro* $\mathfrak{c}^2$*) aacc.* — De Mag. Off. cf. Titt. de Officio Mag. off. Theod. Cod. I. 9. Iust. Cod. I. 31. item Th. C. de Quaestorib., Mag. off. VI. 9. Iust. C. de Off. Mag. off. I. 31. Priscus (Excerpt. cap. 5. ed Bonn. p. 149.) de Magistro officiorum „*πασῶν*, inquit, *τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιςρος κοινωνός, οἷα δὴ τῶν ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων.*" Lyd. II. 10. 23. sq. Cassiodor. Variar. VI. 6. Lyd. II. 9. „*Αὐτίκα μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς [Κωνςαντῖνος] τῆς ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχύος ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχήν, εἶτα τῆς τῶν λεγομένων φαβρικῶν, οἱονεὶ ὁπλοποιῶν, φροντίδος, τῆς τε τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ πάσης ἑτέρας, δι' ὧν τὸ λεγόμενον συνέςη μαγιςέριον.*"

2) *offitiorum* 𝔈.

3) *Scola* et ita etiam in sqq. 𝔇𝔈. Vid. inter alios Du Cange h. v. Gothofr. Glossar. Nom. Th. C. v. *Schola*, Wagner. Ind. II. ad Ammian. h. v., ibiq. citt. Procop. B. Goth. IV. 27. „. . *τῶν ἐπὶ τοῦ παλατίου φυλακῆς τεταγμένων λόχων, οὕς-*

περ Σχολὰς ὀνομάζουσιν." Cf. Procop. Hist. arc. cap. 24. (c. not. Alemann. ad p. 106. ed. Lugd. 1623. fol.), ex quo Suid. v. Σχολάριοι. „Ἕτεροι στρατιῶται οὐχ' ἧσσους ἢ πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ παλατίου κατέστησαν, οὕσπερ σχολαρίους καλοῦσιν· καὶ αὐτοῖς συντάξεις διέκαθεν πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ δημόσιον ἀεὶ χορηγεῖν εἴωθε. τούτους . . . ἀριστίνδην ἀπολέξαντες ἐξ Ἀρμενίων ἐς ταύτην δὴ τὴν τιμὴν ἦγον." Cassiodor. l. c. „Ad eum [Mag. Off.] palatii pertinet disciplina; ipse insolentium scholarum mores procellosos moderationis suae terminis prospere disserenat." Locum Agath. hist. V. 15. vid. ad Not. Occ. cap. XL.

4) Post hunc versum a[7,11,15] nostrum versum 6. habent, quem inferius omiserunt. Cf. ad cap. IV. not. 22.

5) De Gentilibus, quos perperam idololatras, ac si hoc nomen συνώνυμον esset, Pancirolus nominavit, disputabo ad Notit. Occ. cap. XL. §. IV. Scutariorum et Gentilium Palatinas scholas Ammianus quoque saepe coniunxit, cf. XIV. 7, 9. XVI, 4, 1. XX. 2, 5. 4, 3. 8, 13. XXVII. 10, 12. Cf. ad cap. IV. not. 22. cit.

6) *fagittariorum fcutariorum cc.*

7) *fagittariorum cc.*

8) Vid. not. 4. Cf. ad cap. IV. not. 9.

9) H. e. levis armatura. Veget. II. 15. 17.

10) *argentum* ₵, *agentium aacc.* Vid. Titt. de Agentibus in reb. Th. C. VI. 27. Iust. C. XII. 20. et sqq. titt.

11) *Deputatorum* nomen etiam in re militari proprium fuit, et Io. Laur. Lyd. de magg. I. 46., ubi de legionis partibus disserit, habet „δηπουτάτοι, ἀφωρισμένοι." Cf. Gothofredi paratitl. ad Th. C. de re mil. VII. 1. (ed. Ritter. II. p. 249. sq.) et infra cap. XIV. §. I. cap. XXXVII. §. I. A, c, ✝. 7. Not. Occ. cap. XII. cap. XXXIV. §. I. et c. Deputabantur autem ex Schola Agentium in Rebus in aliorum magistratuum officiis et ad pervaria per provincias negotia gerenda curasque agendas, quod ipse hic liber noster et innumerae imperatorum constitutiones docent.

12) Hunc versum *et Dep . . . Scholae* omiserunt ace. Iustinianus L. 35. C. de loc. et cond. IV. 35. „milites qui in *undecim* devotissimis Scholis taxati sunt" memorat.

13) Cf. ad cap. VI. not. 45.

14) *Mensores* | *Lampadarii* (omiss. *et*) *cc.* Mensores et Lampadarii iunctim nominantur post Paedagogos (cf. cap. XV. §. I. ✝. 1.) Cellariosque L. 10. Cod. de divers. offic. XII. 60. Cf. Interpp. ad Iulian. Nov. 38. num. 166. et Valentinian. III. ad Mag. Off. datam Nov. 30. (73.) (ed. Berolin. p. 1337. ed. Ritter. p. 86. ubi vid. Ritterum.) Iustiniani Edict. VIII. cap. 3. §. 4. *Lampadarii* fuerunt qui lampades h. e. candelabra candelis instructa principibus Augustabusque (cf. Herodian. 1. 8, 8. 16, 9. 11. 3, 5. 8, 10. VII. 1,21. 6, 4.) et quibusdam summae dignitatis magistratibus praeferebant, ut etiam principum imagines praeferebantur. Cf. insignia Pff. P. et Codin. de Off. CP. c. 6. §. 4. „*Ὁ λαμπαδάριος κρατῶν τὸ χρυσοῦν διβάμπουλον* [facem duplici corona aurea circumdatam]." Pancirolus et Brisson. (h. v.) de iis intellexerunt, qui lampadum palatii scriniorumque curam habebant ut accenderentur et niterent, quod recte negarunt Du Cang. h. v. Gothofr. ll. cc. Heinecc. ad Brisson. l. c. Cf. Guther. II. 15. i. f. III. 12. i. f. Meurs. Glossar. Graeco-Barbar. v. *Λαμπαδάριος*.

15) *Scriniorum* quidem, sed non *Scriniariorum* nomen ante Constantini M. tempora in usu fuisse scripsit Lyd. III. 31. Tria haec Scrinia, Memoriae, Epistolarum et Libellorum Magistros suos habuerunt, quibus in Orientis partibus Magister Epistolarum Graecarum accessit (cf. cap. XVII.), Scrinium Dispositionum sine Magistro fuit, Comitem habuit sec. L. 12. Th. C. de senatorib. VI. 2. L. 8. C. de Proximis ss. scrin. XII. 19. aliosque locos; sed Magistros Dispositionum unus locus, L. 2. Th. C. eod. VI. 26., memorat (Cf. etiam Not. Occ. cap. VIII. §. I. A, b, et cap. XVI.). Idemque etiam Scrinium in Scriniorum enumeratione haud raro praeteritur, e. gr., ut Iust. Cod. solum respiciam (nam de Theodosiano vid. Gothofr. paratitl. ad Th. C. de Proximis, Comitibus Dispositt. VI. 26.), LL. 5. 6. 10.

15. Cod. de Proxim. ss. Scrinior. XII. 19., in Notitia L. 10. C. de div. off. XII. 60.; cum ceteris nominatur LL. 1. 3. 4. 11. Cod. de Prox. ss. Scrin. atque in multis aliis locis. Ab initio privilegia tribus illis Scriniis concessa non statim ad Scrinium Dispositionum etiam pertinebant, unde L. 2. C. de privil. cor. qui in s. palatio militant XII. 29., quae ex L. 3. Th. C. eod. desumpta est, verba *sacrarumque dispositionum* adiecit.

16) Cf. not. 15. De hoc Scrinio egregie disputavit veterumque locos explicavit Gothofr. ad L. 1. Th. C. de Proximis, Comitibus Dispositionum VI. 26. Pertinere docet ad hoc Scrinium *βασιλείους ἐκθέσεις*, provisiones annonarias, dispositiones itinerum principis et expeditionum, de ordinandis magistratibus et officiis publicis, quaeque princeps sibi peragenda proponebat extra negotia, quae ad illa tria superiora Scrinia spectabant.

17) *amissionum* 𝔄𝔅ℭ𝔇, *ammissionum* 𝔈, *commissionum* 𝔞𝔞𝔠𝔠. De hoc Officio Admissionum (Ober-Hof-Caerimonien-Amt), ab admittendo ad principem dicto, vid. Vopisc. Aurelian. c. 12. Amm. Marc. XV. 5, 18. (Admissionum Magister) XX. 7, 2. (Admissionum Proximus) et Vales. ad illum l. L. un. Th. C. qui a praebitione tiron. XI. 18. et L. 3. Th. C. de privil. cor. VI. 35. et Gothofr. ad L. 12. Th. C. de senatorib. VI. 2. Cf. Guther. III. 11. Quid Salmasium (ad Vopisc. p. 481. ed. Paris. 1620. fol.), quem recentiores in hac re tacite secuti sunt, moverit ut diceret, quattuor admissionalium decuriis singulos Proximos, his quattuor Proximis Magistrum Admissionum praefuisse, plane nescio, nisi Decanos, de quibus Th. C. VI. 33. Iust. C. XII. 27. agitur, ad h. l. traxit.

18) *Frabricae* 𝔈. Cf. Nov. LXXXV. *περὶ τῶν ὅπλων.*

19) *infrascriptae* omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠.

20) *V.* mss. 𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣, *IIII.* 𝔞𝔞𝔠𝔠. Cf. not. 24.

21) *Damascus*, Phoenices Libanesiae (cf. Strab. XVI. p. 519. sq. Ptol. V. 15. It. Ant. p. 196. 198. Tab. Peut. IX. F. X. D. *[Damaspo]* Amm. Marc. XIV. 8, 9. Hierocl. p. 717.) clarissima urbs, quam totius Orientis oculum appellat Iulian.

Epist. 24., hodieque vetus nomen retinet, *Damaschk* s. *Demeschk*, Syriace *Scham* dicitur. d'Herbelot Bibl. orient. I. p. 560. Cellar. II. p. 372. §. 72. Mannert. VI. 1. p. 407. sqq. Burckhardt's Reisen in Syrien *et c.* v. Wilh. Gesenius. Weimar. 1823. 8°. voll. II. Descriptionem urbis, quam Io. Carne (Letters from the East. Lond. 1826. 8°. voll. II.) Epist. 19. dedit, non sine delectatione leges. — Io. Malal. chronogr. XII. p. 307. ed. Bonn. „*ἔκτισε δὲ καὶ* (i. e. Diocletianus Daphnae prope Antiochiam) *φαβρικὰς τρεῖς πρὸς τὸ κατασκευάζεσθαι ὅπλα τῷ στρατῷ· ἔκτισε δὲ καὶ ἐν Ἐδέσῃ φαβρικὰ διὰ τὸ τὰ ὅπλα ἐγγὺς χορηγεῖσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν Δαμασκῷ ἔκτισε φαβρικά, ἐννοήσας ἐπιδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν. ἔκτισε δὲ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ μόνηταν, ὥςε χαράσσεσθαι ἐκεῖ νομίσματα κ. τ. λ.*“

22) *anthiochie* 𝕮𝕰. Haec Syriae (Ammian. XIV. 8, 8. Hierocl. p. 711.) metropolis, mundo cognita civitas, ut Ammianus habet, hodie *Anthakia* s. *Antakia* dicitur. *Μητρόπολις αὐτόνομος* fuit *Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνης* sive *ἡ πρὸς Δάφνην*. d'Herbelot, I. p. 230. Cellar. II. p. 350. §. 34. Mannert. VI. 1. p. 467. sqq. Vid. mapp. geogr. ad Iauberti libr. supra (cap. VIII. not. 6.) cit. Cf. Malalae loc. not. 21. transcr. De Barbaricariis Antiochiae cf. etiam L. 1. Th. C. de Fabricensibus X. 22.

23) I. e. clibanorum fabrica. Cf. ad cap. IV. not. 9.

24) *anthiochie* 𝕮. Cf. not. 22. Hunc versum omiserunt *aacc.* Cf. not. 20.

25) *armamenta* aa.

26) *aedesa* 𝕬𝕭𝕮, *edesa* 𝕯𝕰, *Edessae* editi, *Edissa* in It. Ant. passim. *Edesa* inde a IV. saeculo saepe scribitur. (Casum, quem codd. mss. exhibent, non mutavi: nam in hac re neglegentiam magis tempori quo liber noster conscriptus est, quam librariis, qui longe post eumdem transcripserunt, adscribendam esse nemo harum rerum peritus negabit.) Osrhoenae metropolis, Hierocl. p. 714. *διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόνι*, habet Steph. Byz. v.

Ἔδεσσα. Vid. etiam Procop. de Aedif. II. 5. et locc. a Gothofr. ad L. 79. Th. C. de decurionib. XII. 1. citt. Arabes hodie *Roha, Er Roha,* recentiores scriptores *Orfa* dicunt. Cf. d'Herbelot, III. p. 128. Cellar. II. p. 614. §. 25. Le Quien, Or. Christ. II. p. 954. sqq. Wesseling. ad It. Ant. p. 185. et Hierocl. l. c. Mannert. V. 2. p. 274. sqq. et mapp. geogr. ad Iaubert. l. c. item Hasselii „Erdbeschr. des Osman. Asiens. Weimar. 1821. 8°." p. 313. sq. Vid. cap. XXXIII. §. I. A, †. 6. B, †. 5. ad vv. *Oraba* et *Horobam* et Malalae loc. not. 21.

27) *Histaria* a[11].

28) *Hirenopolitana* a[1,4,7], *Hirnopolitana* a[11,15], *Hieropolitana* cc. Ptol. V. 8. „*Irenopolis* Lacanitidis." Theodoret. Hist. eccl. I. 7. „*Κιλικίας τῆς δευτέρας ἡ Νερωνιὰς ἐςὶ πόλις, ἣν νῦν Εἰρηνούπολιν ὀνομάζομεν.*" Idem iisdem fere verbis alii etiam hist. eccl. scriptores tradunt, consentiuntque Acta conciliorum et Hierocl. p. 705. Cf. Wesseling. ad h. l. et Cellar. II. p. 204. sq. §. 51. Numus Irenopolitanus cum figura turribus ornatae mulieris rupibus insidentis, e quorum pede amnis emergit (cf. Wessel. l. c.), docet civitatem ad Taurum montem prope fluvii fontem conditam fuisse, quod non omnino cum D'Anvillii delineatione convenit; nam is locum tria fere miliaria geogr. a *Germanica* (cf. ad c. VIII. not. 6.) versus septemtrionem ad Carmalum fl., et quattuor fere miliaria geogr. infra Cocusum Armeniae II., quae prius Cappadociae fuerat, collocavit. Hodiernum nomen ignoratur.

29) I. e. Secundae sive Campestris (Cf. not. 28). Hoc adiectum est, ut ab Irenopoli Isauriae distinguatur, ne de aliis Pacis civitatibus dicam.

30) *quatuor* mss. omnes, editi autem omnes *III.* habent; et hoc quidem recte haberent, nisi unius fabricae Ponticae dioeceseos nomen excidisset (nam Nicomediensem scutariam et armorum fabricam pro duabus numerare consuetudo libri vetat), quod factum esse condicio codicum mss. facit, ut facile credam, quamvis in contextu indicare dubitavi: iam, omisso isto verbo *TRES*, post versum B, b, 3 ita positum esse velim:

[4] [. . . . . [so].]
Forte fortuna ex aliquo veteri quartam Ponticae fabricam memorante loco hic versus posthac implebitur. Contra aliquis dixerit facilius fieri potuisse, ut rubro scriptus numerus evanidus factus, quod facillime evenit, librarium incertum reliquisset, utrum III an IIII scribere deberet, atque ita, electo maiori numero, cum minor scribendus fuisset, sequentes versus male dispositos esse. apertus enim in sequentibus error indo enatus est, quod post promissam quattuor Ponticae fabricarum recensionem tres tantum nominatae sunt. nam ita mss. habent:

Ponticae quatuor
Clibanaria caesarea cappadociae
Scutaria et armorum nicomediae
Clibanaria nicomediae
Scutaria et armorum sardis lydiae
Asianae una
Scutaria et armorum hadrianopoli haemimonti
Thraciarum duae
Scutaria et armorum marcianopoli
Illyrici quatuor et c.

Apparet lapsos esse librarios Sardianam Ponticae dioeceseos, non Asianae, Hadrianopolitanam non Thraciarum, sed Asianae fabricis adscribentes. Rubricae *Asianae una* et *Thraciarum duae* unum versum altius ponendae erant, ceteris versibus suo loco relictis. Corruptissime locum aacc exhibent; eum h. l. ex a[1] repeto:

pontlcae, iii. |
Clibanaria Cæsareæ Cap-|padociae. |
Scutaria & armorum Ni-|comediæ. |
Scutaria & armorum Sar-|dis Lydiæ. |
asianae ii. |
Scutaria & armorum Ha-|drianopolis, itemq; Haemi| montis (Adrianopolis. | *Scutaria et armorum Haemi montis. cc.).*

THRACIARVM I. |

Scutaria & armorū Mar,|tianopoli. |

ILLYRICI IIII. |

In 𝔟𝔠𝔢𝔣𝔣 locus ita expressus est, ut *Ponticae tres* fabricae et promittantur tantum et recenseantur.

31) *Caesarea* 𝔄𝔈, *caesaria* 𝔈. Haec Cappadociae Primae metropolis, ad Argaeum montem (hod. *Erdschisch* s. *Erdjisch*), non procul a Mela (hod. *Koramas*) fl. sita, Graece etiam *Εὐσέβεια* dicta, ante Tiberii Augustive tempora *Mazaca* (*Μάζακον* Xenoph. Ephes. lib. III.) dicebatur. Hodie vetus fere nomen retinet, *Kaisarieh* s. *Kesaria*. Vid. vett. locc. ap. Cellar. II. p. 293. §. 113. Wesseling. ad It. Ant. p. 179. ad Hierocl. p. 698. Mannert. VI. 2. p. 255. sqq. Cf. mapp. geogr. ad Leakii „Journal of a tour in Asia Minor."

32) *Cappadotiae* 𝔈. Complures Caesareas, unam etiam in Bithynia exstitisse notum est.

33) *Nicomedia*, *ὁ τῆς ἑτέρας ἠπείρου ὀφθαλμός*, *ὁ τῆς οἰκουμένης βόστρυχος*, *ἡ περικαλλής*, Bithyniae metropolis. *Astaci* nomen antea habuisse non satis accurate post Pausaniam et Trebell. Pollionem Ammianus Marc. XX. 8, 5. rettulit. Cf. veterum locos apud Cellar. II. p. 243. sq. §. 7. Wesseling. ad Itiner. Anton. p. 140. Hierocl. p. 691. Mannert. VI. 3. p. 581. sqq. Hodie *Iznimid* sive *Izmid* nomen habet. Cf. mapp. geogr. ad Leakii Journal etc. Turcas *Nichor* appellare annotavit Pancirolus.

34) Hunc versum omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠. Cf. not. 30.

35) ˙*Asiane* 𝔈, *Asiana* 𝔈𝔟𝔠𝔢𝔣𝔣. perperam: *dioeceseos* subintellegitur. De 𝔞𝔞𝔠𝔠 cf. not. 30.

36) *I.* 𝔟𝔠𝔢𝔣𝔣, *II.* 𝔞𝔞𝔠𝔠. Cf. not. 30.

37) *Scutarie* 𝔈, *Scutariae* 𝔇.

38) Antiquissimum hoc *τῶν Λυδῶν ἄστυ* (Herodot.), Lydiae metropolis (Hierocl. p. 669.), *Σάρδεις* et *Σάρδις* dicebatur. Sub Tmolo (*Kisilja Musa*) sita fuit, ex quo Pactolus fluvius *εὔχρυσος* celeberrimus urbem interluens decurrit, paulo post Hermo sive Phrygio (hodie *Kodus* sive *Gedis*) fl. se

infundens. Cf. Cellar. II. p. 109. sq. §. 4. Wesseling. ad It. Ant. p. 336. et Hierocl. l. c. Mannert. VI. 3. p. 357. sqq. De ruinis urbis, cui hodie etiam *Sart* nomen servatum est, vide Leakium p. 265. 342 ... 46.

39) *Lidyae* a[1].

40) *Thratiarum* Dℭ.

41) *due* ℭ, *duo* ℭ, *II.* deff, *I.* aacc. Cf. not. 30.

42) *Hadrianopolis*, *itemque* aa, *Adrianopolis* cc. Cf. not. 30. Amm. Marc. XIV. 11, 15. „Hadrianopolis, urbs Haemimontana, *Uscudama* antehac appellata.“ cf. Id. XXVII. 4, 12. Eutrop. VI. 10. „. . in Haemo monte . . . oppidum Uscudamam, quod Bessi habitabant . .“ Ammian. XXXI. 6, 2. „. . cum Fabricensibus, quorum illic [Hadrianopoli] ampla est multitudo . .“ Haemimonti olim provinciae (cf. Hierocl. p. 635.), hodie Rumiliae metropolis est Hadrianopolis, vetus nomen retinens, quod Turcae *Edrene* dicunt. Nomen *Orestea* s. *Oresta* urbs habuisse refertur ap. Lamprid. Heliogab. c. 7., ante quam Hadrianus suo nomine vindicari iussit, Byzantinique scriptores *Orestiadis* nomine frequentissime usi sunt. Etiam Romanos imperatores ibi quandoque constitisse, ut de Soldanis Turcicis notum est, constitutiones impp. docent. Cf. Gothofr. Topogr. Th. C. h. v. In sinistra Hebri *(Maritza)* fl. ripa sita est. Zosim. II. 22. Vid. Wesseling. ad It. Ant. p. 137. 175. Mannert. VII. p. 261. sqq.

43) *haemin̄oti* 𝔅, *hemin̄oti* ℭ, *Haemimontis* aacc. Cf. supra not. 30.

44) *Martianopoli* aacc. Cf. not. 30. Amm. Marc. XXVII. 4, 12. „Mysia *[i. e. Moesia Inferior]*, ubi Marcianopolis est, a sorore Traiani principis ita cognominata.“ Zosim. I. 42. „Μαρκιανοῦ πόλιν, ἡ Μυσίας ἐςίν.“ Id. IV. 10. „Μαρκιανουπόλεως, ἡ μεγίςη τῶν ἐν Θράκῃ πόλεων ἐςί.“ Tab. Peut. VII. C. Itiner. Ant. p. 229. Hierocl. p. 636. *Μαρκιανούπολις*, metropolis Moesiae Secundae. Cf. Treb. Poll. in Claud. c. 9. *Πρισθλάβαν*, *Preslaw* Bulgari vocarunt. Ann. Comn. Alexiad. VII. p. 194. *Eski Stambul* Turcae, *Marcenopoli* Graeci hodie

nominant. Oppidum fere duo miliaria geographica et semis a notissima urbe *Schumla* distat, ad Africum.

45) *Illyrice* ℭ. Cf. not. 35.

46) *IIII.* (sive *IV.*) edititi.

47) *Thessalonicenses* 𝔄ℭ𝔇, *Thessalonienses* 𝔈. *Μήτηρ πάσης Μακεδονίης* Antipatro haec urbs dicta est, eamque Lucian. Asin. *μεγίςην τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλιν* nominat. Theodoret. Hist. eccl. V. 17. „*Θεσσαλονίκη πόλις ἐςὶ μεγίςη καὶ πολυάνθρωπος, εἰς μὲν τὸ Μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχαΐας καὶ μέντοι καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῶν Ἰλλυρίων τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει.*" Plin H. N. IV. 10, 17. Thessalonica liberae condicionis. *Θεσσαλονίκεια* Straboni (VII. 7. sq.) dicitur, *Θεσσαλονίκη* Ptolemaeo, aliis. Cf. Wesseling. ad It. Ant. p. 320. Hierocl. p. 638. Haec Macedoniae (Primae) metropolis, ad sinum Thermaicum sita, *Therma* olim dicta, Thessalonica deinde, hodie etiam vetus fere nomen, *Salonichi* s. *Salonik*, et magnitudinem retinet. Cf. Gothofr. Topogr. Th. C. h. v. Cellar. I. p. 839. sq. §. 51. Mannert. VII. p. 471. sqq. „Hic erat armorum fabrica" Pancirolus annotavit; designationem fabricae, ut in duobus sqq. versibus excidisse crediderim, neque apud alios scriptores quaenam fabrica Thessalonicae fuerit, me legere memini. De portu sinuque Thessalonicensi scripsit Th. L. F. Tafelius in Mus. Rhenan. Welckeri Naekiique vol. V. p. 157. sqq. (Bonn. 1837. 8°.)

48) *Naissatenses* 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈, *Naissacensis* cc. *Naissum* sive *Naissus*, sive per simplicem s *Naisus*, *Naisum*, *Naessus* s. *Naesus*, *Nesum*, *Nisum*, *Nesium*. Cf. tab. synopt. ad cap. XXXVIII. Constantini M. patria, Daciae Mediterraneae notissimum oppidum, vetus nomen servavit; est enim amplum Serviae oppidum *Nissa* sive *Nisch* ad Nissawa fl. in Bulgariae confinibus, pertinetque ad sandschakatum Sofiae, i. e. Sardicae veteris. Hassel. Osmann. Europ. p. 647. Cf. Gothofr. Topogr. Th. C. v. *Naissum.* Cellar. I. p. 463. §. 53. Wesseling. ad It. Hieros. p. 566. Hierocl. p. 654. Le Quien, Or. Christ. II. p. 313. Mannert. VII. p. 93. sq.

49) *Ratiarenses* 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈, *Retiatenses* a[1,4,7], *Rhetiacensis* cc, *Retiacensis* a[11,15], *Ratiarensis* ceteri. *Ratiaria*, Daciae Ripensis metropolis (Hierocl. p. 655.) Ῥαιτιαρία Μυσῶν Ptol. III. 9. *Ratiaria* It. Ant. p. 219. *Ratiaris* Tab. Peut. VII. A. et infra cap. XXXIX. §. I. C, ✝. 8. Cf. tab. synopt. ad cap. XXXVIII. Ῥατιαρίαν Prisci Excerptt. de legatt. 1. (ed. Bonn. p. 141.) μεγίςην καὶ πολυάνθρωπον nominant, et ab Hunnis sub Attila a. 442. expugnatam esse ennarraut. item Ῥατιαρία ap. Procop. de Aedif. IV. 6. dicitur, qui eius urbis ruinas a Iustiniano imp. omnes reparatas esse refert. Ῥαζαρία est ap. Hierocl. p. 655. Ῥατηρίαν habet Theophylact. I. 8., et *Retiariae* in subscriptionibus L. 8. C. comm. de succ. VI. 59. L. 21. C. de pignorib. VIII. 14., *Retriae* in subscr. L. fin. C. inter alios acta VII. 60. legitur. Est hod. Bulgaricum oppidum sandschakatus Widdinensis *Arcer Palanka* s. *Argulgrad* ad *Arcer* s. *Arzer* fluvii Danubio se miscentis dextram ripam. (Hassel. l. c. p. 645.) Cf. Cellar. I. p. 461. §. 48. Wesseling. ad Itinn. ll. cc. D'Anvill. Diss. de Tauruno et Singiduno (in Mém. de l'acad. des inscrr. tom. XXVIII. p. 442.), Mannert. VII. p. 84. sq.

50) *Horreomargenses* 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈, *Hercomagensis* aacc. *Horrea* (al. *Orrea*) inter Moesiae Superioris a Danubio remota oppida habet Ptol. III. 9. *Horrea Margi* Tab. Peut. VI. C. remota LVI. M. P. a Viminacio (cf. cap. XXXVIII. §. I. A, ✝. 5.), LVII M. P. a Naisso (cf. not. 48.) collocat. *Horreum Margi* LXI M. P. a Viminacio, LVII M. P. a Naisso distitit sec. It. Ant. p. 134. „*Mansio Oromago . Finis Mysiae et Daciae*“ It. Hieros. p. 565. et Ὀρθέμαρχος Hierocl. p. 657. inter Moesiae (Primae) urbes enumerat. Cf. tab. synopt. ad cap. XXXVIII. A Margo fl., qui *Morawa* hodie nomen habet, *Horrea* illa nomen habere apparet. Cf. Cellar. I. p. 463. §. 52. Wessel. ad Itinn. ll. cc. Sec. Mannert. VII. p. 92. hodiernum Servicum oppidum *Morawa Hisar* sive *Kjupria* locum veterum illorum Horreorum obtinet. —

„Alia“ Pancirolus annotavit „Valentiniano et Valente

imperantibus fabrica *Constantinopoli* fuit, cuius Notitia non meminit, quod forte hoc tempore esse desiisset. L. 1. Th. C. de fabricensibus X. 22."

51) *autem . . . Magistri* non habent aacc.

52) *offitiorum* 𝕮.

53) *agentium* 𝕭?cc.

54) *de Schola Agentum in rebus est ita* omiserunt aacc. *ista* pro *ita* habet 𝕮.

54a) Cf. LL. 20. sqq. Th. C. de Agentibus in rebus VI. 27. ad cap. XIX. not. 7. citt.

55) *Subadiura* cc.

56) *Subadiuvae* | *Adiutores II.* | *Fabricarum* et c. aacc, *Subadiuva* (,c6,7) (*Subadiuvae* 𝔡ff) *adiutores duo.* | *Fabricarum* et c. (𝔡)ceff. Nomen *Subadiuvae* rubro colore scribendum erat in 𝕬𝕭𝕮𝕯. Fortasse pro *Adiutores* legendum est *Adiutoris.* Cf. Not. Occ. cap. VIII. §. II. †. 2. *Auditores* perperam a11,15.

57) *III.* 𝕮, (3 a11.) aacc.

58) Ita h. l. omnes, non *Barbaricariorum.* Hoc quidem rectius se habet, sed *ca* syllaba etiam in aliis locis omittitur, atque in Novell. Theodos. II. lib. I. tit. 21. Nov. XXIX. §. 2. (ed. Berol. p. 1261. ed. Ritter. p. 74.) legimus *scrinium barbarorum.* Forma *barbarii* pro *barbaricariis* olim usos esse vix dubito. De aliis scripturis vid. Not. Occ. cap. X. §. I. II. Donatus ad Virg. Aen. XI. †. 777. „Pictas acu tunicas et barbara tegmina crurum" haec annotavit (ed. Basil. ap. Henr. Petr. 1551. fol. p. 905.) „Tegebantur autem crura eius barbarico opere tegminibus factis, et hoc nomen est: nam qui hanc [artem] exercent *Barbaricarii* dicuntur, exprimentes ex auro et coloratis filis hominum formas et diversorum animalium, et specierum imitatam [?imitantes] subtilitate veritatem." Ita Coripp. Iustin. Min. III. ††. 121. sq. „Ipse triumphorum per singula vasa suorum Barbarico historiam fieri mandaverat auro." Cf. Gothofr. ad L. 1. Th. C. de fabricensibus X. 22. aliasque LL. in Glossar. nomic. v. *Barbaricarii* citt., Du Cange

Glossar. v. *Barbaricum* et *Barbaricarii*, Brisson. v. *Barbaricarii* s. *Branbaricarii* et ap. Pitisc. in Lexic. Antiqq. Romm. v. *Barbaricarii* citt. scriptores, Dirksen. v. *Barbaricarius.*

59) *III.* **Caacc.**

60) *un⁹* **C** et ita in duobus sequentibus versibus, *I. aacc.*

61) *I. aacc.*

62) *Thratiarum* **CE.**

63) *Illirici unus* **D.** Hunc versum *Thraciarum* . . . . *unus* omiserunt *aacc.* Falso Pancirolus: „Alii quinque singuli in sua dioecesi, Orientis, Asianae, Ponticae, Thraciarum et Illyrici fabricas exercebant."

64) *I. aacc*, omittentes v. *praesentalis.* Pancirolus: „Hic degebat Constantinopoli et ideo *praesentalis* vocatur." De Curiosis cursus publici vid. Titt. de curiosis Th. C. VI. 29. Iust. Cod. XII. 23. Titt. de cursu publ. Th. C. VIII. 5. Iust. Cod. XII. 51. aliosque passim. Cassiod. l. c. „Veredorum . . opportunam velocitatem, quorum status semper in cursu est, diligentiae suae districtione custodit . ."

65) *prouintias* **D.** Cf. not. 64.

66) Pancirolus: „Alii ex Agentibus in rebus, variarum linguarum periti, diversarum gentium postulata interpretabantur et omnium idiomatum legatis respondebant." Cassiodor. Var. VI. 6. „. . Per eum [Mag. Off.] exteris gentibus ad laudem rei publicae nostrae [*al.* nostra] ordinatur humanitas, et nolentes redeunt quos merentes [?maerentes?] exceperit." Vid. Excerpta e Prisci hist. cap. 5. supra not. *a* recitata.

67) *offitiorum* **E.**

68) Verba *ipse emittit* legi non possunt in **C.** *Magister* . . . *emittit* antecedenti versui annexuerunt *aa*, ac si Magister Off. interpretes emisisset. De emittendis evectionibus h. l. sermonem esse ipse Pancirolus vidit. Cf. Argumenti explicationem, quam Notitiae praemisi pagg. XIV. sqq. et cap. II. not. 60. L. 40. Th. C. de cursu publ. VIII. 5. (= L. 9. Iust. C. eod. XII. 51.) Vid. etiam L. 8. pr. L. 9. §. 1. L. 22. i. f. Th. C. tit. cit.

CAPUT XI.

α) Hoc caput omiserunt *aacc.* De 𝔅 cf. quae ad cap. VIII. not. *α* relata sunt.

1) *questoris* ℭ, ut saepissime *e* pro *ae*, e. gr. etiam in sq. *dictande* pro *dictandae.* — De quaestura fere cum libro nostro convenit Claudian. de Fl. Mallii Theod. cons. ⅴ. 34. sqq.

„. . . . . . . terris edicta daturus,
Supplicibus responsa, venis; oracula regis
Etoquio crevere tuo: nec dignius umquam
Maiestas meminit sese Romana locutam.“

Etiam Cassiodorum audiamus, qui in illius formula (Variar. VI. 5.) ex principis persona haec profert: „*[Quaestor]* est in cogitationum nostrarum participatione susceptus . . . Quaesturam toto corde recipimus, quam nostrae linguae vocem esse censemus: haec nostris cogitationibus necessario familiariter applicatur, ut proprie dicere possit quod nos sentire cognoscit . arbitrium suae voluntatis deponit, et ita mentis nostrae velle suscipit, ut a nobis magis putetur exiisse quod loquitur . . . Siquid dubitamus, a Quaestore requirimus, qui est thesaurus famae publicae, armarium legum, paratus semper ad subitum . . . qui ore principis populos noscitur admonere ut recta diligant, perversa contemnant, bonos sine fine laudent, pessimos vehementer accusent . . . Talem denique oportet esse Quaestorem, qualem portare principis decet imaginem. . . . Adesse debet scientia iuris, cautela sermonis, ut nemo debeat reprehendere quod principem constiterit censuisse. opus erit praeterea firmitas animi, ut a iustitiae tramite nullis terroribus auferatur . . . Quaesturam tibi, gloriam litterarum, civilitatis templum, genitricem omnium dignitatum, continentiae domicilium, virtutum omnium sedem . . concedimus . . Ad te provinciae sua vota transmittunt, a te senatus iuris quaerit auxilium, a te docti probantur expetere quod noverunt; et necesse tibi est omnibus sufficere, quantos a nobis contigerit legum remedia postulare . . .“ Cf. Titt. de Quaestoribus Th.

C. VI. 9. Iust. Cod. XII. 6. De off. Quaestor. Th. C. I. 8. Iust. Cod. I. 30. Symmach. Epp. I. 17. „. . . Quaestor es, concilii regalis particeps, precum arbiter, legum conditor . . ." Coripp. in dedicat. Laud. Iustini Min. ✝✝. 26. sqq.

„Summe Magistrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Principis auspicio leges et iura gubernans,
Iustitiae vindex, inopum pater, omnia curans,
Iudiciis relevare piis, quia munera temnis,
Spernis avaritiam, fulvum quia respuis aurum,
Quaestor Anastasi . . ."

Iustinianus Novell. XLI. „more antiquo" inquit „duplex erat Quaestorum magistratus, et unus quidem circa latus principis erat, alter autem Quaestor exercitui praeerat . . ." Vid. etiam Novell. LXXX. de officio Quaestoris et Adiutorum eius.

2) Zeno L. 7. C. de diversis rescr. I. 23. „. . et vir magnificus Quaestor et viri spectabiles Magistri Scriniorum, qui . . . qualecumque divinum responsum dictaverint . . ." Cf. Iustinian. Nov. CXIV. c. 1. „. . . decernimus nullam divinam iussionem . . . a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri Quaestoris annotatio subiecta non fuerit, qua contineatur et inter quos et ad quem iudicem vel per quam fuerit directa personam . . ." Zosim. V. 32. „. . *Σάλβιος ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοιαίςορα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνςαντίνου δεδώκασι χρόνοι.*" Cf. Procop. hist. arc. capp. 14. 20. Multis locis Quaestores figurate *os principis* nuncupantur aliisque similibus nominibus designantur. Cf. not. 1.

3) De precibus imperatori oblatis s. libellis principi datis vid. Titt. de deversis rescriptis Th. C. I. 2. Iust. Cod. I. 23. et Iust. C. de precibus imperatori offerendis I. 19. et sqq.

4) *Officium* 𝕮. — De iure Quaestoris ex Scrinio Memoriae Minoris Lateroculi dignitates arbitratu suo emittendi vide ad cap. XVII. not. 4.

5) *feruis* 𝕬. Cf. ad cap. XVII. §. V. — Iustiniani Novellam XXXV., quippe egregie ad h. l. facientem hic repeti curavimus:

DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS.

Imp. Iustinianus A. Tribnniano Quaestori.

Inter viros devotos Memoriales tam sacri Nostri Scrinii Memoriae, quam Epistolares, nec non Libellenses et Adiutores viri excelsi pro tempore Quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, quum is Quaestor iam gubernatam sacri Scrinii Memoriae quam Epistolarum gubernabat censuram, Adiutoribus quidem asserentibus, in Scrinio quidem Memoriae XII esse antiquitus Adiutores, in aliis autem duobus Scriniis, id est sacrarum Epistolarum et sacrorum Libellorum, in unoquoque septenos numero, sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene Adiutores exstarent temporibus Ioannis viri magnifici Quaestoris, quum per prolixum tempus tale gessisset officium; et Proculum excelsae memoriae de confusione Adiutorum imperiali culmini suggessisse, et sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur antiquo, id est XXVI numero tantummodo Quaestoris Adiutores concludi, nec tamen licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen Adiutorum redigatur, omnibus superfluis paullatim deminutis; licentia primatibus tantummodo Adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in Scrinio quidem Memoriae tertium primum locum obtinenti et Laterculensis nomen ineunti, in aliis autem duobus Scriniis, id est Epistolarum et Libellorum, in secundum gradum venientibus et Melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam sibi haberent alium subrogare; posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse multos inveniri qui non possint propter varias difficultates, quae humanu generi positae sunt, per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoria electione, a pro tempore Quaestore eandem licentiam accipientem; et haec quidem esse subsecuta temporibus Proculi magnificae memoriae. Verum opus quaestionum transivit tunc altercationibus quorundam Memorialium, eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in suum locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur qui sacrae vocis Nostrae ministri esse noscantur, tribus tantummodo exceptis, quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam. Quum igitur in praesenti comperimus eos qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per Tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi Adiutoris officio, quamvis cordi Nobis est praedictum adiutorium Meum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos constitutis huiusmodi defraudari nullo modo iustum esse ex-

istimavimus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa et ad imperiale culmen relata est et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata, renovamus et licentiam damus omnibus XXVI Adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen et quos pro tempore Quaestor sacrosanctis evangeliis propositis elegerit et mandata eis in scriptis praestiterit, ut centenis solidis tantummodo datis habeaut licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire et Adiutoris officium peragere; his qui in tribus gradibus, id est in Scrinio quidem Memoriae Laterculensis, in aliis autem duobus Melloproximi ascenderint, etsi inter viginti et sex Adiutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca Adiutores inferre; ita tamen, ut tam Laterculensis quam Melloproximi licentiam habeant, quanti potuerint tanti loca sua vendere, cum iniquum est his, quibus nihil a nobis additum est, aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis suum officium in alios transferre. Itaque et venditionis ius habeant, et quanti potuerint pacisci tanti et vendant. aliis autem quibus ius venditionis praestitimus, non ultra C solidorum summam hoc facere liceat. Sive autem Laterculenses sive Melloproximi sive alii quibus ex hac lege concessum est, suum officium in alios transponere maluerint, is qui subrogatur talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, ne ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi Quaestoris administratio cadat. Sic enim dignas sua industria mercedes homines, quos iam enumeravimus, accipiant, et numerus Adiutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocunque modo loca eos taxari qui in legum confectione Tuae Sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodosium et Epicteum et Quirillum et Sabacium, et Perignin, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos ante alios omnes loca Adiutorum, qui sua sponte recedere maluerint, subeant, scilicet unusquisque ex V Memorialibus in Scrinium suum officium Adiutoris impleturus. Illo etiam observando, ut, etsi quis ex XXVI Adiutoribus ab hac luce subtractus fuerit, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint, huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius Adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo offerendis, pro tempore autem sublimissimo Quaestore electionem eius qui subrogatur secundum quod superius dictum est faciente. Praerogativam autem quam V Memorialibus specíali dedimus beneficio, ita eis donamus, si ille qui deficiat non habuit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum Adiutoris officium, et a pro tempore gloriosissimo Quaestore aptissimum esse secundum praedictam observationem indicatum; talem enim filium sperni et ad alium advenam

pervenire satis durum atque inhumanam est; aliis videlicet omnibus, si quae in praedictis constitutionibus continentur, in suo robore durantibus. Quae igitur Nostra sanxit Aeternitas, Sinceritas Tua Scriniis quorum interest manifestare festinet, qualenus sciant et quae a Nostra Maiestate disposita sunt, et quantum eis accessit ex Tua suggestione Nostraque liberalitate. Dat. V. Kal. Iun. Constant, Belisario V. C. Cons. [ann. p. Chr. 535.]

CAPUT XII.

a) Gibbo (cap. XVII. tom. III. p. 75. ed. Lond. 1818. 8°.) hoc caput atque sequens „very defective“ esse scripsit. Et certum est capita Notitiae Occ. X. XI. multo exactiora esse; sed lacunis in his capitibus XII. XIII. liber noster non laborat.

1) *Sub Comite sacr.* — Cf. Titt. de Off. Com. ss. largg. Th. C. I. 10. Iust. Cod. I. 32. De Palatinis ss. largg. et rer. privatar. Th. C. VI. 30. Iust. Cod. XII. 24. Novell. Valentiniani III. Tit. VII. 46...48. (ed. Berol. p. 1294. sqq. ed. Ritter. p. 96. sqq.). Lyd. II. 27. Cassiodor. Variar. VI. 7.

2) Litterae verbaque *is comitis . . . largitionum* in 𝕮 evanuerunt.

3) *Dioceses* 𝔅𝕮𝔇𝕮c²,³𝔡. Cf. Gothofr. ad L. 1. Th. C. de Consularib. VI. 19. Quum orientale imperium septem dioecesibus constiterit (cf. cap. II. §. I. A. cap. III. §. I. A.), non video cur Pancirolus, Dacia praetermissa, sex eiusmodi Comites Largitionum statuat. Cf. L. 12. Th. C. de off. Pf. P. I. 5. L. 8. Th. C. de off. Com. ss. largg. I. 10., ubi *Comites titulorum largitionalium* nominantur.

4) *Commertiorum* 𝔇a¹. Tres Commerciorum Comites fuisse aperte 𝔄𝔅𝕮𝔇 scriptura testatur. Pancirolus autem quattuor fuisse in commentario scripsit, Moesiae proprium tribuens. In a¹ ita est:

Comites commertiorum
per Orientem.

per Aegyptum.
per Marsiam.
per Scythiam.
per Pontum.
per Illyricum.

Eamdem fere scripturam ceteri *aa* et *cc* habent, nisi quod secundum a[14,15] sex fuisse dicendum esset. Recte hic locus se habet in *Nesff.* — Cf. titt. C. de commerciis IV. 63. Quae res venire non possunt IV. 40. Quae res exportari non debeant IV. 41. Cassiodor. l. c. „Curas quoque littorum adventicia lucri provisione committis. Negotiatores, quos humanae vitae constat necessarios, huic potestati [Comitis ss. largg.] manifestum est esse subiectos: nam quicquid in vestibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere pretiosum, tuis ordinationibus obsecundat, et ad iudicium tuum confluunt qui de extremis mundi partibus advenere. Salis quoque commercium, inter vestes sericas et pretiosissimam margaritam, non inepte tibi deputavit antiquitas.“ Vid. etiam Gothofr. ad L. 3. Th. C. de litorum et itinerum custodia VI. 16. Burmann. Vectigalia populi Rom. p. 117.

5) Male Burmannus huc traxit inscr. ap. Gruter. 433, 4., de qua supra ad cap. II. not. 10. verba fecimus, quippe in qua non de Comite Commerciorum Orientis, Aegypti et Mesopotamiae, sed de Comite ordinis primi, ut aperta lapidis verba sunt, agitur. Cf. not. 4.

6) *Praefecti* ACNesff, *pp̄.* BCD, *Praepositus aacc.* Not. Occ. cap. X. §. 1. C, duodecim *Praepositos Thesaurorum* enumerat. Malim h. l. *Praepositi*, sed ita resolvere notas *pp̄* non ausus sum. Cf. Gothofr. not. 3. cit. „*Thesaurorum* appellatio non significat speciatim locum, in quo vestis sacra et privata principis recondebatur, verum generaliter Thesauros principis, in quibus quicquid tandem quod ad sacras largitiones pertinebat referebatur.“ Id. ad L. 13. Th. C. de murilegulis X. 20.

7) Cf. L. 3. Th. C. de metallis X. 19. (= L. 1. Iust.

C. de metallariis XI. 6.) ad Comitem quemdam Metallorum emissa et Gothofr. ad hanc L. et in paratitl. ad tit. cit. *Procuratores Metallorum intra Macedoniam, Daciam Mediterraneam, Moesiam seu Dardaniam* memorantur L. 4. Iust. C. tit. cit.

8) *rationales* 𝕮, *et* ante *Rationalis* omiserunt *aacc.*

9) Gothofr. ad L. 3. Th. C. de distractione pign. XI. 9. „*Summa rei* [i. q. *Summae*] est summa pecuniae καθόλου λόγος, ratiocinium omnium pecuniarum.“ Cf. id. ad L. 7. Th. C. de iuro fisci X. 1.

10) *egypti* 𝕮, *Aegipti* 𝕯. — Cf. Rudorffii dissert. de Edicto Tiberii Alexandri, in ephemeridibus „Rhein. Museum für Philologie“ tom. II. p. 141. sqq.

11) *Magister* cc.

12) Hunc et seq. versum bis habet c⁷. Cf. not. 14. Cassiodor. l. c. „Vestis quoque sacra tibi [Comiti SS. LL.] antiquitus noscitur fuisse commissa, ut quicquid ad splendorem regum pertinet, tuis non minus ordinationibus obediret.“ Pro *lineae* „*lintearіae*“ est in L. 14. C. de murilegulis XI. 7. Cf. L. 23. §. 1. D. de auro, argento legato XXXIV. 2. Vid. Gothofr. ad L. 18. Th. C. de agentibus in rebus VI. 26. et ad L. 2. Th. C. de iuro fisci X. 1.

13) *Magistros privatae rei* L. 2. cit. et alibi memoratos Gothofredus ab his nostris diversos atque hos quidem *Vestis* Magistros fuisse interpretatus est. Etiam Pancirolus similiter sensit. Recte, opinor. cf. LL. 2. 14. C. de murilegulis et gynaeciariis *et c.* XI. 7.

14) *gyneceorum* 𝕭, *gynecio*ꝝ 𝕮, *Gynecœorum* a⁴, *Gynaeciorum* a⁴,⁷,¹¹,¹⁵ c¹,²,³,⁴,⁶ totum versum omisit c⁷,⁷ cf. not. 12. Vid. Not. Occ. cap. X. §. I. E. — Lege titt. de murilegulis et gynaeciariis (et procuratoribus gynaecii) et (de) monetariis et bastagariis Th. C. X. 20. Iust. Cod. XI. 7. Isidor. Origg. XV. 6, 3. „*Gynaeceum* [Γυναικεῖον] Graece dictum eo quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniat.“ Cf. Gothofr. paratitl. ad Th. C. tit. cit. N. 2.

15) *Procurator* cc.

16) *Baphiorum* 𝔈𝔡𝔡𝔣𝔣, *Baphiarum* aacc, *Bafiorum* 𝔄𝔅ℭ𝔇, et in Notitia etiam Occ. scriptura per *f* magis quam per *ph* adhibita est. *Baphīa* (*βαφεῖα* a *βάπτειν* dicta) loca sive officinas purpurae fucandae vel tingendae fuisse notum est.

17) Cf. tilt. not. 14. citt. Cassiodor. l. c. „. . liberalitatem nostram alio decoras obsequio, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur; monetamque facis de nostris temporibus futura saecula commonere.“ *Monetam*, ut nos „die Münze“ dicebant numum et locum sive officinam ei cudendo.

18) Ita (*Prepositi* ℭ) distincte mss. et editi. Cf. not. 6.

19) *Bastigarum* 𝔈. *Bastaga* (*vastaga* L. 11. Th. C. de cohortalib. VIII. 4.), a *βαστάζειν*, portare, dicta est. Hesych. v. *Βαςαγή*, *βάρος*. Henr. Steph. annot. „Fort. pro onere quod baiulatur.“ Cf. Reines. Inscrr. I. 10. (Geruli, Geruli decuriales, corpus Gerulanorum huc non pertinent.) *Bastaga* est onus transvehendarum rerum fiscalium atque publicarum seu privatarum principis. Cf. titt. not. 14. citt. et Du Cange h. v. Gothofr. in paratitl. ad Th. C. X. 20. N. 4. et in Comm. ad LL. 4. 11. eod. *Pastacas:* Nov. Theod. II. lib. I. tit. 3. c. 3. §. 1.

20) *linifiorum* 𝔄𝔇, *Linificiorum* 𝔈𝔡iti, *linyfiorum* 𝔅ℭ, recte; nam *Linyphīum* s. *linyfīum* (*λινουφεῖον*, *λινυφεῖον*, *λινουφίον*, *λινυφίον* a verbis *λίνον ὑφαίνειν*, linum texere) veteres lini textrinas dicebant; *i* pro *y* corrupte, sed saepe scripta invenitur; etiam perverso ordine *lyniph.* librarii illis litteris usi sunt, quod Turnebus Adversarior. XXX. 20. non vidit. Cf. Salmas. ad Vopisc. Saturnin. c. 8. v. *linyphiones*, Du Cange v. *Linifiones*, Gothofr. ad L. 8. Th. C. tit. cit.

21) *Offitium* 𝔈. De dignitatibus et annonis, quae scriniis omnibus largitionum comitatensium decretae sunt, vide L. 7. Th. C. de palatinis ss. largg. VI. 30. (quae aucta est in L. 7. Iust. C. eod. XII. 24.) et Gothofr. ad h. l.

22) *Officium suprascripti Ill.* (*Illy.* a[2], *illustris* a[4,7,11,15]) *Comites habet* aa. *Officium suprascripti Co. Illyr.* [ita v. *illustris* corrupta est] *habet* cc. Cf. ad cap. seq. not. 9.

23) Cf. Gothofr. ad LL. 3. 7. 14. 19. Th. C. tit. cit.

24) *Primicerii* 𝔅.

25) *Canon* est sollennis praestatio seu illatio aut pensitatio vel ordinarium tributum; a singulis provinciis quotannis in areas ss. largitionum sive rerum privatarum inferendus fuit. In hoc itaque Scrinio eoque quod cap. seq. §. II. ✝. 3. recensetur ratiocinia earum praestationum tractabantur. Cf. tit. Iust. Cod. de canone largitionalium titulorum X. 23. cum interpp. et Gothofr. ad L. 2. Th. C. de Palatinis ss. largitionum VI. 30.

26) *Tabularum* 𝔇, *Tabellariorum* L. 7. Iust. Cod. cit. Cf. Not. Occ. cap. X. §. II. ✝. 3. Hi *Tabularii* non confundendi sunt, ut Pancirolus fecit, cum Tabulariis publicis s. civitatum et provinciarum (cf. Gothofr. ad L. 1. Th. C. de Tabulariis VIII. 2.). Hi nostri fisco obnoxii publicas rationes chartasque ss. largitionum tractabant. cf. Gothofr. paratitl. ad tit. Th. C. de Numerariis VIII. 1. (Iust. Cod. eod. XII. 50.)

27) *Numerariorum* editi; sed mss. omnes et utraque L. 7. cit., *numerorum* habent. Cf. Not. Occ. cap. X. §. II. ✝. 4. L. 12. Th. C. tit. cit. (= L. 4. Iust. C. eod. Cf. L. 30. Th. C. de susceptorib. XII. 6.) „In provinciis singulis duo Tabularii (*Iust. C.*: duo Numerarii, qui et Tabularii — cf. L. 2. eod.) collocentur, quo ad unum fiscalis areae ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur . . .“ Cf. titt. citt. passim. — Ante Scrinium aureae massae L. 7. C. cit. *Scrinii Mittendariorum* mentionem facit.

28) *Primicerium* omiserunt *aa*, *Primic.* habent *cc*.

29) Largitionibus principis non solidi auri cusi, sed auri materia, i. e. aurea massa sive aurum obryziacum inferri debebant, ne adulterinis numis fraus illis fieret. Cf. Gothofr. ad L. un. Th. C. de oblatione votor. VII. 24. L. 4. Th. C. de metallis X. 19. LL. 12. 13. Th. C. de Susceptoribus XII. 6. L. 3. Th. C. de Ponderatoribus et auri illatione XII. 7.

30) *auriae* 𝔄𝔅, *aurie* 𝔇. Et Pancirolus annotavit „Exemplum Maffaeorum habet *aureae*. subaudiendum esset *massae*.“

31) De hoc Scrinio certi quod dicam non habeo. Pan-

cirolus *aurum ad responsum* dici putavit, quod destinatum est ad perferenda in provincias per veredos mandata principis; posse autem etiam id aurum intellegi, quod ad responsum pro annonis dabatur, i. e. Responsalibus qui a Praefectis Militum ad exercitus mittebantur, ut eorum iniurias audirent et Magistrorum iussa exequerentur. Veri haec mihi minime similia videntur esse; potius crediderim h. l. de auro quod per legatos civitatum nec non populorum solebat principibus offerri (cf. LL. 15. 16. Th. C. de legatis XII. 12. et Gothofr. ad hh. LL.), fortasse etiam de aliis auri coronarii (Th. C. XII. 13. Iust. C. X. 74.) speciebus sermonem esse.

32) Suid. h. v. *„Βεστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής.“* ita apud Plin. XV. 8, 8. *vestiarium* pro loco vestibus asservandis destinato sumitur. Cf. Titt. de vestibus holoveris Th. C. X. 21. Iust. Cod. XI. 8. et L. 7. C. de Palatinis ss. largg. XII. 24. Vestium curam rationesque hoc Scrinium sub se habuisse palam est, et generaliter omnium vestium, ut Pancirolus affirmat, etiam earum quae pro militibus et aulicis et aliis parabantur. Cf. L. 4. Th. C. de militari veste VII. 4. (= L. 3. Iust. C. eod. XII. 40.)

33) I. e. argenti facti sive supellectilis argenteae, atque infecti sive massae argenteae. *Scrinium ab argento* vocatur L. 7. C. cit.

34) *amiliarensis* sive *anuliarensis* ABCDE, *anularis* aacc, *Annularensis* deff. *A miliarensibus* recte Not. Occ. c. X. §. II. †. 9. et L. 7. C. cit. habent. Ineptae illae scripturae, quibus non uti Gothofredus debebat, inde enatae esse videntur, quod olim *amiliarensib.* sive *amiliar.* scriptum fuit. Itaque nihil ad h. l. anuli faciunt, quorum magnam copiam principes habuisse Pancirolus opinatus est (scilicet huic homini nihil satis absurdum visum est, ut pro explicatione lectoribus obtrudi non posset); sed a miliarensibus (ita dictis quia mille libram auri valebant), nummorum genere qui militibus erogabantur, nomen hoc Scrinium habuit, ut post illam opinionem etiam Pancirolus annotavit. Iustinian. Novell. CV.

c. 1. §. 3. inter minores numos *μιλιαρισίους* consulibus in vulgus spargere permittit. Epiphan. ap. Cuiac. ad L. 7. C. cit. τὸ ἄργυρον τοῦτο, inquit, ἐςὶν ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρίσιον καλοῦσιν, ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα. Veteres Gloss. verbor. iur. ed. Labb. „Μιλιαρίσιον, στρατιωτικὸν δῶρον ἐμφανῶς. Μιλιαρίσιον, τὸ χιλιοςὸν τῆς τοῦ χρόνου [lege χρυσίου] λίτρας. μίλε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χίλια καλοῦσι, καὶ οὕτω κατεκέρματωσε τὸ πόσον τῆς λίτρας, ἵνα δι' αὐτοῦ σώζηται τὰ χίλια μιλιαρήσια, ὥςε κατὰ νόμισμα λαγχάνει μιλιαρήσια ιδ." Anilem suam et iustam Dardanii explicationem dedit Io. Laur. Lyd. de mensib. IV. 9. (ed. Bekker. p. 56.) „. . . ἐπὶ δὲ τῶν ἀγυιῶν τὰ παρ' αὐτοῖς καλούμενα μιλιαρίσια τῷ πλήθει ἐπεδίδοσαν εἰς τιμὴν Σκιπίωνος· πρῶτος γὰρ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἑκατοςῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος δι' ἔνδειαν χρυσίου τοῖς στρατιώταις τὰ μιλιαρίσια κατασκευάσας ἐπιδέδωκεν, Ἀννίβου τοῖς πράγμασιν ἐπικειμένου. καὶ μιλιαρίσια ἀπὸ τῆς μιλιτίας [a militia!], οἱονεὶ τῆς στρατιᾶς, ὠνομάσθησαν. ὁ δὲ Δαρδάνιος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν χιλίων ὀβολῶν λέγει πάλαι γενέσθαι τὸ μιλιαρίσιον, καὶ ἀπὸ τῆς χιλιάδος τῶν ὀβολῶν οὕτως ὀνομασθῆναι." Suidas „Μιλιαρήσιον, τὸ τοῦ νομίσματος (i. e. solidi) δέκατον." Salmas. de usur. p. 493. „solidus aureus XII argenteis (miliarenses, μιλιαρήσια) aestimari dicebatur, argenteus XXIV aereis, qui folles nominabantur." Cf. I. F. Gronov. de sestertiis (ed. II. 4°.) p. 153. 343. et imprimis p. 367. sqq. 422. sqq. Hic ex L. 1. Th. C. de expensis ludor. XV. 9. demonstrat LX miliarenses argenti libram, V unciam effecisse, XII solido taxatos fuisse.

35) Huius Scrinii negotia satis ipso nomine designantur; sed quod in L. 7. C. cit. inter eiusdem Scrinii dignitates *Argentarii* et *Barbaricarii* recensentur, id fortasse errore librariorum factum est, qui nominum *Scrinii ab Argento* et *Scrinii a Pecuniis* locos inter se permutaverunt.

36) *et ceteros* omiserunt aa^cc.

37) *Secundicerium* cc.

38) *exceptor* (pro *exceptori*) C. Exceptores acta sive

gesta conficiebant. Cf. titt. de numerariis ... et Exceptoribus Th. C. VIII. 1. Iust. Cod. XII. 49. cum Gothofr. paratitl. num. 4. Cassiodor. XI. 25. de Primicerio Exceptorum. Vid. Savinii Gesch. des R. R. im M. A. tom. I. (ed. II.) p. 70. sqq.

39) Cf. not. 19.

40) *Quartocerius* Pancirolus legi voluit; nihil mutandum est.

41) *tractat* omiserunt ɛɛ.

42) *offitium* 𝔄, *officium* 𝔅.

43) *ipsius officii* aɛɛ, omisso verbo *suprascripti.*

44) *Comitis* ɛɛ. corrupte. cf. not. 46.

45) *quoties* 𝔈dɛɛff.

46) *Comes . . . exegerit.* omiserunt aaɛɛ; *suprascripti Comitis Largitionum, quoties usus exegerit.* habent ɛɛ, et ad ita corruptum locum Pancirolus annotavit „puto legendum *Quartocerius libellos tractat suprascripti officii Comitis* et c. Omnes tamen codices, ut credo depravati, legunt *Comes largitionum*, quae verba cum sequentibus codex Maffaeorum scripta tenet literis rubris: sed ineptus huius lectionis est sensus." Immo, ineptus est commentarius: vide quae in argumenti explicatione, quam ad frontem libri collocavi, disputata sunt.

CAPUT XIII.

α) Cf. not. *a* ad praecedens caput.

β) Pro *Comitis* ɛ^{2,3,4,6,7} habent *Magistri rerum.*

---

1) *Sub Comite rei privatae* aaɛɛ. Vid. titt. De officio Comitis rei privatae (rer. privatar.) Th. C. I. 11. Iust. Cod. I. 33. et sqq. titt. de off. Comitis s. pal. I (34.). De off. Com. s. patrimonii I. 34. et Titt. de Palatinis atque Io. Lyd. ad cap. XII. not. 1. citt. Cassiodor. Varr. I. 8. „Formula Comitivae Privatarum. Comitiva Privatarum, sicut nominis ipsius sentitur insonare vocabulum, per Rationalium curam quondam

principum privatam fertur gubernasse substantiam .... Tibi commissa sunt castitas viventium et securitas mortuorum. Habes quoque per provincias de perpetuario [cf. L. 1. Th. C. I. 11. L. 1. Iust. Cod. I. (34.), ubi *h. e. emphyteuticario* glossema additum est. Vid. Gothofr. paratitl. Th. C. de locatione fundor. iur. emphyt. X. 3. num. V.] iure tributorum non minimam quantitatem . canonicarios dirigis, possessores admones, et cum aliis iudicibus non modica iura partiris; caduca bona non sinis esse vacantia . ita quod usurpatio potuit invadere, tu fiscum nostrum facis iustis compendiis obtinere . proximos defunctorum nobis legaliter anteponis .... Depositivae quoque pecuniae, quae longa vetustate competentes dominos amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur aerariis .... Comitivae Privatarum te honore decoramus, quam leges Praefectis quoque parem esse decreverunt ..." Id. VI. 9. „Formula Comitiva Patrimonii .... Confabulationes . . nostrae erunt tibi instrumenta iustitiae ... patrimonium . . nostrum pro sublevandis privatorum fortunis tibi credidimus, non premendis ... Insolens libertatis genus est rusticorum, qui adeo sibi putant licere voluntaria, quoniam ad nostram dicuntur pertinere substantiam . esto igitur illis cum erecta potestate moderatus .... ad Comitivam patrimonii nostri te . . promovemus, ut inavarum iudicem palatia nostra testentur, quem nos iudicavimus esse promovendum ... Querimonias possessorum sine venali protractione discinge ... Possessiones nostrae, vel quia sunt immobiles, non egrediantur terminos constitutos, ne condicione contraria quod non potest moveri, malis moribus contingat extendi . Trade etiam militibus tuis . . animi castitatem ... nam etsi epulas nostras sollicita ordinatione disponas, non solum nostro palatio clarus, sed et gentibus necesse est reddaris eximius: legati paene ex tota orbis parte venientes cum nostris coeperint interesse conviviis, admirantur copiose repertum, quod in patria sua norunt esse rarissimum ...."

2) Hunc versum perperam, ut vel codices mss., in quibus haec duo verba non rubra sed nigra sunt, testantur, ad

rubricam traxerunt Brff. Cf. tit. Th. C. de domibus ad rem privatam pertinentibus X. 2. et supra cap. IX. §. I.

3) Cf. Gothofr. ad L. 5. Th. C. de iurisd. II. 1. et totos fere Th. et Iust. Codd. libros decimos. Vid. etiam L. 7. Th. C. de bonis proscriptorum IX. 42.

4) Cf. ad cap. XII. not. 19.

5) *Græcum* a[1]. De equorum gregibus (*βασιλικοῖς ἱπποφορβίοις*) intellege. Cf. titt. de grege dominico Th. C. X. 6. Iust. C. XI. 75. et L. 1. Th. C. de equis curulib. XV. 10. cum Gothofr. comm. Videsis etiam Burmanni Vectigalia pop. R. p. 47. sq. et quae de *κλήροις ἱππικοῖς*, praediis equestribus, quae feuda militaria fuisse interpretatur, habet Prideaux in Marmor. Oxoniensib. Oxon. 1676. fol. 46. Vid. etiam ad cap. VI. not. 9.

6) Cf. ad cap. VI. not. 9.

7) Vid. titt. Cod. de fundis rei privatae et saltibus divinae domus XI. 65. de fundis et saltibus rei dominicae. XI. 66. Cf. ibid. titt. 60. sqq. et Burmann. l. c. cap. IV.

8) *Offitium* €.

9) *Officium eiusdem Ill. (illust.* a[3,7], *illustr.* a[11], *Illustris.* a[15]) *aa*, *Officium eiusdem Illyr.* cc. Supra etiam nomen *illustris* ita corruptum est in cc. cf. ad cap. XII. not. 22. — Vid. Gothofr. ad L. 24. Th. C. de Palatinis ss. largg. VI. 30.

10) *Primicerius* a[1,3,7,11]cc.

11) I. q. *Primicerium Scrinii.* L. 24. Th. C. cit.

12) *Beneficiarii*, de quibus ad h. l. Pancirolus egit, multo autem melius Gothofr. ad L. 5. Th. C. de cohortalib. VIII. 4., huc non pertinent. Neque etiam passim de donis et muneribus ab Augusto Augustave in alios collatis (cf. c. gr. L. 3. post med. Cod. de quadr. praescr. VII. 37.), aut de principalibus rescriptis, aut de immunitatibus, quae omnia beneficiorum nomine venire constat, h. l. sermonem esse crediderim; sed quid intellegendum sit apertum fit ex titt. de collatione donatar. possession. Th. C. XI. 20. Iust. C. X. 28. Novell. Theod. II. lib. I. tit. 35. Nov. 34. (ed. Ritter. p. 81. ed. Berol. p. 1276. sqq.) et Iustiniani Edict. IV. cap. 1. Pro beneficiis enim principa-

libus sive donatis aut canone relevatis possessionibus urgente necessitate aerariique inopia nonnumquam auri argentive collatio sive praestationes functionesve indicebantur. Cf. praecipue LL. 4 ... 6. Th. C. tit. cit. et Gothofr. in Commentario.

13) Cf. ad cap. XII. not. 25.

14) Apochas solutarum praestationum, quae rei privatae principis debitae fuerant, tractabat hoc Scrinium eiusque Primicerius. Cassiodor. Varr. XI. 7. „testimonium solutionis *securitas* dicitur . . " Cf. Iust. C. de apochis publicis X. 22. L. 4. „Securitatibus quae publicarum functionum gratia sive in solidum sive ex parte solutae esse conscribuntur . . " L. 1. eod. „. . ita debet . . consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa et summa comprehendantur . ." Vid. etiam Gothofr. ad LL. 173. 185. sq. Th. C. de decurionibus XII. 1.

15) *Primiscrinium* 𝔈aacc.

16) *Privatarum* omiserunt aacc. Cf. titt. de Palatinis sacrarum largitionum, passim.

17) *et ceteros* omiserunt aacc.

18) *suprascriptorum scriniorum* omiserunt aacc.

19) *Secundiceriū* cc.

20) *totius* omiserunt aacc.

21) *cartas* 𝔈.

22) *qui tractat chartas ipsius Officii* omisit 𝔈, *ipsius Officii* omiserunt aacc.

23) *officii* adiecerunt aacc. Cf. not. 22. — Inter hos Palatinos fuerunt etiam Scriniarii Scrinii Exceptorum, cuius mentio facta est in LL. 5. Th. et Iust. Codd. de Palatinis sacrarum largitionum.

24) *quoties* 𝔄𝔈.

25) Hunc de evectionibus cursuque publico utendi licentia locum omiserunt editi, nisi quod cc addiderunt: *Vetus codex addit, Quoties usus exegerit, ut supra in Comite largitionum in fine.* Cf. ad cap. XII. not. 46.

CAPUT XIV.

α) *domes* €.

β) *et eorum insignia* addunt cc.

Ad tabulam (pag. 45.):

a) *Domeſtici equitum (aequitum* €*)* omnes; sed € neque picturam neque ex ea inscriptionem habet. *Domestici Equites* olim scriptum fuisse credo; vix enim et ne vix quidem genitivus casus h. l. defendi potest.

b) *Domeſtici peditum* omnes, pro *Domeſtici Pedites*. Cf. not. a.

---

1) Vereor ne pro *illustrium* h. l. atque Not. Occ. cap. XII. in rubrica legendum sit *spectabilium*, ac ne Gothofredus in Not. Dignn. Th. C. Comites Domesticorum recte primo loco inter Spectabiles collocaverit, itaque erraverit, quum iisdem ad L. un. Th. C. qui a praebitione tiron. XI. 18. tertium inter Illustres locum assignaret. Gibbo etiam (cap. XVII.) inter Illustres recensuit Comites Domesticorum. Sed, inquies, ipsi Honorius Theodosiusque AA. (L. 1. Iust. C. de silentiariis XII. 16.) „inter viros illustres Comites Domesticorum" recensent. Falleris, Tribunianus ita locutus est, non illi principes, quorum constitutio (L. 1. Th. C. de decurionibus et silentiariis VI. 23.), quam Iustinianus codex deformatam corruptamque exhibet, nihil omnino de Comitum Domesticorum illustrissimatu significavit. Eo tempore, cui liber noster debetur, Comites Domesticorum, si honorarios illustrissimatus codicillos non habebant, Spectabilibus annumerari solitos fuisse indicio sunt non solum impp. constitutiones historiarumque scriptores (cf. Gothofr. Not. Dignn. cit. et paratitl. ad Th. C. de Domesticis VI. 24. Gregor. Nazianz. „τιμιώτατον τῶν οἰκείων Κόμιτα"); sed etiam, quod magni facio argumentum, insignium imaginibus superscripta rubrica: nam solis Illustrium insignibus in libro nostro inscriptum reperitur *Insignia viri* rell., Spectabilium autem Clarissimorumque insignibus nihil

nisi magistratus nomen inscriptum est, atque ita h. l. non hanc rubricam *Insignia viri illustris Comitis* et c., sed simpliciter *Comes Domesticorum* et c. habemus. Librarius vero postquam duodecies in prioribus capitibus *Sub dispositione viri illustris* scripserat, facile eamdem scripturam in primo de Spectabilibus capite retinere potuit. eadem de causa etiam rubricam §. I. c. XVI. in omnibus mss. codd. hanc legimus *Sub dispositione viri illustris spectabilis Primicerii Notariorum*; scilicet ad nomen *illustris* scribendum iam nimis assuefactus fuerat librarius. Neque contra meam pugnat sententiam, quod imperatores nonnullis locis, e. gr. L. un. Th. C. qui a praebitione tiron. XI. 18., Comites Domesticorum statim post Praefectos Praetorio cum Magistris Militum ante alios illustres magistratus memorant: nam post eminentissimam praefecturam praetorianam militares superiores magistratus primum actualium, ut hoc verbo utar, deinde palatinorum militum, post aulici civilesve quidam recensentur. Ita eadem illa lex Praepositum etiam atque Primicerium s. cubiculi, Illustrem illum, hunc Spectabilem, iuxta ponit et post alios Spectabiles Magistrum Officiorum, Quaestorem aliosque Illustres memorat. Recte itaque Gothofr. ad L. un. Th. C. de PP. s. cub. VI. 8. Comites Domesticorum inter Illustres non enumeravit. Ipsa L. 38. Th. C. de decurionibus XII. 1. pariter atque antiqua inscriptio a Valesio ad Amm. Marc. XIV. 10, 8. (plenius apud Gruter. 273, 7.) transcripta Comiti illi *v. c.* (i. e. *viri clarissimi*) appellationem tribuit. (Cf. ad cap. 3^A^. not. a.) Favent etiam sententiae meae promotionum ordo et quod Comites Domesticorum quandoque vicariam Magistrorum militum potestatem egisse constat.

2) Pro *sive* habent *et domesticorum* deff; *sive peditum* in C vix legi potest.

3) Rubricam *Sub Comite domesticorum* habent aacc. — Cf. titt. de Domesticis et Protectoribus Th. C. VI. 34. (cum Gothofr. paratitl. et Comm.) Iust. Cod. XII. 17. Exc. e Malchi hist. p. 248. ed. Bonn. „. . τὴν τῶν λεγομένων δομεςίκων ἀρχὴν ἄρχοντος, μεγάλην τινὰ οὖσαν τῶν περὶ βασιλέα."

Cassiodor. Varr. VIII. 12. i. f. „ . . te Comitivae Domesticorum illustratum honore decoramus, ut merito maiora de nostris debeas sperare iudiciis, qui in te adhuc meliora credimus inveniri. Grande tibi negotium vides esse commissum. quicquid egeris, generalitas sentit . . " Ap. Eumd. I. 10. „Domestici patres [*Cuiac.* protectores] equitum et peditum, qui nostrae aulae videntur iugiter excubare . . " In praesenti sive in comitatu principum hos Comites constitisse per se palam est.

4) *et* omiserunt *aacc.*

5) Gothofr. ad L. 5. Th. C. h. t. „domestici vel principis obsequiis inhaerebant (in praesenti scil. s. praesentales), vel ad certa officia deputabantur, mittebantur, publicis iussionibus principis exequendis, veluti ad capiendos et exhibendos reos. itemque magistris militum quandoque adiungebantur, eorum mandata impleturi . . " Cf. ad cap. X. not. 11.

6) *eorum* omiserunt *decff.* nam

7) pro nostra, ab *aacc* omissa, §. II., quae ad cursum publicum evectionesque annuales, quarum numerus in mss. non legitur, aperte spectat, sine praemissa incisione „*Comitis Domesticorum equitum, et Comitis Domesticorum peditum.*" habent *decff*, nisi quod *ee* post v. *Deputati* „*(uetus codex habet Deputati eorum.)*" adiecerunt, et post verbum *Comitis* ad marginem (sed $e^{1,6,7}$ in ipsa scriptura) „*Comes*", et post alterum v. *Comitis* „*Comes vetustus codex*" habent. Minorem quam Vicarii habuerunt evectionum annualium Comitibus Domesticorum concessarum numerum fuisse putaverim; ille autem denarius vel duodenarius fuit.

CAPUT XIV[a].

a) Huius capitis nullum vestigium neque in mss. neque in editis libris, nisi de quo mox dicam, atque cap. I. ỷ. 11., superest. Sed Pancirolus (cap. XC. $e^{1...4}$. cap. XCI. $e^{6,7}$.) haec inseruit: „*Notitia . Sub dispositione viri spectabilis Primicerii*

sacri cubiculi", annotavitque „Explicato ordine Illustrium [sed cf. ad cap. XIV. not. 1.] ad Spectabiles his proximos est veniendum; inter quos primum locum Primicerio Cubiculi in indice [cap. I. cit.] Notitia tribuit, etsi codex impressus [d] contentus illum semel in dignitatum albo indicasse, amplius eius non meminerit. Manuscripti *in Occidente* [cf. Not. Occ. cap. XIII.] haec verba tantum habent *Sub dispositione viri spectabilis Primicerii sacri Cubiculi*, nec aliud scriptum apparet: postea Castrensis sequitur; unde illi obsequentes Palatini et forte aliqua insignia desiderantur." Non dubitandum est excidisse restituendumque fuisse caput de Primicerio s. cubiculi. immo, ne totum quidem excidit: nam verba, quae inscriptio insignium Castrensis habet, *Sub dispositione viri spectabilis*, quum plane ad eum locum non pertineant, per hunc errorem in rubricam irrepsisse persuasum habeo: librarius cum scribere deberet SUB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS *Primicerii sacri Cubiculi*, oculis incidit in sequentis capitis priorem rubricam, insignibus Castrensis subiectam, atque ita factum est, ut inepte rubrica insignibus Castrensis superscriberetur et caput de Primicerio s. cubiculi simul praeteriretur. Apparet ergo verba illa *Sub dispositione viri spectabilis* rubricae insignium Castrensis detrahenda atque huic de Primicerio s. cub. capiti vindicanda fuisse. quod utrumque fecimus. Sed res etiam maioris momenti post hanc nostram agitanda et hoc quasi aenigma proponendum est, utrum insignia, quae ad caput XV. sequens collocavimus, de qua collocatione nemo umquam dubitavit, re vera ad Castrensem pertineant, an potius ad Primicerium sacri cubiculi. Dicam quod sentio. Primicerio quidem sacri cubiculi, ut ipsae figurae docent, vix minus quam Castrensi ea insignia conveniunt; sed tamen ad hunc pertinent; quod Not. Occ. cap. XIV. insignia his simillima, de quibus h. l. quaerimus, docent, atque in hunc quoque modum demonstrari potest: in 𝔄𝔆𝔇 textus capitis nostri XIV. superiorem paginarum partem longe minorem occupat; inferior eaque maior pars insignibus Primicerii pingendis destinata fuit, eademque in 𝔄𝔆 etiam

vacua relicta est, ut in codice olim Spirensi, ex quo nostri enati sunt, obtinuisse nullum dubium mihi superest. Sequens pagina textui capitis de Primicerio scribendo insignibusque Castrensis depingendis destinata fuit; insignia depicta sunt, sed rubricam, quae infra ea insignia sive post eadem scribi debebat et revera scripta fuit, librarius, ut supra dixi, nutantibus oculis traxit in locum, ubi de Primicerio sacri cubiculi referendum erat.

b) Cf. supra ad cap. IX. annotata. — De Evectionibus hoc capite aliquid monitum fuisse vix crediderim.

CAPUT XV.

α) ***Sub dispositione viri spectabilis*** praemissum est in mss. et 𝔡𝔢𝔢 (nam ceteri editi picturas non repraesentant). Cf. ad cap. XIV^A. not a.

β) ***Aſtrensis*** 𝔅; ***cum insignibus*** add. 𝔢[1,6,7]. ***Gastrensis*** ap. Amm. Marc. XXVI. 8, 5. ex foedo glossemate „***i. e. ventris ministrum et gutturis***“ complures et inter eos etiam Maranus scribi voluerunt, adeoque quidam mss. Ammiani libri scripserunt. Cf. Vales. ad l. c. Leges modo *Castrensem*, ut hoc nostrum caput, simpliciter vocant, modo *sacri palatii* addunt, ut Not. Occ. cap. XIV. in insignium rubrica. Vid. Gothofr. paratitl. et comm. ad Th. C. de Castrensianis VI. 32. et cf. cum hoc tit. Iust. C. de Castrensianis et Ministerianis XII. 26.

De insignibus cf. etiam cap. XIV^A. not. a.

---

1) ***Sub ſpect. v. Caſtrensi*** 𝔞𝔞𝔠𝔠.

2) ***Pedagogia.*** ℭ, ***Pedagogiorum.*** 𝔢𝔢. Hi παῖδες sive pueri, adulti, aut paedagogiani sunt quos *Pagen* sive *Edelknaben* dicimus. Cf. vett. locc. ap. Gothofr. ad L. 6. Th. C. de divers. officiis VIII. 7.

3) ***Ministrales*** 𝔞[11,15]. Hi ***Miniſteriales***, ut etiam L. 5. Th. C. tit. cit., anno 354. emissa, appellantur, in aliis locis, ut rubr.

Iust. Cod. cit., *Ministeriani*, in aliis, ut ap. Amm. Marc. XXVI. 6, 15., *regii ministri, castrenses ministri* Lamprid. Alex. Sev. c. 41., nominantur. Apud Agrimensores (Goes. p. 321.) memoratur, *Ministeriales imperatorum* maiores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse. *Castrensiani* generale nomen erat eorum qui sub v. sp. Castrensi militabant. „*Ministeriani*" Gothofr. ad L. 6. Th. C. cit. „erant qui principi familiarius in vita privata ministrabant, quod victum potissimum attinebat." Apud Suidam v. *Μαγιςεριανός*, scribendum esse „*Μινιςεριανός, ὁ καςρίσιος*" sive „*καςρήνσιος*" iam a multis monitum est. De his Ministerialibus imperatorum Romanorum Byzantinorumque mirum est quod, vel post Salmas. ad Lamprid. l. c. et Du Cange v. *Ministeriales dominici*, vix unus vel alter ex historiae iuris Germanici scriptoribus verba fecit, quamvis illi ad explicandam ministerialitatem barbarorum populorum egregie faciant. Et qui nuper de ministerialibus librum edidit, Aug. de Fürth (Colon. ad Rhen. 1836. 8°.), ne attigit quidem illum locum, neque Notitiam Dignitatum. Vivide compluribus locis ministerialium labores depinxit Corippus Iustin. Min. e. gr. II. 85. sqq. III. 214. sqq.

4) *Cure* 𝕮, *Curie* 𝕰. I. q. curatores.

5) *Palatinorum* 𝔠𝔠; perperam. Optime pro suo more de Cura Palatii Gothofr. ad L. un. Th. C. de Comitibus et tribunis scholarum VI. 13. disputavit et veterum locos indicavit, sed quod dixit, omnium principis fabricarum curam illum magistratum gessisse, id facile perperam intellegi potest. Cassiodor. Varr. VII. 5. in „Formula Curae Palatii" eum conservandis, reficiendis, exornandis, item construendis aedificiis principum praefuisse docet, et inter alia haec profert: „Quicquid enim aut instructor parietum aut sculptor marmorum aut aeris fosor aut camerarum rotator aut gypsoplastes aut musivarius ignorat, te prudenter interrogat; et tam magnus ille fabrilis exercitus ad tuum recurrit iudicium . ."

6) *Offitium* 𝕰. Seqq. verba *autem viri suprascripti spectabilis castrensis habet* omiserunt 𝔞𝔞𝔠𝔠.

7) *vir fuprafcriptus* ꝺc[1,6,7]ff, *viri* (omisso verbo *suprascripti*) ꝛ[2,3,4].

8) *Tabularius dominicus* aacc. Cf. supra not. 6. et vid. ad cap. XII. not. 26.

9) *Tab. Dñ.* aa, *Tabul. Dominorum* (sic, quamvis *Auguftarum* sequatur) cc.

10) *Adiutor* aacc. Cf. not. 6.

11) *Cartularium* Ꝏc[2,3,4], *Chartularius* aacc. Cf. not. 6.

12) *et* omiserunt aacc.

13) *et Scriuium ipsius* omisit Ꝏ.

14) Hunc versum aacc sic habent: *Caeteri (Cæterij* a[1].*) Palatini officii.* Pro *Officii suprascripti* c[2,3,4,6,7] habent *officiorum.*

CAPUT XVI.

α) PRIMICIARIVS NOTARIORVM. D, *cum insignibus.* add. c[1,6,7]. — Vid. Th. C. de Primicerio et Notariis VI. 10. Iust. C. de Primicerio et Secundicerio et Notariis XII. 7. Lyd. III. 11. sqq. et locc. a Gothofr. ad L. 2. Th. C. tit. cit. indicatos, e quibus unum Claudiani (Epithalam. Pallad. ✝. 83. sqq.) transcribere iuvat:

„. . . . . . . Paulatim vectus ad altum
Princeps militiae, qua non illustrior exstat
Altera: cunctorum tabulas assignat honorum,
Regnorum tractat numeros, constringit in unum
Sparsas imperii vires, cuneosque recenset
Dispositos, quae Sarmaticis custodia ripis,
Quae saevis obiecta Getis, quae Saxona frenat
Vel Scotum legio, quantae cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.“

Ad tabulam (pag. 48.):

a) Ex Notitia nostra Claudianique loco transcripto quae Laterculo (ita hi Indices sive Commentarii a forma sua nominabantur) Maiori continebantur satis apparet. *Minus Later-*

culum, de quo vid. titt. de Quaestoribus Th. C. I. 9. Iust C. I. 31., sub cura ac sollicitudine v. ill. Quaestoris fuit; sed quandoque, ut titt. citt. docent, ad dispositionem Magistrorum Militum transierat. Cf. etiam Panciroli praef. supra p. LIV. not. f.

In Insignibus praeter verba LATERCVLVM MAIVS omnino nulla scripta sunt in mss.; in editis autem libris (𝔇𝔢𝔢) libro iuxta pergamena convoluta, cuius etiam forma locusque a mss. recedunt, hae litterae inscriptae sunt FL. | INTAIL | COMORD | PR, ut ferè Vicariorum Ducumque libri mandatorum in codd. mss. habent. In ε⁶,⁷ litterae hae sunt: F. L. | I. N. T. ALL. | CO. M. ORD. | PR. — Pancirolus in Commentario „Pro insignibus" inquit „habet librum clausum, dorso inscriptum [?], eumque repraesentare arbitror, quem ipse Comitibus, Ducibus, aliisque magistratibus exhibebat .... Notae dorso libri inscriptae sunt F. L. I. N. T. ALL. CO. M. ORD. PR. quae ut sunt obscurae, me diu solicitum tenuerunt; tandem ita putavi posse interpretari *Felix liber iniunctus Notariis Tribunis a laterculo continens mandata ordine principis* vel *primicerii*. Exponitur quid sit, a quo expediatur, quid contineat et unde edatur, nempe a laterculo. Hic autem non codex, qui ab aliquo ipsi detur primicerio, sed liber est mandatorum, quem ipse magistratibus tradit, et ob id pro eius insigni ponitur, ut quid ad ipsum praecipue spectat, indicetur." Vellem ita me recte illas notas ibi explicare posse, ubi re vera in picturis inscriptae sunt, ac mihi persuasum habeo, eas a Pancirolo, quem innumeri tamen alii scriptores et notarum explicatores secuti sunt, non satis feliciter recteque explicatas esse. Cf. ad Insignia cap. XVII. not.

---

1) *illustris spectabilis* 𝔄𝔇𝔈, *V. Illust.* a¹,², *uiri illust.* a³,⁵, *uiri illustr.* a¹¹,¹⁵, *V. Illustris* εε. Cf. ad cap. XIVᴬ. not. a. De spectabilitate Primicerii Notariorum post LL. 2. sqq. Th. C. tit. cit. nullum dubium esse potest; si sine administratione discedebant de sacro consistorio, non solum Vicariis anteponebantur, sed etiam Proconsulibus aequabantur; saepe autem Magisteriam Officiorum ex-Primicerii adipiscebantur. Cf. L. 2.

Iust. C. tit. cit. et Novell. Theod. II. lib. I. tit. V. §. 5. (ed. Ritter. p. 81. ed. Berol. p. 1228.)

2) *Omnis* mss. aabcff, sed *Omnium* cc, et ita (*oīū* pro *oīs*) legendum esse Not. Occ. cap. XV. §. I. docet. cf. infra not. 6. At verbum *omnium* non sine exceptione intellegendum esse „minoris laterculi dignitates, h. e. praepositurae omnes, tribunatus et praefecturae" (L. 2. Th. C. tit. cit.) testantur.

3) Cf. Claudian. l. c. Dignitates et Administrationes non solum propter honorarios codicillos, sed ex aliis quoque causis inter se discrepare potuerunt. Vid. de dignitatibus tit. Iust. C. XII. 1. et Gothofr. paratitl. ad deperditum Th. C. tit. VI. 1. Titt. ut dignitatum ordo servetur Th. C. VI. 5. Iust. C. XII. 8.

4) *amministrationum* ABCD, „*Adminiſtrare*" et „*officium publicum gerere*" synonyma verba sunt sec. tit. Th. C. de iis quae administrantibus seu officium publicum gerentibus distracta sunt VIII. 14. atque L. 5. eod. verba *Omnis administrator* adiectionibus „*altior iudex*, *mediae dignitatis* et *quicumque, vel minimus*", *παραφράζει* . ad quae verba Gothofredus annotavit „*Illustris, Spectabilis, Clarissimus.*"

5) *noticia* CDcd. Nomen technicum, ut nos loquimur. I. q. Index, Catalogus, Inventarium, Brevis, *Γνῶσις*, *Ἀναγραφή*. Cf. commentarium meum „Ueber die Notitia Dignitatum p. 74. sqq., praecipue p. 88. not. 1.

6) *quam militarium tam civilium* AB, *tam militarium quam ciuilium* CDEcditi. Tam scriptura librorum AB, quam Not. Occ. cap. XV. §. I. *civilium* primo loco mentionem factam fuisse demonstrat, ut ad ordinem totius libri provocare supersedeam. Verborum ordo totius commatis perturbatus legendumque esse videtur *Notitia dignitatum et administrationum omnium, tam civilium quam militarium,* sive ut in Not. Occ. l. c. *Notitia omnium dignn.* et c. Cf. etiam inscriptiones utriusque partis.

7) *Scolas* E.

8) *ministros* cc. Cf. Claudian. supra transcr. et L. 2. Iust. C. cit. „. . . Primicerius post depositam publicam numerorum sollicitudinem . ."

9) *Offitium* ℭ.

10) *habet* omiserunt h. l. 𝔡𝔣𝔣, verbumque post v. *Notariorum* collocaverunt, ubi

11) iterum *habet* dant 𝔢𝔢.

CAPUT XVII.


α) Ita, non *Magistri* mss. 𝔡𝔢𝔢. referendum est nomen ad quattuor huius magisteriae, species in sequenti versu nominatas.

β) *cum insignibus.* addunt 𝔢[1],[6],[7].

γ) *Epistolarum et libellorum Graecorum* 𝔡𝔢𝔢. Nomen *Epistolarum* ante *Graecarum* (nam ita mss. habent) inserendum esse iam supra ad cap. I. not. 29. ostensum et sequenti §. II. extra dubium positum est. — De his Scriniorum Magistris vid. praeter annotata ad cap. X. titt. de Magistris Scriniorum Th. C. VI. 11. Iust. Cod. XII. 9. Tit. Th. C. de Proximis, comitibus dispositionum ceterisque qui in sacris scriniis militant VI. 26. Tit. Iust. C. de Proximis sacrorum scriniorum ceterisque *et c.* XII. 19. Cf. Lyd. III. 35. sqq. „... *σκρινιάριοι χρηματίζοντες (ἀντὶ τοῦ χαρτοφύλακες), ὅτι σκρινίον τὴν δρυφάκτην λάρνακα Ῥωμαῖοι καλοῦσι· καὶ διέμεινεν ἡ προσηγορία παρ' αὐτοῖς μόνη* ...“ Vid. F. C. Schlosser in „Archiv für Geschichte u. Literatur. vol. I. Francof. 1830. 8°. p. 112. sqq.

Ad tabulam (pag. 49.):

Notas in 𝔄 solum infimum volumen inscriptas habet has, in hunc modum,



quas quo certius mihi persuasum est me numquam explicaturum esse, eo vehementius alium recte interpretari cupio;

ceteri scripti codices nullas notas exhibent. sed in 𝔡 liber apertus ita habet:



in 𝔢^{1,2} litterae *ΠΑΡΑ* fere hanc formam habent *ΙΑΦΑ*, in 𝔢^{3,4} hanc *ΙΑΦ*, atque in his sequens versiculus ita est *ΙΩΦΑ* inde in 𝔢^{6,7} litterae ita corruptae sunt: *ΙΑΦ* | *ΙΩΦΑ* | *ΝΗΑΩ* | Volumen revolutum has notas in 𝔡 habet

ΑΣΒΑΣΙΑΕΙΑ
ΕΚΘΕΣΙΣΚΕΦ
ΑΑΑΙΩΝΓΑΡ

in 𝔢^{1,2} ita *ΑΣΒΑΣΙΑΕΙΑ*|*ΕΚΘΕΣΙΣΚΕ*|*Α·ΑΑΙΩΝΡΑΡ*|, in 𝔢^{3,4} *ΑΣΒΑΣΑΕΙΑ* | *ΕΚΘΕΣΙΣΚΕ* | *Α·ΑΑΙΩΝΡΑΡ*|, in 𝔢^{6,7}: *ΑΣΒΑΣΙΑΕΙΑ* | *ΕΚΘΕΣΙΣ* | *ΚΕΦΑΑΑΙΩΝ* | *ΠΑΡ*. Apparet 𝔢$^{1 \ldots 4}$ scripturam exemplaris 𝔡 corrupisse.

Pancirolus in Commentario ad hanc tabulam haec habet, quae tamen, ut ipse fatetur, partim ex aliis insignium tabulis huc tracta sunt, nullo iure: „Pro insignibus habent Magistri scriniorum septem recta linea dispositos et fibulis constrictos codices, quorum alii viridi, alii rubro corio in mea Notitia teguntur. Madrucianus codex sex, tres caeruleo, totidem luteo coloribus [in 𝔄 lividum colorem, qui inter nigrescentem ac caeruleum fere medius est, libri superiores omnes habent, dorsa autem quattuor ad dextram positorum rubra, quattuor ad laevam alio modo collocatorum viridia sunt. Similiter octo libros livide pictos habet 𝔇, nisi quod ruber ac viridis color dor-

29) It. Ant. p. 169. *Scenas Mandras* XX M. P. ab Afrodito (cf. not. 66.), XII. M. P. a Babylonia habet. Petrus *Scinorum Mandrorum* Episc. est in Concil. ap. Wessel. ad It. l. c. Fuerunt itaque hae *Σκηναὶ μανδρῶν* sive *Tentoria antrorum* vel *claustrorum* in provinciae Arcadiae finibus ad dextram Nili ripam sub Troico monte, prope hod. *Holuan*. Cf. D'Anvill. Mém. p. 175. *Alban* Quatrem. I. p. 25. sq. Videsis Mannert. X. 1. p. 411.

30) *Alae primae* AB, *Ala pme* C.

31) *Aegiptiorum* B, *egyptioꝝ* C.

32) *Selle* D. *Sile* in It. Ant. p. 171. a Thaubasio VIII, a Pelusio XXIV M. P. distare indicatur, ad quem locum Wesselingius *Selae* se praeferre annotavit propter subscr. Conc. Ephes. I. [Harduin. Concil. I. 1430. A.] „*Ἀλύπιος ἐπίσκ. Σέλης ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς.*“ *Σκέννα* habet Hierocl. p. 727. *Selae* D'Anvillio (Mém. p. 126.) quoque magis placet, qui locum hodie *Salehhieh* nominari scripsit. Consentit Champoll. I. p. 77., secundum quem Aegyptiacum nomen *Slè σορόν, feretrum* significat. Arabice locus *Ssalahieh* vocatur. Cf. Mannert. X. 1. p. 488. Georgii I. p. 448.

33) *Ala veterana rasa* bcff. Ineptissime: *rasa* sequentem versum claudit (cf. not. 36.) et ita in hunc locum irrepsisse apparet: olim ita fortasse scriptum fuit

Ala ueterana | *rasa*
galloꝝ rinocorũa |
Ala p̊ hẽculia |
scenas extra ge |

sive hoc modo:

. . . . *ala ueterana* | *rasa*
gallorum . . . . *extra ge*

et ita syllabae *rasa* ad marginem s. ad superiorem versum scriptae ab inscio librario post *ueterana* positae sunt. Ipse Pancirolus testatur mss. vocem *Rasa* non habere et vidit etiam

eam ad nomen *Gerasa* pertinere; sed tamen de Mesopotamico oppido „unde haec ala posset esse deducta“ *et c.* in annotatione dixit. Neque demonstratione opus est, quam falso Pancirolus affirmet, *veteranam* hanc alam appellatam esse a Veterum castris [voluit aut a *Scenis Veteranorum*, de quibus supra A. ᵞ. 4. aut a *Veteribus* Rhenanis. cf. not. 12.]. Memoratur PRAEF. ALAE. VETER. GALLOR. in inscr. apud Orell. num. 3888.

34) *Rinocornua* 𝔄, *rhinocornua* 𝔅, *rinocoruna* ℭ𝔇, *Rinocorune* 𝔈, *Rinocorurae* 𝔡𝔢𝔣𝔣. „Madrucianus cod. habet *Rhinocorina* mendose“ Pancirolus. *Rinocorura* Tab. Peut. IX. E. *Rhinocorura* Ptol. IV. 5. Hieronym. (Onomast. urbb. op. Bonfrer. ed. Cleric. Amst. 1707. fol.) p. 132. et Iesai. XXVII. 12. It. Ant. p. 151. Hierocl. p. 726. *Rhincurura* Ioseph. passim. Euseb. Onomast. l. c. Steph. Byz. h. v. *Rhinocolura* Polyb. V. 80. Liv. XLV. 11. Strab. XVI. p. 759. (ed. Almelov. p. 1102.) Plin. V. 13. sect. 14. Senec. de ira III. 20. Amm. Marc. XXII. 16, 3. Fuit haec urbs in Aegypti Palaestinaeque confinio, nomenque habuit, si fidem fabulae habere velis, a truncatis in eam civitatem relegatorum naribus, ut fusius, ne Strabonem, Senecam, Stephanum Byz. in hac re consentientes iterum advocem, Diodor. Sic. I. cap. 60. enarravit, qui 'Ρινοκολύραν nominat. Cf. Cellar. II. p. 517. §. 231. Reland. Palaest. (Norimb. 1716. 4°.) p. 716. sqq. D'Anvill. Mém. p. 102., qui hodiernum loci nomen *El-Arish* esse docet, („qui est la première ville de Syrie, ou, suivant d'autres la dernière de l'Egypte“), Quatrem. I. p. 53.; consentit Champoll. II. p. 304. sqq. Vid. etiam Mannert. X. 1. p. 498. Georgii I. p. 232. sq.

35) Cf. ad cap. IV. not. 29.

36) *Scena ſextra ge ſara* 𝔄, *Scoena ſextrageſara* 𝔅, *ſcena ſextᵃ gerasa* ℭ, *Scena ſexta gerasa* 𝔇, *Scena* | *sextra gerasa* 𝔈, *Scenis extra ge* (ita omiss. *rasa* cf. not. 33.) 𝔡𝔣𝔣, *ſcenis* (*Scenis* 𝔢⁶,⁷.) *extrage rasa* 𝔢𝔢. „Manuscr. Vrsin. habet *Gerasa*, Madrucianus *extra Gerasa*, alter vetustus *sexta Gerasa.*“ Pancirolus. De situ hic pro suo more. Neque de Syriaco oppido Gerasa, neque de eo quod in Arabia Petraea fuit

(cf. Vales. ad Amm. Marc. XIV. 8, 13.), h. l. sermonem esse putem; sed de Augustamnicae civitate, inter Pelusium Casiumque montem sita, quam *Gerrhum* „quod *Adipson* vocant" Plinius VI. 29. sect. 33., *Γέῤῥον* Ptol. IV. 5., *Γέῤῥα* Strabo VI. p. 760. (ed. Almel. p. 1103.) et *Gerra* etiam Tab. Peut. IX. E vocant („Pelusio. VIII. Gerra. XXIII. Cassio."). *Γέῤῥας* habet Hierocl. p. 727. et Sozom. H. E. VIII. 19. *„Γέρας πόλιν μικρὰν"* nominat *„ἀμφὶ πεντήκοντα στάδια τοῦ Πηλουσίου ἀφεςῶσαν."* Wesselingius ad Hierocl. l. c. verius nomen *Gerrhum* sive *Gerrha ἀπὸ τῶν γέῤῥων*, a tabernaculis, tentoriis, scenis, esse putavit, idque quidem propter locum, qui egregie facit ad nostrum, ad quem non respexisse Wesselingium miror; dico propter Scholiast. Luciani in *'Ανάχαρσ.* p. 32. ed. Amstel., qui confirmat *Gerrhis* milites in praesidio fuisse his verbis, quae ex Wessel. transcripsi: *„Δημοσθένης δὲ ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν περιφραγμάτων* (pro Corona p. 168. ed. Paris.) *καὶ τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν· καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὰ κατὰ τὸ Πηλούσιον καλούμενον διὰ τοῦτο ὠνομάσθη, ἐπεὶ σκηνώματα ἐςίν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσι."* Cf. Cellar. II. p. 789. n. 7. D'Anvill. Mém. p. 98. Mannert. X. 1. p. 494. Fuerunt illa *Gerra* sive *Gerrae* (nam *Gerras* in loco nostro legendum esse videtur) inter hod. *Tinéh* et *Belba* in littore maris.

37) *Retorum* 𝔄𝔅𝔇𝔈𝔡𝔢𝔣𝔣, *rhetorum* ℭ. Ex Raetiis.

38) *Scoenas* 𝔅, *Scenis* 𝔡𝔢𝔣𝔣. Cf. nott. 11. 12.

39) Vid. not. 12. cit.

40) *Tingitanae et hmūnepsi* 𝔄, *Tingitanae et hinunepsi* 𝔅𝔇, *tigitane, & inunepsi* ℭ, *Tingitanae et Hinunepsi* 𝔈. Itin. Ant. p. 168. *„Alyi* (hod. *Iahel:* cf. not. 68. ad C. ✝. 7.), *Thimonepsi* XVI M. P. *Aphrodito (Atfiéh, Athfih)* XXIV M. P." Fuit igitur hic Heptanomidis sive Arcadiae locus prope hod. *Beiad (Bayadie* in tab. geogr. Norden. tom. I. tab. XXVII.) in orientali Nili ripa. Cf. D'Anvill. Mém. p. 176. Mannert. X. 1. p. 411.

41) Thraces ex provinciae Europae colonia *Apris* sive

Apro. Plin. IV. 11. sect. 18. „Et a Bizya L M. P. *Apros* colonia, quae a Philippis abest CLXXXVIII M. P.“ Ptol. III. 11. *Ἄπρος κολωνία* (*Aprae colonia* dedit Magin.). Steph. Byz. „*Ἄπρος, θηλυκόν, πόλις Θρᾴκης . . . τὰ ἐθνικὰ Ἀπραῖος.*“ Inscript. apud Orell. n. 512. „.. COL. CL. APRENS. ET COL. IVL. PHILIPPENSIS . .“ *Ἄπροι* scriptorib. hist. Byz. (e. gr. Procop. B. Goth. IV. 27. Nicephor. Gregor. VII. 4. 6. sed *πόλιν Ἄπρω* idem paulo post, ed. Bonn. p. 248.), verum aliquotiens etiam *ἡ Ἄπρος* s. *Ἄπρως* dicitur. et *Apris* (abl. plur.) non solum Amm. Marc. XXVII. 4, 12. („Europa omnium [Thraciarum provinciarum] ultima praeter municipia urbibus nitet duabus, *Apris* et Perintho, quam Heracleam posteritas dixit“), sed Itineraria etiam habent, Tab. Peut. VIII. B, It. Ant. p. 175. („Traianopoli. *Apris* XXIII M. P. Heraclea XLVII M. P.“) 332. („Traianopoli. *Apris* LXXX M. P. Heraclea LII M. P.“) 333. („A Traianopoli.. *Apris* LXXI M. P. Aphrodisiade XXXIV M. P.“), It. Hieros. p. 601. „Civitas *Apris.*“ Hierocl. p. 634. *Ἄπρος.* Cedrenus et Goari index urbb. post Codinum Apros postea *Theodosiopolim* dictam esse affirmant, ut Wessel. ad ll. citt. habet. Cf. Cellar. I. p. 1082. §. 82. et qui varie de h. l. tractavit Mannert. VII. p. 204. sq. 227. sq. Hodiernum loci nomen ignoramus.

42) *Hippone* deest. It. Ant. p. 168. „Musae (cf. C. ℣. 8.). Hipponon M. P. XXX. Alyi (cf. nott. 40. 68) M. P. XVI.“ „An *Ἱππῶνες* s. equorum Stabula mansioni nomen indiderunt?“ Wesseling. ad l. c. D'Anvillius Mém. p. 177. notat in regione Aphroditopoleos *(Atfiéh)* memorari locum *Establ* (i. e. stabulum) Arabice dictum, sed situm eius loci non accuratius sibi notum esse. Itinerarii autem numeros locum *Sheroné* indicare. *Sherona* habet mapp. geogr. ap. Norden. l. c. Cf. Mannert. X. 1. p. 410. In Arcadia provincia locus fuit.

43) *Afsiriorum* ABCD.

44) Ita omnes. De loco mihi non constat; sed aut *Xoïdos* aut *Saïdos* legendum esse putaverim. Aegypti provinciae urbes fuisse atque illam Arabice *Sakha*, Aegyptiace *Skhôou*, hanc autem *Saï* Aegyptiace nominari constat.

45) *quinita* B.

46) „I. e. prae ceteris electorum" Pancirolus. Lapis Alhambrae in Hispania repertus (Gruter. 550,4. Orell. n. 3425.) refert de PRAEFECTO | COHORTIS VII | PRAEFECTO.RVM [praelectorum] | EQVITATE. IN GERMANIA. Cf. infra cap. XXXIII. §. I. B. ✝. 1. item cap. VIII. §. 1. C. ✝. 4. „Sagittarii *Lecti*" et cap. XXXI. §. I. B. ✝. 10. „Coh. I. Iulia *Lectorum* . . ."

47) *Dionisyada* B, *dionisiada* CD, *Dionysiade* ceff. Ptol. IV. 5. *Dionysias*, prope Moeridis paludem. D'Anvill. Mém. p. 168. sq. putat haec Aegypti propriae castra fortasse in hod. *Beled Kerun* prope *Kasr-Kerun* prope occidentalem paludis Moeridis (*Birket-il-Kerun*) angulum fuisse; quod praesidium limitibus tuendis aptissimum fuisset. Cf. Georgii I. p. 438.

48) *tercia* D.

49) *Gallatarum* BCD. „quae ex Galatia contracta erat." Pancirolus.

50) Ita omnes. Locum non novi. An *Sethro* (*Σέθρω*? ut Σ vel C cum Latina *C*, Θ autem cum Φ, *f*, commutatae essent)? *Σέθρον*, *πόλις Αἰγύπτου*. Steph. Byz. Cognominis Nomi metropolis *Psariom* hodie dicitur sec. Quatrem. I. 506. sqq. Champoll. II. p. 80. sqq. Aliter olim D'Anvill. Mém. p. 95., qui *Sethron* hodieque ad locum Manzaleh, inter San et Tineh s. Pelusium superesse putavit. — De *Chereu* Itinerarii Ant. p. 154. sq., mansione prope Alexandriam, (hod. vico *Keriun*) ad loc. nostrum vix cogitandum erit. — Haec scripsi ante quam Quatremerii libellum (Observations et c.) noveram, in quo p. 52. sq. haec leguntur: „*Al-Hammamat* . . étoit situé à l'orient de la montagne appelée *Akabah-al-sograh*, le petit rocher, qui répond au *Catabathmus parva* des anciens. Un géographe arabe anonyme designe ce lieu sous le nom de *Dhat-al-hamman* . . . Peut-être ce lieu ne diffère-t-il pas de celui de *Κεφρὼ* *Cephro*, où fut relégué S. Denys d'Alexandrie (Euseb. H. E. VIII. 2. p. 210...12. ed. Vales.). C'étoit un bourg, situé sur les confins de la Libye, à peu de distance du désert. Du temps des empereurs de Constantinople, c'étoit un poste

militaire, où l'on entretenoit une cohorte de Galates (Notit. Dignn.).“

51) *Astarum* **omnes.** Pancirolus aut ex *Asta* Ligurum (hod. *Asti*), aut ex *Asta Regia*, Turdetanorum civitate, quae *Mesa de Asta* hodieque nominatur, sitaque est inter *Xerez* et *Tribugena* (cf. Ukert. II. 1. p. 356. ibique citt.), contractos fuisse putavit. Neutrum verum esse crediderim, quoniam non video qua ratione ex civitate *Asta*, sive Hispanica sive Italica, extracti milites *Astae*, sive (ut Pancirolus ad Not. Occ. cap. XXXVIII. §. I. B, b, 1 et 3. voluit) *Asti* vel *Hasti* dici potuissent; *Astenses* dicebantur, c. gr. Liv. XXXIX. 21. Neque rectius de *Astis* sive *Astiis*, Thraciae populo, locum nostrum intellegeres. Strab. VII. p. 319. (ed. Almelov. p. 492.) *τῶν Ἀςῶν, Θρακίου ἔθνους* sedes indicat; cf. Id. p. 320. (ed. Almelov. p. 494.) „*Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀςῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη*“ x. τ. λ. Et Steph. Byz. „*Ἀςαί, ἔθνος Θρᾴκης . . τὸ κτητικὸν Ἀςικὸς καὶ Ἀςική.*“ *Astii* Liv. XXXVIII. 40. *Astice regio* Plin. IV. 11. sect. 18. *Rumeliotae* igitur hi *Astae* fuerunt. Cf. Cellar. I. p. 1084. §. 88. Mannert. VII. p. 33. sq. 150. *Astares*, nomen ex Labbaei sive temeritate sive ignorantia enatum, in *indice generali* ab eo confecto legitur; sed idem in *indices peculiares* v. *Cohortes* recepit *Astorum secunda*. De *Cohorte Secunda Asturum* hic sermonem esse dubitari nequit. Cf. quae ad Not. Occ. c. XXXVIII. §. I. B, b de Asturibus annotavi.

52) *Busiri* **ꝛtff.** Utrum de Busiri, cognominis nomi metropoli in Delta sita, an de Busiri prope Memphim Pyramidesque h. l. sermo sit, in medio relinquo. Illud crediderim. Utriusque loci hodiernum nomen *Busir*, *Bousir* sive *Abousir* est. Cf. D'Anvill. Mém. p. 85. 146. sq. Quatrem. I. p. 102. sqq. eiusdemque Observations (Paris. 1812. 8°.) p. 37. Champoll. II. p. 184. sqq. I. p. 365. qui alios etiam et veterum et recentiorum scriptorum locos huc pertinentes indicaverunt.

53) *Augustanicae* **ꝛtff.** Quid haec rubrica sibi velit me plane non videre fateor, tum quoniam inter iam enumeratas

civitates praesidiaque non paucae in Augustamnica provincia sitae fuerunt, tum quoniam inter sequentes nonnullae sunt, quae ad illam provinciam, quantum scimus, non pertinent (cf. nott. 66. 68. 69.). Nisi similem fere rubricam cap. XXXII. §. I. B. exhiberet, atque denuo Alarum, deinde Cohortium enumeratio inciperet, per imprudentiam librarii alicuius glossema ex margine in textum assumptum dicere ausim.

54) „Ab Ulpio Traiano est dicta.“ Pancirolus.

55) *Aphrorum* AB.

56) Itin. Ant. p. 171. *Thaubasio* in itinere „a Serapio Pelusio“ VIII M. P. ab illa civitate, XXVIII M. P. a Sile (cf. not. 32.) habet. cf. Wesseling. ad h. l., ubi *Thaubasto* pro *Thaubasio* scribendum esse ostendit, quod Champoll. II. p. 71. confirmat nomine loci Aegyptiaco *Tôoubasti*. *Thaubastum* Latine, *Thaubastos* (εως) Graece dicebatur. D'Anvill. Mém. p. 127. locum in hodierno *Habaseh* s. *Aabasa* ad lacum amarum (*Sheib* s. *Bahr-Ibn-Mengi*) quaerendum esse demonstravit. Vid. etiam de hoc Augustamnicae loco Mannert. X. 1. p. 488.

57) *egyption* C, *Aegiptiorum* D. *Ala Secunda Nova Aegyptiorum* in Mesopotamia stetit. Cap. XXXIV. §. I. B. ♆. 1.

58) Ita ABCD, *Tacasirita (?)* E, *Tacasiri* reff. *Tacasaris* Simler. ad It. Ant. p. 163. ubi haec leguntur: „Iter a Pelusio Memphi M. P. CXXII. Sic: Daphno M. P. XVI. Tacasarta M. P. XVIII. Thou M. P. XXIIII. Scenas Veteranorum M. P. XXVI.“ (cf. not. 12.). D'Anvill. Mém. p. 119. inter *Tacasarta* et *Thou* „*Heroopolis*“ indicationem excidisse suspicatur. Cf. Mannert. X. 1. p. 499. sq. Georgii I. p. 450. Quaerendus est hic Augustamnicae locus inter hodd. *Salahiê* (cf. not. 32.) et *Cored*.

59) *Sagittariorum Naithu* omisit E. — An *Nathu*? Hoc nomen, quod Copticum esse regionemque designare docet Champoll. II. p. 230. sq., secundum D'Anvill. Mém. p. 81. pars Prosopitidis insulae, quae in Delta est, olim gessit. — Contra Simlerum Suritamque, qui locum nostrum eumque quem inter *Andropolim* et *Hermupolim Parvam* Itin. Ant. p. 54. habet,

eumdem esse putaverunt, Wesselingius monuit, nostrum locum *Naithu* in Augustamnica fuisse, illum autem in Aegypto propria. sed cf. nott. 53. et 66. 68. 69. Reichardus etiam ad nomen *Nithis*, praefecturae Andropolitanae, nomen *Naithus* apposuit. Itin. l. c. ita habet: „Andro . Nithine (Nichine, Nrethine) M. P. XII. Hermupoli M. P. XXIV." Cf. not. 15. — Fortasse *Naisiu* legendum atque de Isidis oppido quod inter Sebennytum (hod. *Semennud*) et Busirin (*Bousir*. cf. not. 52.) situm fuit (Plin. V. 10. sect. 11.), atque in hodierno *Miit Naser* quaerendum esse mihi videtur, locus noster intellegendus est. D'Anvill. Mém. p. 86. illud oppidum in hod. *Bah - beit* (domo pulchritudinis) prope *Semennud* reperiri putat. Cf. Champoll. I. p. 322. Quae mea opinio si recte se habet, *Naithu* nostrum in Aegypto propria fuit. — Quatremère (Observations p. 47.) a Champollione nomen *Nathô* Ναθώ, cuius Herodot. II. 165. mentionem facit, minus recte collocatum esse contendit. *Nathô* vocabularia Coptica idem oppidum esse docere atque Arabum *Sahradjt*, provinciae Scharkiah (Abdallatif. p. 614.), Niebuhrio (Voy. en Arab. I. p. 59.) *Parva Sahrast*, Paulo Lucae *Parva Seradj*, aliis *Saharkat* aut *Saharget* dictam.

60) *Cohors prima* omisit 𝕮. Cf. not. 59.

61) *Thohij* 𝕮, *Tohu* ceteri. *Thou* It. Ant. not. 58. cit. et p. 170. (cf. not. 64.) et Pancirolus in commentar. habent. „Videndum est (Wesselingii ad It. l. c. verba sunt), an mansioni inditum cognomen sit a Mercurio, quem Aegyptii Θωὺθ vel Θώθ appellabant, quo de Euseb. Praep. Ev. II. 9.; Ptolemaei [IV. 5.] Τοούμ μεσογεῖος longissime hinc disparatum fuit, Ombis [cf. cap. XXVIII. §. I. A. ✝. 8.] vicinum." D'Anvill. Mém. p. 118. sq., locum in hod. *El-Bueib*, *Elbouaïb* (ut Arabes fauces montium appellant) quaerendum esse scripsit, atque omnino consentit Champoll. II. p. 58. sqq. Aegyptiace loci nomen *Thom* s. *Pithom* sonare, eumdemque ab Herodoto et Steph. Byz. Πάτουμος vocari idem demonstravit. Wesselingii itaque de ἐτύμῳ nominis opinio vera non est. Herodot. II. 158. „ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀρα-

βίην πόλιν· κ. τ. λ. Steph. Byz. „*Πάτουμος, πόλις Ἀραβίας.*" Arabiae magnam olim partem provinciae nostrae Augustamnicae adscripserunt. Minus exacte de *Thou* disputavit Mannert. X. 1. p. 485. Cf. etiam Georgii I. p. 448.

62) Epireos s. Epirotas hodie *Arnautas* vocamus.

63) *Castris* deeff, *Castra frodito* (i. e. *Castra*, deletis litteris *frodito*) D.

64) *iudeorum* ABCD. It. Ant. p. 169. sq. „Scenas Veteranorum (cf. not. 12.). Vico Iudaeorum M. P. XII. Thou M. P. XII." (cf. not. 61.) Wesselingius ad l. c. definire non ausus est nihil discrepasse inter haec Castra et illum Vicum Iudaeorum. mihi nullum dubium superest; neque aliis, ad quos a me in his rebus provocare poterit lector, e. gr. D'Anvillio Mém. p. 116. sq., qui loco nostro hodieque *Tel-el-Iehudieh* (Collis Iudaeorum) nomen esse affirmat. Consentit Niebuhrius (Reise nach Arabien I. p. 213.) ap. Mannert. X. 1. p. 484. cit., sec. quem loco etiam *Turbed-el-Ihud* (Sepulcrum Iudaeorum) nomen est. Hic quoque locus Augustamnicae fuit. Cf. Georgii I. p. 447.

65) Cf. cap. XXXII. §. I. B, †. 2. Amm. Marc. XVII. 6, 1. „. . *Iuthungi*, Alamannorum pars, Italicis conterminans partibus . ." Ad h. l. Lindenbrogius et Valesius alios veterum auctorum locos transcripserunt. Vid. etiam Dexippi exc. de bell. Scyth., qui non uno loco *Ἰουθούγγους Σκύθας* nominat. Tab. Peut. IV. A. B. Quados et Iutungos ita coniunxit *QIVVATDVGII*. Et Eumenius etiam (panegyr. Constantii c. 10.) „*Vitungi*, Quadi, Carpi." Ad borealem Danubii ripam contra Norica Pannoniasque in hod. Hungariae partibus *Iuthungi* tempore libri nostri insedisse videntur. De scriptura nominis cf. etiam Salmas. ad Trebell. Poll. Claud. c. 6. ubi *Virtungui* nominantur, et infra ad cap. XXXII. not. 30. Vid. Mannert. III. p. 258. 386. Wilhelm. Germanien. p. 219. Reichard. Germanien p. 152.

66) *Affrodito* ACDE, *Aphrodito* B? deeff. Arcadiae (cf. nott. 29. 40. 53.) haec Veneris civitas fuit. nam de alia quadam

Veneris civitate, quales etiam in Delta fuisse constat, vetant nomina *Aiy* et *Muson*, quae sequuntur, cogitare, in qua re D'Anvillium (Mém. p. 177.) consentientem habeo. Hierocl. p. 730. *'Αφροδιτώ* et Wessel. ad h. l. Ptol. IV. 5. *'Αφροδίτης πόλις*, cognominis nomi metropolis. Situm indicat It. Ant. p. 167. sq. „Peos Artemidos. [cf. ad cap. XXVIII. not. 45.] Musae [cf. not. 69.] M. P. XXXIIII. Hipponon [cf. not. 42.] M. P. XXX. Alyi [cf. not. 68.] M. P. XVI. Thimonepsi [cf. not. 40.] M. P. XVI. Aphrodito M. P. XXIIII. Sceuas Mandras [cf. not. 29.] M. P. XX." Hodiernum civitatis nomen *Atfiéh* s. *Etfih* est. D'Anvill. Mém. p. 174. *Athfihh* Arabicum, *Tpih* s. *Petpiéh* Aegyptiacum nomen esse docet Champoll. I. p. 332. sq. Cf. Mannert. X. 1. p. 407. (qui Aphroditopolin hanc II miliaria geogr. infra Atfieh, 10 minutas versus meridiem a loco, qui contra Memphim est, conditam fuisse opinatur), Georgii I. p. 436.

67) *Itareorum* **ABCDE**. Arrianus *κατ' 'Αλανῶν* (p. 104. ed. Blancard.) in media acie legiones XV. et XII. novenis ordinibus dimicasse refert, et *„ἐννάτη δέ*, ait, *ἐπὶ τούτοις ἔξω τάξις οἱ πεζοὶ τοξόται οἱ τῶν Νομάδων καὶ Κυρηναίων καὶ Βοσποριανῶν τε καὶ 'Ιτουραίων."* De Ituracis id. p. 99. Cf. Not. Occ. cap. XXIV. §. I. †. 4. Strab. XVI. p. 755. (ed. Almel. p. 1096.) *„τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ* [Libani] *ἔχουσι πάντα 'Ιτουραῖοί τε καὶ Ἄραβες, κακοῦργοι πάντες."* Cf. Plin. V. 23. sect. 19. Vib. Seq. de gentib. „Ithyraei, Syrii usu sagittae periti." de qua re iam Virg. Georg. II. 448. Lucan. VII. 230. 514. Vid. Relandi Palaest. lib. I. cap. 22. Cellar. II. p. 529. §. 253. Mannert. VI. 1. p. 417. Georgii I. p. 202.

68) *arij* **E**. *Alyi* It. Ant. not. 66. cit., ubi alii mss. codd. *Alii* praestant. Hodie sec. D'Anvill. Mém. p. 176. ***Medinet-Iahel* s. *Iahel***, in dextra Nili ripa contra *Feshn*. Cf. Mannert. X. 1. p. 411. Arcadiae locus. Vid. nott. 53. 66.

69) *Musae* It. Ant. not. 66. cit. D'Anvillius locum ad dextram Nili ripam paulo infra Cynopolin collocavit, mensurasque Itinerarii non accurate observavit (cf. Mém. p. 176. sq.), ut hic Arcadiae a Musis dictus locus fere cum hod. *Shek-*

Fadlé conveniret; sed Mannerto (X. 1. p. 410.) accedo, dicenti *Μουσῶν* (*πόλιν*?) non in ipsis Nili ripis, sed ad montes orientem versus sitam fuisse, fortasse ubi via ad Alabastronpolin ducebat. In eo loco praesidium contra Arabaegyptios sane opus fuisse maxime credibile est.

70) *numdarũ* 𝕮; *Numidarum* omisit 𝕯.

71) Ita mss. et edd., nisi quod f[2] per errorem *Natmunthi* habet; sed locus a nullo scriptore, quem sciam, memoratur. Locus *Namoun* (-*Asidr*) in provincia *Kalyoub* s. *Qalyoub* (Heliopolitana) memoratur in locorum Aegyptiacorum enumeratione apud Abd-Allatif ed. Silv. de Sacy p. 602. n. 57. Cf. Champoll. II. 44. Fortasse de hoc Augustamnicae, Ammoni (Amoun) consecrato oppido locus noster intellegendus, litteraque canina ex nomine eiicienda est. Sed *Diospolis* etiam in Delta Parvo prope Mendetem (Strab. XVII. p. 802. ed. Almelov. p. 1154.), quam D'Anvillius (Mém. p. 92.) et Mannertus (X. 1. p. 581.) cum *Panephysi* Ptolemaei (IV. 5.) eamdem urbem fuisse scripserunt, Aegyptiace *Naamoun* (civitas Ammonis s. Amoun) dicebatur, ut ex prophetis Champoll. II. p. 129. demonstravit. Sita fuit haec Iovis civitas prope hod. *Menzaléh* sive *Manzaléh* ad Lacum Tenniticum. Certe *Hermunthis*, Thebaidos civitas (cf. cap. XXVIII. §. I. A. ỳ. antepaenult.), ad h. l. non pertinet, ut Surita ad It. Ant. p. 160. imprudenter annotavit.

72) *ita* omiserunt r[3,4].

73) *Scola* 𝕮.

74) *Agentium* r[3,4,6,7].

75) *ducenañ* 𝕬, *ducenar̃* 𝕭𝕮, *ducenarum* 𝕯. Cf. ad cap. XIX. not. 7.

76) *qui* omiserunt 𝕬𝕭.

77) Cf. ad cap. XIX. not. 8.

78) *exijt* 𝕬. Cf. ad cap. XIX. not. 10.

79) *Comentariensem* 𝕭. Ordo in enumerandis Officialibus perversus esse videtur. cf. ad cap. seq. not. 7.

80) *sive* omisit 𝕭.

81) *egypti* 𝕮𝕯, *Egipti* 𝕰.

82) Hanc nostram §. III. 𝔢𝔡iti non habent. Cf. L. 52. Th. C. de cursu publ. VIII. 5., qua imperatores faciendarum evectionum licentiam a Comitibus Aegyptiaci limitis usurpatam inhiberi iubent.

CAPUT XXVI.

a) *Isarriam* 𝕰, *Comes Isauriae cum insignibus. et.*
Ad tabulam (pag. 70.):

a) Notas ex 𝔄 in pictura repetii. 𝕮 ita habet: F. Ŀ. | INTALL͠ | COMORD͠ | P.R͞. | In 𝕯 hae sunt: FL͠ | INTALL͞ | CAMORD͠ | PR͞ |. 𝔡 et ex eo, sed omissis duobus punctis posterioribus $\mathfrak{e}^{1...4}$: FL. | INTALL͞ | COMORD͞ | . PR͞ . | $\mathfrak{e}^{6,7}$: F.L. | I. N. T. A͞. LL | CO. M. ORD. | P͞.R. | Cf. ad cap. XXII. not. a.

*) In 𝔄 ubi asteriscum posuimus *Mare* et ubi litteram *b* posuimus *Tharfus* legitur; sed in 𝕮 ubi asteriscum habemus legitur *Tarsium mare*, in 𝕯 *Tharfuſ mare*, et similiter ibidem 𝔡𝔢𝔢 *Tharfvſ mare* habent. Apparet solum 𝔄 recte scriptum nihilique faciendam esse Panciroli annotationem „In Ursini exemplari inscriptum est *Tharsum [Tarsium] mare*, ut non civitas, sed mare ab ea denominatum [?] significetur.“ Cur *Mare* depictum ac nominatum sit, sequenti nota 3. indicavi.

b) Cf. proxime antec. not. — Tarsus, antiquissima urbs, de cuius conditoribus multum fabulata antiquitas est (Strab. XVI. p. 673. 750. ed. Almel. p. 990. 1089. Dionys. Perieg. ✝. 868. sqq. c. Eustath. schol. Nonn. Dionysiac. 18, 292. sqq. et Steph. Byz. h. v. c. interpp. Amm. Marc. XIV. 3, 3. Malal. chronogr. II. p. 37. ed. Bonn.), populosa pulchraque, quam Cydnus (*Karasu*) fl. interluit, non ita procul ab ostiis (Xenoph. exped. Cyr. I. 2, 23. sqq. Diod. Sic. XIV. 20. Strab. I. c. Mela I, 13. Plin. H. N. V. 27. sect. 22. Ptol. V. 8. Procop. de Aedif. V. 5.), metropolis Ciliciae Primae Hierocl. p. 708. Pauli apostoli patriam fuisse notum est (Act. apost. XXI. 39. XXII. 3. Itin. Hieros. p. 579.); gymnasium eius prae Atheniensi Alexandri-

noque celebrat Strabo l. c. Iulio Caesari ita favisse Tarsenses Dio Cass. XLVII. 26. refert, ut urbem suam pro Tarso *Iuliopolin* vocaverint, quod magni eos primum constitit (Appian. bell. civ. IV. 64.), sed non ita longe post libertatem eis cum immunitate procuravit. verum nominis sui non ita tenaces fuerunt Tarsenses; nam ab Hadriano *Ἀδριανή*, a Caracalla *Ἀντωνειννιανὴ Σευήρα Ἀλεξάνδρεια* Tarsus postea dicta est; cf. Reimar. ad Dion. Cass. l. c. Apud Tarsum artibus suis Cleopatra Antonium victorem servum fecit, ut suavissime Plut. in Ant. capp. 26. sqq. enarrat. Ammian. l. c. „Ciliciam quae Cydno amne exsultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis ..." Tarsi Maximianus Maximinusque diem supremum obierunt (Zosim. II. 11. 17.) ibique Iulianus sepultus est. Amm. Marc. XXV. 8, 5. et 9, 12. cf. XXIII. 2, 15. Zosim. III. 34. Iustinianus Cydni pontes refecit alveumque divisit, ne urbem inundaret, sec. Proc. l. c. In Tab. Peut. X. A *Tarſo cilicie'* legitur, XX M. P. a Comana Cappadociae. Etiam per medium aevum sacrasque quae a cruce nominantur expeditiones Tarsus celebritatem quamdam sibi servavit, hodieque vetus nomen et satis amplam magnitudinem retinet *Tarsous* vel *Tarso.* Cf. D'Herbelot. v. *Tharsous*, Iaubert voyage en Arménie, Kinneir, Leake, alios. Vid. Cellar. II. p. 214. sqq. §. 70. Mannert. VI. 2. p. 96...99. Georgii I. p. 28.

cd) *Mons Taurus.* Cf. infra not. 3. Notissimum Tauri generale nomen gerentium montium initia varie apud veteres indicantur, quùm in continentibus montibus alii alia culmina pro totius tractus montium initio facile sumant. Cf. vett. locos apud Cellar. II. p. 100. §§. 167. sq. Mannert. VI. 2. p. 138. sq. Iaubert. p. 20. sq. Georgii I. p. 25. Quatenus ad h. l. Taurus mons pertinet, Ciliciam a Cappadocia Armeniaque Minori seiungit, hodieque *al-Kurun* appellatur; inter hodiernas civitates *Erz-Inghian* et *Erze-Roum* in duas partes, Taurum et Antitaurum, excurrit. cf. Iaubert. p. 115.

Castellis quorum forma maximam partem ab ea quam cetera hoc libro depicta castella prae se ferunt diversa est,

nomina inscripta non leguntur. In $\mathfrak{de}^{1\ldots4}$ haec castella fere Helveticorum tuguriorum formam habent, in $\mathfrak{e}^{6,7}$ qualem hodiernae Asiaticae civitates.

Beluam montium fauces intrantem editi omiserunt.

---

1) *rei* a me additum est.

2) *et Praesidis* omisit 𝔄, *Comitis . . . . Praesidis* omnia omisit 𝔈. Pro *Praesidis* ℭ *praesides*, 𝔅𝔇 *praefide* habent. Cf. ad cap. I. nott. 44. 108. Wesselingius ad Hierocl. p. 708. incautius quam alias solitus est, haec annotavit: „*Praesidem* Diocletiano imp. Isauriam habuisse Theodorus Iconiensis in Epist., quae tom. III. ab Antverpiensibus [Bollandistis] est vulgata p. 26., ostendit; Notitia Imp. Orient. eum non habet [immo, habet, ut hoc caput testatur; cf. ad cap. I. not. 108.], sed Comitem rei militaris Isauriae, cuius etiam Ammianus XIV. 2 [,14]. et XIX. 13 [,2.] commeminit. Puto et *Praesidem* et *Comitem* habuisse, quorum hic rei militaris curam gereret, et Isaurorum latrocinia compesceret, ille vero rem civilem curaret. Iustinianus dein Novella XXVIII [leg. XXVII]. utramque administrationem coniunxit et uni Comiti mandavit.“ Non solum Ammian. XIX. 13, 2. verbis „Lauricius adiecta Comitis dignitate missus est Rector“, sed apertissime etiam Iustinianus Nov. cit. statim initio (praef. et cap. I.) ostendunt iam longe ante hunc imperatorem Comitivam rei militaris per Isauriam cum Praesidatu eiusdem provinciae coniunctam fuisse; quod vel unus liber noster Wesselingium docuisset, nisi verba „*et Praesidis*“ contra suum morem neglexisset.

3) Ita h. l. omnes; supra cap. VI. §. I. D. ⳨. 8. *Isaura.* Certus locus, in quo hae legiones praesidio fuerint, non indicatur; Tarsi praefecturas fuisse illius civitatis nomen in insignibus inscriptum videtur indicare; sed puto naturam huius provinciae ferosque eius incolarum mores effecisse, ut certum locum milites vix tenere potuissent; ut necessitas postulabat, modo in montibus, modo ad maris littora compescebant provinciales, unde maris nomen in insignibus huius Comitis

interpretandum est. Trium Isaurarum legionum „bellicis sudoribus induratarum“ mentionem facit Amm. Marc. XIV. 2, 14. et supra cap. VI. l. c. *Prima Isaura Sagittaria* inter Pseudocomitatenses legiones, quae sub dispositione Magistri Militum per Orientem fuerunt, recensita est. Ubi locorum in praesidio fuerit, ut de aliis numeris bene multis, Notitia nostra non indicat.

4) *tercia* 𝕯.

5) *offitio* 𝕭𝕮.

6) *Numerarios* omisit 𝕬, *Humerarios* 𝕭. Cf. not. sq.

7) *A libellis* τῷ *Ab actis* praepositus est in 𝕬, contra ordinem in aliis capitibus (e. gr. XVIII. sqq.) observatum. ceterum in capp. citt. et sequentibus, excepto tamen cap. XXV., *Numerarii* τοῖς *Ab actis* postponuntur. Ordinem iustum hunc esse puto: *Commentariensem*, *Adiutorem*, *Ab Actis*, *Numerarios*, *A Libellis*.

8) *offitiales* 𝕭.

9) *Dux* mss. et edit., aperto errore. cf. not. seq.

10) *Dux Isauriae (Isaurie* 𝕮.*) Sextus.* mss. *Dux Isauriae.* dff, *Dux Isauriae, Libyae (Lybiae* e[2,3,4]*). ee.* Nemo non videt, quod capite I. ✝. 19. *b* et ✝. 20. *a*. 1. apertum est, hunc versum de evectionibus annalibus *Comitis per Isauriam* agere. Erravit cum Pancirolo Gothofredus (ad L. 16. Th. C. de Numerariis VIII. 1.) dicens pro verbis *Dux Isauriae* rescribendum esse *Dux Libyae.* De hoc duce sequens caput, cuius prior pars neglegentia librarii, qui eum codicem olim scripsit, ex quo quotquot hodie exstare scimus, omnes enati sunt, cum insignibus Ducis Libyarum omnino excidit. Mutatio numeri cardinalis VI in ordinalem *Sextus*, quam scripti libri admiserunt, neminem, puto, suspensum habebit, cum facile in hac re per ignorantiam labi potuit librarius, ut etiam Pancirolus turpiter se decipi passus est. Eumdem errorem, ut pro cardinali ordinalem numerum scriberent, et librarius 𝕮 capp. XXVII. XXX. XXXII. XXXVII. XXXXIX. §§. III., et librarius 𝕬 cap. XXX. §. III. commiserunt. neque alias in eo quidem sibi semper consti-

terunt codices nostri, ut ubique aut litteris aut signis numeros expressos haberent. Pancirolus quae ex sequenti nostro capite mss., quibus usus est, et D habebant, ad Ducem Libyae pertinere recte quidem vidit, quamvis de duplici Comitis Isauriae officio subdubitans; sed quoniam versum *Dux Libyarum III.* ineptissime explicavit (tertium numero eum Praefectum rei militaris fuisse), et e textu eliminavit, quamvis eum in cod. Maffaeano litteris rubeis scriptum fuisse ipse annotavit, quae vera horum capitum forma sit eum omnino fugit. Morellius etiam (Bibl. ms. p. 390.) quid versus ille significet non intellexit. *Ducem Isauriae* memorat quidem inscr. ap. Gruter. p. 347. n. 8., sed liber noster nullum agnoscit; *Ducem* vero *Libyarum* inter omnes primo loco recenset (cap. I. cit.). Vix autem opus erit iterum iterumque monere numerum illum III. non de gradu vel ordine Ducis Libyarum, sed de evectionibus annalibus ipsi concessis intellegendum esse. — Pancirolus annotavit: „Sequitur in Notitia *Dux Isauriae Libiae* mendose, cui subnectitur officium, quod posset illud esse quo Comes Isauriae utebatur, quemadmodum duplex officium Dux et Praeses Arabiae habebat [cf. cap. XXX. §. II.]; sed quia errore librarii totus hic contextus est confusus, hoc potius ad sequentem Ducem Libyae pertinere putavimus . . "

CAPUT XXVII.

α) Cf. not. praeced.

β) Cf. L. 16. Th. C. de numerariis VIII. 1. et Gothofr. ad h. l. L. 10. Iust. C. de diversis officiis XII. 60. Iustiniani Edict. XIII. capp. 18. sqq.

γ) *Insignia* Ducis Libyarum procul dubio ex libro mandatorum cum inscriptione, ut in ceteris Ducibus habetur, atque ex castellorum figuris, quibus urbium sive praesidiorum burgorumve nomina inscripta erant, constabant.

δ) Quinam sub dispositione Ducis Libyarum fuerint militum numeri, alae, cohortes, plane nescimus. Iustinianus l. c.

Paraetonii (quod hodie vetus fere nomen retinet, *Al-Barelon*) ipsum ducem cum militari manu ad compescendos barbaros stativa castra habere iubet.

ε) *de eodem Officio?* sive *de Schola Agentum in Rebus?* Cf. seqq. capp. §§. II. ⸸⸸. 1.

---

1) Sequentia sine lacunae indicatione in mss. et editis libris post finem antecedentis de Comite Isauriae capitis adiiciuntur. cf. cap. XXVI. not. 10. Unus 𝔈 post nostrum cap. XXVI. quarta columnae parte vacua relicta pergit ita *Sub dispositione . . . Ducis Thebaidos* (cf. seq. cap. §. I.), tum autem post ultimum versum nostri cap. XXVIII. §. I. A., i. e. post verba *hibeofoaseos maioris* novam columnam incipit his verbis: *Comites militaris p Isariā et | pside [? psule?] Numerarios et adiutores | eorū Cōmentarienfem adiutorē | Alibellis fiue fubſcribendariū Ex|ceptores et ceteros offitiales | Dux librarū tertius | Dux thebaidos |* Deinde post quartam columnae partem vacuam sequuntur haec *Et quae de minori* et c. cf. cap. XXVIII. §. I. B.

2) *Humerarios* 𝔅. De Numerariis officii Ducis Libyae, seu Domesticis vel Scriniariis sive Adiutoribus agit L. 16. Th. C. cit., anno 417. emissa.

3) *A Libellis* omisit 𝔄, qui ita habet: *Adiutorem fiue fubfcribendarium.*

4) *fiue refcribēdarīū* 𝔈. *Tòν A Libellis* sive Subscribendarium „vel Regerendarium" Gothofredus (ad L. 16. cit.) loco Scriniariorum fuisse opinatus est.

5) *offitiales* 𝔅𝔈.

6) *librarum* 𝔄𝔅𝔈𝔇𝔈.

7) Hanc §. omiserunt 𝔡𝔢𝔯𝔣𝔣. Cf. ad cap. XXVI. not. 10. Pro numero *III.* 𝔈 habet *tertius*. Cf. not. cit. et supra not. 1.

CAPUT XXVIII.

α) Rubricam et insignium inscriptiones hic non, ut in aliis capitibus, exhibet 𝕮. Cf. ad cap. XXVII. not. 1. — *cum insignibus.* addunt εε. — Cf. ad cap. I. not. 105.

Ad tabulam (pag. 74):

a) Notas mandatorum libro inscriptas ex 𝕬 repetit imago; litterae I et D̃ h. l. desunt. 𝕮 habet FE͡. | INTAL͡L | COMOR͡D | P͡.R | 𝕯 habet FŁ | INTAL͡L | COMOR͡D | P͡R | Per errorem in 𝔡ε¹⁻⁴ est FL | INTALL | COMORD | FR (pro PR) | in ε⁶,⁷ est F. L. | I. N. T. A. LL. | COM. ORD. | P. R. Cf. ad cap. XXII. not. a.

Volumen iuxta librum mandatorum litteras signave inscriptas non habet.

b) *Filari* 𝕮𝕯𝕰. Inscriptiones ex pictura 𝕰 non habet (De picturis ex 𝕭 saepius monui exempla me nulla habere). 𝕰diti nomen *Filarum* omiserunt, ut hoc castellum in iis sine nomine sit. sed Pancirolus annotavit: „Habet (hic Dux) et Nili imaginem depictam: in cuius superioris partis medio est insula munita, cui in manuscriptis inscriptum est FILARI. flumen paululum infra sinistrorsum ramum emittit, mox in duos dividitur, ex quibus dexter insulam efficit, ubi est Diospolis: In medio currentis fluvii inscriptum est FL. NILVS. Praeterea XVIII castra repraesentantur, quorum unum, id est FILARI est in ipso flumine . .“ Cf. infra not. 29.

c) *Hermūd⁹* 𝕬.

d) *Hermūpolis* 𝕬, *Hermipolis* 𝕮𝕯ε⁶,⁷, *Hermipol'* 𝔡, *Hermpol'* ε¹,², *Hermípol'* ε³,⁴.

e) *Lico* 𝕬, *Lato* 𝕮𝕯 editi. Cf. infra not. q. et primum ac sextum §i I. versus.

f) *Tentira* 𝕬, 𝕮𝕯 ut nos habent, *Teneyra* 𝔡εε.

g) *Cufsa* (𝕬?)𝔡εε.

h) *Oafis . maior* ε³,⁴.

i) *Affinis* 𝕬, *affinis* 𝕮, *Asfinus* (𝕯?)𝔡εε.

k) *Thebas* 𝕬𝕮𝕯𝔡εε.

l) *P͡fentia* 𝕬, *Presentia* 𝕮𝕯.

m) DIOPOLIS apud nos operarum errore expressum est pro DIOSPOLIS. Utrum in 𝔄 nomen desit, an a pictore qui mea exempla depinxit omissum sit dubito. *Dispolis* ℭ, *Diospol'* 𝔡𝔢[1..4].

n) *Copto* 𝔄ℭ𝔇𝔡𝔢𝔢. Cf. not. r. et §. I. ✝✝. 4. 13.

o) *Appollosia* 𝔇, *Appollona* 𝔡𝔢𝔢.

p) Nomen (cum castello?) omisit ℭ. *Siena* 𝔇, *Syena* 𝔡𝔢𝔢.

q) *Lyco* 𝔄ℭ𝔇𝔡𝔢𝔢; sed cf. supra not, c.

r) *Copto* 𝔄ℭ𝔇𝔡𝔢𝔢. Cf. not. n.

t) *Maximianopol'9* 𝔄.

---

1) *Thebaidos* operarum errore 𝔢[7].

2) *Lico* mss. ut scripti libb. It. Ant. p. 157. cf. Wesseling. ad h. l. Nomen *Lyco* in 𝔢[1...4]. separatum est a priori versu, puto operarum errore. — *Λύκων* Hierocl. p. 731. inter Thebaidos Inferioris sive Primae (i. e. septemtrionalis) urbes. *Tyconpoli* Tab. Peut. VIII. F, IX. D. Alios de hac Thebaidos in occidentali Nili ripa sita luporum civitate locos vett. scriptt. vid. ap. Cellar. II. p. 816. sq. §. 13. Nomen hodie est *Asiouth* sive *Osiouth*, *Sioouth* ap. Thebanos, *Sioout* s. *Siωout Memphitice*. Cf. D'Anvill. Mém. p. 171. 180. sq. Quatrem. I. p. 274. sq. Champoll. I. p. 276. sqq. Nondum certo loci situm definiri posse Lycopolinque fortasse magis septemtrionem versus prope hodiern. *Monfalut* conditam fuisse demonstrare voluit Mannert. X. 1. p. 385. sq. Vid. etiam Georgii I. p. 435.

3) *Hermopoli* 𝔢𝔢. Latinam formam per *o* habent etiam Amm. Marc. XXII. 16, 2. et maior pars It. Ant. p. 157. codd. scriptorum, et ipse Strab. XVII. p. 813. (p. 1167. ed. Almelov.) „*Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων.*“ In Hierocl. p. 130. pro *ΕΡΜΟΥΗ* legendum esse *ΕΡΜΟΥΠ*. i. e. *Ἑρμοῦ πόλις* s. *Ἑρμούπολις* non dubito. Hanc *Hermopolin (Magnam)*, cognominis nomi metropolin, olim Heptanomidi (Arcadiae) attribuebant, ut Strab. l. c. Plin. V. 9. sect. 11. „. . in Libyco *Lycon*, ubi montes finiunt Thebaidem . ab iis oppida *Mercurii*, Alabastron *rell.*“ Ptol. IV. 5. qui ordine inverso post Alabastropolin Hermopolitam

nomum et metropolin *Hermupolin Magnam* ab occasu fluvii mediterraneam esse rettulit. Thebaidi cum nostro libro civitatem adscribunt Ammianus et Hierocles citt. De situ loci vid. D'Anvill. Mém. p. 173. sq. Quatrem. I. p. 490. sqq. ibiq. citt. Champoll. I. p. 288. sqq. qui hodie vicum *Schmoun* Aegyptiace, *Ashmouneïn* s. *Oshmouneïn* Arabice dictum ibi superesse consentiunt; Mannertus (X. 1. p. 397. sqq.) autem ex Iomarıli descr. Aegypti (tom. IV. p. 159. sqq.) probare tentavit, urbem prope hod. opp. *Minyéh* sitam fuisse.

4) *Tentira* **ABCD** et Tab. Peut. VIII. F, *Tentyrae* **Ebteff.** *Tentyra* It. Ant. p. 159. (ubi *Thentira* codd. quidam). Hierocl. p. 731. habet *Τέντρυα*, mendose. *Tentyra* (neutr. plur. sec. Iuvenal. XV. 35.) usitatior forma fuit, sed *Τεντυρὶς* etiam scribebatur sec. Plin. l. c. et Steph. Byz. h. v. Cf. Cellar. II. p. 819. n. 7. Notissimus est antiquitatis suis monumentis vicus *Dendera*, ut Arabes, *Ni-Tentôre* ut Copti, *Ni-Kentôre*, ut Thebani, *Ni-Kentôri*, ut Memphites dicunt. Cf. D'Anvill. Mém. p. 194. sq. Quatrem. I. p. 146. sqq. Champoll. I. p. 226. sqq. Mannert. X. 1. p. 365. sqq. Georgii I. p. 434.

5) Cf. It. Ant. p. 165. 171. Tab. Peut. VIII. F („*Hermucopto* confusione duorum nominum). *Coptos*, *Κώπτος* s. *Κόπτος*, Coptitae nomi metrop. in dextra Nili ripa (Ptol. I. c.), *πόλις κοινὴ Αἰγυπτίων τε καὶ Ἀράβων* (Strab. XVII. p. 815. ed. Almel. p. 1169.), mercatorum in Aethiopiam Indiamve iter facientium frequentia olim celebris (Plin. l. c. et VI. 23. sect. 26.) et statio Legionis I. Thebaeorum sec. Xenoph. Ephes. a Wesselingio ad Hierocl. p. 732. cit. hodie in vico *Keft*, Arab. *Qift* sive *Qéfth* et ruinis prope eumdem superest. Cf. D'Anvill. Mém. p. 19. sq. 196. Quatrem. I. p. 149. sqq. Champoll. I. p. 223. sqq. Mannert. X. 1. p. 361. sqq. Georgii I. p. 433.

6) *sagittarii poli* **E**. *Diospolis Parva*, cognominis nomi metrop. (Ptol. l. c.) simpliciter *Diospolis* appellatur It. Ant. p. 159. Hierocl. p. 731., *oppidum Iovis* Plin. V. 9. sect. 11. Tab. Peut. VIII. F in his locis errorum plenissima *Diospoli* habet, quod vero nomen de Diospoli Magna (i. e. Thebis, cf.

not. 32.) sumendum esse videtur. Super ruinas civitatis hodiernum vicum *Hou* sive *How*, infra *Denderah* occidentem versus ad sinistram Nili ripam conditum esse perhibent. Cf. D'Anvill. Mém. p. 186. Quatrem. I. p. 502. Champoll. II. 129. sqq. Mannert. X. 1. p. 375. sq.

7) Pancirolus hanc Thebaicam Latopolin a Latonae civitate Aegyptiaca non distinxit, quem eumdem errorem Wesselingius in Simlero reprehendit. Cf. ad It. Ant. p. 156. v. *Letus* (Latonae oppidum in provincia Aegypto) et p. 160. *Lato* (*Λατόπολις* Strab. XVII. p. 817. ed. Almel. p. 1171. *πόλις Λάτων* — lege *Λατώ* — Ptol. l. c.) *Λάττων* Hierocl. p. 732. et vita Pachomii ad h. l. a Wessel. cit. Civitatem hodie *Asnah* s. *Esnèh*, Coptice *Sna* s. *Snè*, ad sinistram fluvii ripam condita locum veteris Latopoleos occupare ferunt. Cf. D'Anvill. Mém. p. 208. Quatrem. I. p. 273. sqq. Champoll. I. p. 184. sqq. Mannert. X. 1. p. 331. sq. Georgii I. p. 426.

8) *Equites sagittarii indigenae* omisit **C**.

9) *Μαξιμιανούπολις* Hierocl. p. 731. inter Tentyra Coptonque. A Maximiano Herculio Aug. nomen habuisse videtur. D'Anvill. Mém. p. 204. in hodierno vico *Nekkadé* paulo supra *Kous* (Apollinopolin Parvam sec. D'Anvill. p. 197. sq. Quatrem. I. p. 192. ibiq. citt. Champoll. I. p. 219.), sed ad occidentalem Nili ripam sito illud oppidum reppperisse sibi visus est. Mannertus (X. 1. p. 361.) autem, quia neque liber noster, neque Hierocles Apollinopolin Parvam memorant, quamvis omnes[?] circumiacentes civitates iidem recenseant, recentius ipsius Apollinopoleos nomen illud a Maximiano inditum esse opinatur.

10) *Indigene:* | **C**, *indigenarum* **C**.

11) *Legiones* r², *Legationis* r⁷.

12) *diocletiano* **ABC**. Cf. cap. VII. §. I. C. ♰. 4.

13) *Ambo* **Edd.** Falso: nomen plurale est. Cf. Iuvenal. l. c. not. 4. et ll. mox allegandos. Ut hodie promiscue *Ambô* et *Ombô* scribunt (Champoll. I. p. 169.), ita veteres *Ambos* et *Ombos* scripserunt; utramque scripturam alii atque alii codd. scripti It. Ant. p. 160. 165. agnoscunt. *Ὄμβοι* (*Ὄμβροι* ut

ed. Erasm. habet etiam Hierocl. p. 732.) Ptol. l. c. *Ombitae nomi*, cuius ut Aethiopiae contermini Plinius V. 9. sect. 9. primo loco inter Thebaidos praefecturas mentionem fecit, metropolis olim fuit. Steph. Byz. „Ὄμβοι, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ . . ." Ruinae oppidi apud hod. vic. *Koum-Ombou* in dextra Nili olim longius ab hoc loco remoti supersunt; situm exactissime indicat Champoll. I. p. 167. Cf. Cellar. II. p. 827. n. δ. D'Anvill. Mém. p. 211. sq. Mannert. X. 1. p. 326. Georgii I. p. 425.

14) *Constancia* 𝕭.

15) *thebeorum* 𝕭𝕮. Cf. cap. VI. §. I. C. ✝. 7.

16) Ita mss. *Cussa* 𝕯, *Cussae* reff. *Cusis* It. Ant. p. 157. *Κοῦσαι* Meletius ap. Wesseling. ad ill. loc. *Chusis* alii mss. Itinerarii codd. habent, eamdemque scripturam confirmat Aelian. nat. anim. X. 17. Hieroclis p. 730. *Κάσος* in *Κοῦσαι* mutandum esse, ut Wesselingius annotavit, demonstrat etiam scriptura schedarum Leidensium, in quibus *Ακουασα* scriptum est. Steph. Byz. v. *Κῶς*, i. f. „ἔςι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις Κῶς." Constat nomen oppidi in nomine Arabico hodierni vici *Cussiéh* sive *Qoussïah* superesse, et distinctius in Aegyptiaco *Cous*, *Cus* s. *Côs*. Situs est is vicus in occidentali ripa, fere inter *Monfalut* et *Melaui* Cf. D'Anvill. Mém. p. 180. Quatrem. I. p. 189. sqq. Champoll. I. p. 284. sq. (qui inter se de nomine *Kos-kam* non consentiunt). Videsis etiam Mannert. X. 1. p. 388.

17) *III.* 𝕮.

18) *Diocleciana* 𝕯. Cf. not. 12.

19) *p̃ntia* 𝕮. Bonus Pancirolus annotavit „*Praesentia* est locus Thebaidis." Locum eius nominis quum inter Thebaidis oppida omnino non videam, me continere nequeo, quin *Praesidia* olim scriptum fuisse suspicer, atque de *Θηβαϊκῇ φυλακῇ*, de Thebaico Praesidio, quod testibus Strabone XVII. p. 813. (ed. Almel. p. 1167.) et Agatharchide (Geogr. Gr. minor. ed. Hudson. I. p. 22.) ac Ptolemaeo IV. 5. fines Thebaidos, ut Hermopolitanum Praesidium Heptanomidis fines olim defendebat, cogitem. *Thebaicum* hoc *Praesidium* consentiunt in loco ho-

dierni vici *Tarut-* (*s. Tarouth-*) *Esshérif*, qui Aegyptiace *Terôt*, Arabice *Darouah* sive *Darouth-Ssarban* nominatur, conditum olim fuisse. Est autem is vicus VI fere M. P. infra *Qoussiéh* (Cusas. cf. not. 16.) in eadem Nili ripa situs. Cf. D'Anvill. Mém. p. 273. Champoll. I. p. 288. Mannert. X. 1. p. 401. sq.

20) *II. C.*

21) *apollonos CD*, *Apollnos C.*

22) *Apollinopolis Magna*, s. *Superior* (i. e. meridionalis) *Ἀπόλλωνος πόλις* Strab. XVII. p. 817. (ed. Almelov. p. 1171.), *Apollinis (urbs)* Plin. V. 9. sect. 11., *Ἀπόλλωνος πόλις μεγάλη* Ptol. l. c., *Apollonos Superioris* It. Ant. p. 160. *Ἀπολλωνίας* Hierocl. p. 732. Coptice *Atbô*, Arabice *Odfoû* sive *Edfoû* nomen habet. Vicus hodie est in sinistra Nili ripa, cum admirandis templi ruinis. Cf. D'Anvill. Mém. p. 209. Quatrem. I. p. 44. sq. Champoll. I. p. 174. sqq. Mannert. X. 1. p. 328. sqq. Georgii I. p. 425. sq.

23) *Millites* f'.

24) Mirum in modum Pancirolus se vexavit, ut nomen Miliarensium explicaret: de miliaria ave, de Miliarensi porticu, de flumine quodam Daciae verba fecit; etiam de Mauritaniae Caesariensis loco, cui *Alae Miliariensis* nomen fuit (Bingham. tom. III. p. 613. n. 2. Morcelli Africa Christian. tom. I. p. 40. 73.), eum, quod alii fecerunt, dicturum fuisse, si novisset, certum esse videtur, atque postremo sibi non displicere fatetur „*Miliarenses* dici, quod a prima alicuius legionis cohorte sint contracti; illa vero *Miliaria* vocabatur, quia e MCV peditibus constabat. Veget. II. 6. et Gloss. ad L. 2. pr. D. de his qui not. inf. III. 2. ad v. *cohortis.*" Recte hoc quidem. De CH . . MILIARENSE est lapis apud Marin. Atti p. 630. n. 1. Alarum et Cohortium Miliariarum non uno loco liber noster mentionem fecit, eaedemque in inscriptionibus passim leguntur. Cf. e. gr. Indicc. Gruter. et Orell. vv. *Ala* et *Coh.* Similiter Cohors secunda, peditibus DLV, equitibus LXVI constans *quingentaria* nominabatur (cf. cap. XXIX. §. I. B, ỿ. 9.). Verba Vegetii l. c. haec sunt: „Sciendum est autem in una legione

decem cohortes esse debere . sed *prima cohors* reliquas et numero militum et dignitate praecedit: nam genere atque institutione litterarum viros selectissimos quaerit. haec enim suscipit Aquilam ... haec imagines imperatorum ... veneratur. habet pedites mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos, et appellatur *Cohors miliaria*" h. e. a milibus gregariis, quos continebat, militibus. Cf. Interpp. ad h. l. Paulo post addit Veget. „Minor . . numerus armatorum [quam 6100 pedites, 626 equites] in una legione esse non debet; maior autem interdum esse consuevit, si non tantum unam cohortem, sed etiam alias *miliarias* fuerit iussa suscipere." Id. II. 12. „Decem cohortes habere legionem diximus; sed prima erat miliaria, in qua censu, genere, litteris, forma, virtute pollentes milites mittebantur [? militabantur] . huic Tribunus praeerat armorum scientia, virtute corporis, morum honestate praecipuus." De *Syena* Strab. XVII. p. 817. (ed. Almel. p. 1172.) „*Εἰσὶ δὲ ἐνταῦθα τρεῖς σπεῖραι Ῥωμαίων ἱδρυμέναι φρουρᾶς χάριν.*" Et Plin. V. 9. sect. 10. „Syene . . in qua castra sunt, latere Arabiae." Iuvenalis olim, teste Suetonio, postquam in suspicionem venerat „quasi tempora praesentia figurate notasset, statim per honorem militiolae, quamquam octogenarius, urbe summotus missusque ad praefecturam cohortis in extremam Aegypti partem tendentis." Syenae itaque in praesidio fuit eximius poeta.

25) *ſyene* CD. It. Ant. p. 164. Tab. Peut. VIII. F. Alios vett. locc. vid. ap. Cellar. II. p. 827. sq. ε. p. 952. §. 13. num. 4. Celeberrimi olim Thebaidem contra Arabiam defendentis loci, cui ab aperienda Aegypto nomen inditum est, appellatio Arabica *Osouan* s. *Asuan*, Coptica *Souan* est. Cf. D'Anvill. Mém. p. 214. Quatrem. I. p. 280. Champoll. I. p. 161. sqq. Mannert. X. 1. p. 321. sqq. Georgii I. p. 424.

26) *Valentiana* C. Suntne *Valentinianenses*, de quibus cap. VII. §. I. C. ✝. 20.?

27) Cf. supra not. 5.

28) Cf. cap. VII. §. I. C, ✝. 3.

29) Totum versum omisit 𝔈. *Filis* 𝔡𝔢𝔣𝔣. *Filas* habent etiam mss. It. Ant. p. 164. „male tamen et ex barbari temporis usu“ annotavit Wesselingius; sed barbari temporis usus bene convenit barbari temporis libris. Locos vett. vid. ap. Wessel. l. c. et Cellar. II. p. 828. §. 14. η. Mannert. X. 1. p. 235. sqq. Insula „qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura Regni claustra Philae“ (Lucan. Phars. X. 312. sq.) Aegyptiace *Pilak* (i. e. limes) dicebatur; Arabes hodie *Djezirel-el-Birbé* (i. e. Insulam Templi) eam appellant. Cf. D'Anvill. Mém. p. 214. sq. Quatrem. I. p. 380. sqq. Champoll. I. p. 154. sqq. et elegantissimum libellum Gustavi Parthey De Philis insula. Berol. 1830. 8°.

30) *III.* 𝔈.

31) *Diocletia:* 𝔅𝔈𝔇. Cf. cap. VII. §. I. C, γ. 4.

32) *Thebis* 𝔡𝔢𝔣𝔣. It. Ant. p. 165. Cf. interpp. ad h. l. et Cellar. II. p. 826. Mannert. X. 1. p. 334. sqq. — „Urbem priscis saeculis conditam ambitiosa moenium strue et portarum centum quondam aditibus celebrem *Hecatompylas Thebas* institutores ex facto cognominarunt.“ Amm. Marc. XVII. 4, 2. Diodorus ea splendidiorem, ait, numquam sol vidit urbem. Graeci eam *Διόσπολιν μεγάλην* nominaverunt, *Tapé* Aegyptii, quod nomen *caput* significare Champollio I. p. 216. docet. Admirandae templorum ruinae, giganteae hominum deorumque figurae, columnarum immensae formae propylaeorum aliaeque antiquitatis reliquiae incredibilem olim urbis magnitudinem hodieque testantur; nominaque *Louqsor, Qarnak* vicique *Medinet-Abou* sive *Medinet-Tâbou* nemini fere inaudita erunt. Cf. Norden. II. p. 115. sqq. D'Anvill. Mém. p. 198. sqq. Quatrem. I. p. 249. sqq. Champoll. I. p. 199...219. Georgii I. p. 427...33.

33) *II.* 𝔈.

34) *Valentiana*, ut 𝔈 supra (cf. not. 26.) habet? Cf. cap. VI. §. I. C, γ. 8.

35) It. Ant. p. 160. Cf. interpp. ad h. l. et quos Cellar. II. p. 820. num. 8. citavit vett. locc. Non procul supra Thebas ad sinistram Nili ripam haec cognominis nomi olim

metropolis sita fuit, ubi hodie vetus nomen retinens vicus *Erment* s. *Armend*, qui *Ermont* Aegyptiaco dicitur, conditus est. Cf. Norden. II. p. 134. III. p. 226. D'Anvill. Mém. p. 207. Quatrem. I. p. 272. Champoll. I. p. 195. sqq. Mannert. X. 1. p. 333. sq. Georgii I. p. 427.

36) *foelices* B.

37) Cf. cap. VI. §. I. B, †. 2., quo Panciroli'sententia, hos equites ex Vexillationibus Comitatensibus fuisse, refellitur.

38) *Asphynis* deff. Graecis *Ἀφροδίτης πόλις*. Strab. XVII. p. 817. (ed. Almelov. p. 1171.) Aegyptiaco et Arabice *Asfoun*, cuius nominis vicus paulo infra *Esnéh* (cf. not. 7.) ad sinistram fluvii ripam hodieque exstat. Cf. Norden. II. p. 138. III. p. 123. D'Anvill. Mém. p. 208. Champoll. I. p. 191. sq. Mannert. X. 1. p. 332. sq. Georgii I. p. 427.

39) Cf. infra B, †. 13. *Abasgi* s. *Abasci*, Colchidis populus. Iustinian. Novell. XXVIII. praef. i. f. „.. *ἄλλα τὲ μετ' ἐκείνην* (i. e. Tzanorum regionem) *ἔθνη καθεςᾶσι Σουανοί τε καὶ Σκύμνοι καὶ Ἀψίλαι καὶ Ἀβασγοὶ καὶ ἕτερα νῦν φίλιά τε καὶ ἡμέτερα.*" Procop. bell. Pers. II. 29. (tom. I. p. 288. ed. Bonn.) „. . *ὁ Καύκασος. ἐνταῦθα ἔθνη ἄλλα τε πολλὰ καὶ Ἀλανοί τε καὶ Ἀβασγοὶ ᾤκηνται Χριςιανοῖς τε καὶ Ῥωμαίοις φίλοι ἐκ παλαιοῦ ὄντες.*" Idem B. Goth. IV. 3. (ed. Bonn. II. p. 471.) „*Μετὰ δὲ Ἀψιλίους τε καὶ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἑτέραν ἀρχὴν ἐς τὴν παραλίαν Ἀβασγοὶ ᾤκηνται, ἄχρι ἐς τὰ Καυκάσια ὄρη διήκοντες. οἱ δὲ Ἀβασγοὶ Λαζῶν μὲν κατήκοοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν, ἄρχοντας δὲ ὁμογενεῖς δύο ἐς ἀεὶ εἶχον. κ. τ. λ.*" Id. ibid. IV. 4. „*Μετὰ δὲ τοὺς Ἀβασγῶν ὅρους κατὰ μὲν τὸ ὄρος τὸ Καυκάσιον Βροῦχοι ᾤκηνται, Ἀβασγῶν τὲ καὶ Ἀλανῶν μεταξὺ ὄντες.*" Cf. ibid. IV. 9. et Steph. Byz. „*Σάννιγαι ἔθνος Σκυθίας, τοῖς Ἀβασγοῖς παρακείμενον.*" Excerpt. e Theophanis hist. (p. 486. ed. Bonn.) „. . . *καὶ τοῖς μὲν Ἀρμενίοις συνεμάχουν Κόλχοι, Ἀβασγοὶ καὶ Σαρώης ὁ Ἀλανῶν βασιλεύς.*" Constantin. Porphyr. Imp. Or. II. 42. i. f. „. . *τὸ παραθαλάσσιον ἀπὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς Ζιχίας ἤτοι Νικόψεως ποταμοῦ ἐςὶν ἡ τῆς Ἀβασγίας χώρα μέχρι τοῦ*

κάςρου Σωτηριουπόλεως· εἰσὶ δὲ μίλια τ'." *Abaciam* hodieque regionem Abasgorum, atque hos *Abazos* appellant. Cf. Iaubert (Voyage en Arménie *etc.* Paris. 1821. 8°.) p. 101. et tabul. geogr. adiectam. Videsis Georgii I. p. 143. sq.

40) *hibeofo afeos* 𝔄, *Hibeofo afeos* 𝔅, *hibeofo. Afe|os* ℭ, *Hibe Osoaseos* 𝔇, *Hibeosoaseos* 𝔈. „Codex Ursini legit *Hipus Oaseos*" annotavit Pancirolus. *Hibe Oaseos* 𝔡𝔢$^{1\ldots4,6}$𝔣𝔣, *Hibes Oaseos* 𝔢^{7}. Inde recentiores omnes oppidum *Hibe Oaseos Maioris* effinxerunt. perperam. *Ἴβεως* (i. e. *πόλις*) sive *Ibēum* vel *Ibīum* loci nomen fuisse contendo, quod cave ne cum *Ibin* [*Ἰβείου*] It. Ant. p. 157. (cuius locum *Taha-el-Modaïn* hodie obtinere putat D'Anvill. Mém. p. 173. cf. Champoll. I. p. 295. sqq.) confundas. Perversa scriptura, quam edita Notitiae nostrae exemplaria praebent, fefellit D'Anvill. Mém. p. 188. Champoll. II. p. 286. Mannert. X. 1. p. 472. Reichardum (tab. geogr. Aeg.), Iomardum (Voyage a l'Oasis de Thêbes par F. Cailliaud. Paris. 1821. fol. p. 48.) et I. G. Wilkinson (Topography of Thebes, and general view of Egypt. Lond. 1835. 8°. p. 361. sq.). Et hi quidem affirmare ausi sunt „*Hibe* caput sive metropolis Oaseos Maioris fuit." Propter illam scripturam etiam Wesselingius (ad It. Ant. l. c.) rectum non vidit, sed falsam Cuiacii (Obss. XX. 31.) opinionem tuitus est: Cuiacius enim eum de Oasena deportatione scriberet (de qua vid. etiam Gothofr. ad L. un. Th. C. de Nili aggerib. IX. 32. et imprimis Io. Val. Francke, Ueber ein Einschiebsel Tribonians beim Ulpian, die Verbannung nach der großen Oase betreffend. Kiel 1819. 8°.), *Ibin* idem esse atque *Oasin Maiorem* affirmavit; quod Stephani quidem Byz. verba, ut hodie exprimuntur, „*Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου*" confirmare videntur; sed nego tamen cum Gundlingio (Von Nestorianismo, in Grundlingianis, part. XXXV. p. 537.), Ibin idem esse atque Oasin Maiorem, legerimque apud Stephanum pro v. *πόλις* aut *χωρίον*, aut *τόπος*, ut Schol. Basilic. Fabrot. VII. p. 867. habet. De Nestorii epistola mox dicam. Utrumque recte dico, Bonnae me habitare atque in Borussia Rhenana domicilium

nenm esse; neque vero Bonnam idem esse atque Borussiam Rhenanam quisquam dixerit. Sed in eo Gundlingius erravit, quod *Ibin* non procul ab Oasi fuisse affirmavit: nam *Ibium* s. *Ibeos* ipsius Oaseos oppidum fuisse vel ex uno loco nostro satis apparet. *Hibeos* (Ἴβεως et Ἴβιδος, *Ibidis*. cf. Schneider. Lat. Gramm. II. 1. p. 199. Buttmann. Griech. Gramm. §. 51.) genitivus est nominis *Ibis* (avis Aegyptiace *Hip* dictae sec. Champoll. l. p. 296. sq.), et nomen loci Ἴβεως (πόλις) sive *Ibeum* aut *Ibium* fuisse nullum dubium habet, atque Wesselingius iam olim post alias sed temerarias coniecturas Ἰβεῖον appellatum fuisse illud oppidum, quod inter Oxyrynchum Hermopolimque conditum fuit, recte opinatus est. Wilkinsonus narrat prope templum Ammonis non procul ab hodierno Oaseos Maioris (*El-Wah*) oppido *El-Khargeh* antiquum *Ibis* oppidum fuisse, quod Aegyptiace *Hebi*, Coptice *Hibé* scriberent, nomine a plaustro desumpto, sub cuius signo in hieroglyphicis scripturis haud raro appareret. Ex loco nostro, ut in editis est, etiam Cellarius II. p. 815. de oppido vel castello, *Ibis* vel *Hibis* nomine locutus est, quasi nomen *Hibe* ablativo casu positum esset. Sed apud Evagrium ipsum oppidum *Ibis* (non Ἴβεως πόλις aut Ἰβεῖον) dicitur, neque vero ex eiusdem scriptoris (Hist. eccl. l. 7. ed. Reading. tom. III. p. 258. sq.) sive Nestorii verbis effici potest *Ibin* atque *Oasin* ipsam eadem fuisse, quod eximii viri Cuiacius Wesselingiusque putaverunt. Recitantur apud Evagrium ex Nestorii ad Praesidem Thebaidos scripta epistola inter alia haec verba: „. . . Ὄασιν τὴν καὶ Ἶβιν ἐκ θεσπίσματος βασιλικοῦ κατοικοῦμεν . . . ἐπειδὴ δὲ ἐκ βάθρων μὲν ἡ προειρημένη καὶ [Valesius vult διὰ; sed neque tum locus sanus est; nam excidit aliquid.] βαρβαρικῆς αἰχμαλωσίας, καὶ πυρὶ καὶ σφαγαῖς ἐκλελίκμηται, ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων . . ἀπολελύμεθα κ. τ. λ.“ et paulo post ex eiusdem ad eumdem epistola altera: „Ὀάσεως τῆς Ἴβεως ἐκ πολλῶν πρώην ἀφανισθείσης τοῦ τῶν Νομάδων πλήθους ἐπ' αὐτὴν ἀναδραμόντος.“ Henricus quidem Valesius vertit „*Oasim incolimus, quae alio nomine Ibis dicitur*“, et tum

„Oasis, quae et Ibis dicitur.“ sed Nestorium de Oasi et quidem ipsius civitate Ibi locutum esse apparet: nam haereseos causa damnatus Nestorius (cf. L. 66. Th. C. de haeret. XVI. 5. Zonar. Ann. XIII. 22. edit. du Fresne tom. II. p. 42.) in locum, quem barbari, i. e. Blemmyes, igni ferroque postea devastati sunt, deportatus fuerat; Oasin autem Blemmyes certe non diruerunt, sed oppidum illud Oaseos, i. e. Ibin. Quam rem ad aetatem libri nostri definiendam aliquod momentum habere obiter moneo. Nestorius circa ann. CDXL. diem supremum obiisse fertur. — Sunt etiam qui Plinii (V. 4. sect. 4.) verba *„Ibi civitas Oeensis“* contra verissimam Cuiacii (Obss. VIII. 27.) sententiam de Ibio nostro intellegenda esse censuerunt; Plinii vero locus de regione Syrtium est. A vero itaque omnino aberravit Iomardus l. c. scribens: „C'est avec raison que ce nom *[Hibe]* a été rapproché, par M. Langlès, du nom de *Ibi*, dont Pline fait mention *„Ibi civitas Oeensis* (lisez *Oasensis*), et l'on peut regarder *Hibe* ou *Hibi* comme le nom ancien de la capitale de l'Oasis Thebaïque.“ Nomen *Hibe* sive *Hibi* ex puro errore enatum est.

41) *Oasim Maiorem* hodie *El-Wah* nominari not. 40. dictum est. *Ouahé-Psoï*, i. e. Oasis quae e regione civitatis *Psoï* (Ptolemaidos) est, Aegyptiace dicebatur sec. Champoll. II. p. 285. Cf. Cellar. II. p. 814. sqq. D'Anvill. Mém. p. 186. sqq. Mannert. X. 1. p. 472. sq. et praecipue Cailliaud et Iomard. not. 40. citt. atque descriptionem Oaseos eiusque metropoleos *El-Khargéh* in ephemeridibus „Journal des Savants“ Mart. anni 1838. p. 183. sqq., ubi Letronnius de Hoskinsii libro“ Visit to the great Oasis of the Libyan Desert. Lond. 1837. 8°.“ disputavit. Videsis etiam Georgii I. p. 444. sq. — Quod Labbacus ad hunc versum annotavit, id temerarium esse mihi videtur: „Submitterem libens versum hunc iis, quae de minore Laterculo emittuntur: nec alam primam a secunda disiungerem.“ Nam quod infra (B, ✝. 13.) *Ala Prima Abasgorum Oasi Maiore* redit, non probat e maiori laterculo emissam non fuisse eam huius alae partem, quae *Ibiu* (= Hibeos) sta-

tiva habuit; immo, hunc versum recte hic collocatum esse argumento sunt etiam pictorum castellorum inscriptiones, quae pleraeque fere omnes ea tantum oppida designant, in quibus e maiori latereulo emissi milites degebant. Neque mirum est in hac insula, ut ita dicam, satis ampla, ut deportatorum magnum caperet numerum, damnatis custodiendis milites per diversa loca dispositos fuisse.

42) Hic 𝔈 capitis nostri XXVII. posteriorem partem intericetam habet. cf. not. 1. ad cit. cap. XXVII.

43) *minori* 𝔈.

44) Cf. ad cap. XVI. not. *a*.

45) *poisari et ẽidos* 𝔄, *Poifarietẽidos* 𝔅, *poifari|etenidos* 𝔆, *Poisarietenidos* 𝔇, *Poifarietemi|dos* 𝔈. *Peos Artemidos* It. Ant. p. 167. VIII M. P. ab *Antinou*, XXXIV M. P. a *Musis* (cf. not. sq. et ad cap. XXV. not. 66.). In aliis libris ibi est *Peusartemidos*, in aliis *Peusarthemidos*, in aliis *Pons Artemidos*. Pancirolus voluit *Polis Artemidos*. Surita D'Anvilliusque (Mém. p. 177.) atque post Iomardum Mannertus X. 1. p. 409. *Σπέος Ἀρτέμιδος, antrum Dianae,* esse putaverunt; sed Surita quidem iam a Wesselingio notatus est, quod nomina *σπέος*, antrum, et *πέος* per errorem confudit. Mihi non improbabilem rem facere videretur siquis nomen *Πέος Ἀρτέμιδος* defenderet: Isidis Dianaeque comparatio inauditi nihil habet, neque Isidis de virili Osiridis membro sollicitudines iis qui Aegyptiacas fabulas callent, ignotae sunt; atque constat, quod Wesselingius annotavit, insolens non fuisse, ut ab hominum membris nomina locis venirent; alias ipse coniecturas proposuit. Iam D'Anvillius docuit illud oppidum prope hod. vicum *Beni-Hasan* in dextra Nili ripa infra *Ensene* situm, ubi templorum in rupibus exstructorum reliquiae supersunt, quaerendum esse; consentiuntque Iomardus Mannertusque, quorum ille de hypogaeis prope dictum vicum videndus est. Cf. Georgii I. p. 436.

46) *Pesela* (?) 𝔄, *Pesca* $t^{3,4}$. *Pesla* It. Ant. p. 164., diversus a Ptolemaei (IV. 5.) Passalo locus, si utrique fides habenda est; nam hanc *Passalum* inter *Antaeu* et *Panos civi-*

tates mediam collocavit, ut cum *Selino* It. Ant. p. 166. potius convenire videatur. Dabo ex It. Ant. p. 164 ... 67. *„Iter per partem Arabicam trans Nilum: Contra Pselcis* M. P. XI. *Contra Talmis* M. P. XXIIII. *Contra Taphis* M. P. X. *Philas* M. P. XXIIII. *Syene* M. P. III. [p. 165.] *Ombos* M. P. XXX. *Contra Apollonos* M. P. XL. *Contra Lato* M. P. XL. *Thebas* M. P. XL. *Vico Apollonos* M. P. XXII. *Copton* M. P. XXII. [p. 166.] *Chenoboscio* M. P. XL. *Thomu* M. P. L. *Pano* M. P. IIII. *Selino* M. P. XVI. *Anteu* M. P. XVI. *Muthi* M. P. VIII. [p. 167.] *Isiu* M. P. XXIIII. *Hieracon* M. P. XX. *Pesla* M. P. XXVIII. *Antinou* M. P. XXIIII. *Peos Artemidos*" cf. cap. XXV. not. 66. Secundum D'Anvill. (cf. Mém. p. 190.) *Pescla* s. *Pesla* in hod. vico *Qousseïr (Kusseïr)*, paulo infra *Qoussiéh* (cf. not. 16.), sed in dextra Nili ripa quaerenda est; aliter Mannertus X. 1. p. 393., qui tamen dum D'Anvillium vituperat, ipse in complures errores eosque non minimos incidit; nam *Hieracon*(polin), quam Itinerarium l. c. indicat, exstitisse negat (cf. infra ỷ. 16.), et de praesidiis in ripa *occidentali* contra Arabum ex vicinis montibus orientalibus incursiones constitutis verba facit.

47) *Brittonum* 𝕮𝕯.

48) *Isui* 𝔡𝔢𝔯𝔣𝔣. *„Isiu* est apud ... Madrucianum" *Pancirolus.* Sine dubio Madrucianus, ut nostri *Ifiu [Ifiu]* habuit. De scriptura dubium esse nequit. Cf. It. Ant. not. 46. cit. De diversis *'Ισειοις* Aegyptiacis cf. Wesseling. ad It. Ant. p. 156. D'Anvill. Mém. p. 86. 164. 190. Champoll. I. p. 322. II. p. 193. sqq. Sec. It. Ant. l. c. hoc *Isium* XXXII M. P. infra Antaeopolim fuit, ut fere contra *Sioout* (cf. not. 2.) quaerendum esset. Cf. D'Anvill. p. 190. Mannert. X. 1. p. 392.

49) Dubitari potest, utrum de *Iberis* Asiaticis an Hispanicis h. l. sermo sit; cf. cap. IV. §. I. D, ỷ. 12. not. 52. Asiatici, Europaei, Afrique milites e minori latereulo emissi sub Duce Thebaidos fuerunt.

50) *Thmoi* 𝔄(?)𝔡𝔢𝔯𝔣𝔣, *Thmoū* 𝔅, *thmij* 𝕮. Pancirolus de *Thmui* in Delta parvo incogitanter ad h. l. annotavit, Mannertusque (X. 1. p. 327.) hunc locum cum Ptolemaei *Tou* in-

fra Ombos male confudit. Sermo est de loco inter Chenoboscium Panopolimque, *Thomu* in It. Ant. (not. 46. cit.) dicto, et ab hac urbe IV M. P. remoto, ut itaque in hod. vico *Essaoïe* supra *Schmin* s. *Chmim* s. *Akhmim, Ikhmim vel Ekhmim,* quae nomina Panopoleos sive Chemmis sunt, quaerendus esset. Cf. D'Anvill. Mém. p. 193. De significatione nominis *Thmoui* cf. Quatrem. I. p. 132. Champoll. II. p. 117. sqq.

51) Pancirolus dormitans, ut videtur, annotavit: „Ala est ex *Neptunio* oppido Italiae, olim *Antium* dicto."

52) Ita mss. *Chenoboscio* rell. Dicebatur τὰ Χηνοβόσκια et ἡ Χηνοβοσκία et τὸ Χηνοβόσκιον. *Cenoboscio* habet Tab. Peut. VIII. F. Cf. Interpp. ad It. Ant. not. 46. cit., Cellar. II. p. 824., D'Anvill. Mém. p. 193. sq., Quatrem. I. p. 447., Champoll. I. p. 241. sqq., quos omnes Mannertus (X. 1. p. 372.) non novisse videtur. Aegyptiace *Schénésêt* haec anserum pascua dicebantur, sitaque fuerunt ubi hodie *Kasr- (Qassr-) Essaïad* exstat, de cuius situ contra D'Anvillium videndus est Champoll. I. p. 243. 245.

53) *III.* C.

54) *Diomedariorum* C. Camelis dromadibus sive Dromedariis utebantur. Aut *Dromedariariorum* scribendum aut nomen explicandum est ut *Equus* pro *Equite.*

55) Cf. supra not. 9.

56) *VIII.* C.

57) *Palmirenorum* D, *pa-|dimyrenoru͞ (*C. Cf. ad cap. VI. not. 18. cap. XXXI. §. I. A, ✝. 13. not. 21.

58) *fenitiois* C, *foenitionf* D, *Foenitionis* C, *Phoenicone* rell. It. Ant. p. 171. sq. 173. sq. habet: „*Iter a Copto* [cf. not. 5.] *Beronicem* [ad sinum Arabicum] *usque M. P. CCVIII.* (al. CCLVIII.) *Peniconon* [al. *Peniconiconon*] M. P. XXIIII. (al. XXVII.) *Didime* M. P. XXIIII. *Aphrodito* M. P. XX." et c. Vid. Wesseling. ad h. l. Tab. Peut. VIII. F „*Hormucopto* XII. *Phenice.* XXIIII. *Affrodites.* XX. *Dydymos.*" Cf. D'Anvill. Mém. p. 197. Mannert. X. 1. p. 28.

59) *VII.* C.

60) Cf. ad cap. IV. not. 29.

61) *uolumptaria* 𝔅𝔇𝔈. Lapides Cohortes Voluntariorum civium Rom. XIII., XVI., XXXII. memorant, cf. Gruter. 454, 8. 9. Reines. VIII, 80. Orell. n. 512. Steiner. n. 77. sqq. *Volones* etiam antea dicebantur. cf. Capitolin. M. Antonin. c. 21. et Casaub. ad h. l. „qui, cum vel propter aetatem vel quod legitima stipendia confecissent, cogi non possent, sponte militabant. *Evocati* postea dicti sunt, hoc est, inquit Dio, *ἀνάκλητοι.*" Sed Evocatorum nomen speciale fuit eorum qui post legitima stipendia facta necessitate quadam urgente nomen denuo militiae dabant, Voluntariorum nomen generale est.

62) *contra lata* 𝔄𝔅ℭ𝔇, *Lato* omisit 𝔈. cf. not. sq. *Contra Lato* It. Ant. not. 46. cit. *Latopolis* vetus *Asnah* s. *Esneh* hodie dicitur, ut supra (not. 7.) annotavimus; contra eam in dextra Nili ripa est hodie *Beni-Asser*, ubi templi reliquiae supersunt. Cf. D'Anvill. Mém. p. 210. sq. Champoll. I. p. 191. Mannert. X. 1. p. 332.

63) *Ala Prima Francorum* omisit 𝔈. cf. not. 62. et Orell. num. 4969. *Ala I. Francorum* iterum memoratur cap. XXXI. §. I. B, ✝. 3. De Francorum populis ad inferioris Rheni utramque ripam hoc tempore sedentibus lectores ablego ad Cluver. German. III. 20. p. 82. Vales. Not. Gall. p. 200. sqq. et interpp. ad Amm. Marc. XVII. 8, 3. Menson. Alting. I. p. 68. sq. Mannert. III. p. 210. sqq. Raepsaet, Analyse . . . des Belges *et c.* Gand. 1824. 8°. I. p. 66. sqq. sive Opp. III. p. 83. sqq. Ledebur. Bruelerer p. 63. sqq. eiusdemque „Blicke auf die Literatur . . . zur Kenntniss Germanicus. Berolin. 1837. 8°. praecipue p. 65. sq. Müller, Die Marken des Vaterl. p. 176. sqq.

64) *Contra* omiserunt 𝔇𝔡𝔢𝔣𝔣, *cl͞ra* ante *Francorum* habet 𝔅. De 𝔈 cf. nott. 62. 63. *Appollonos* 𝔇, *Apolonos* 𝔈. *Contra Apollonos* vera scriptura est; nam de praesidio in orientali ripa sermo est. Cf. It. Ant. not. 46. cit. Contra *Apollinopolin Magnam*, hod. *Atbô* s. *Edfu* (cf. not. 22.), hodie vicus non est. Cf. D'Anvill. Mém. p. 211. Mannert X. 1. p. 330.

65) *Iouiacata fractan pampane* 𝔄𝔅, *iouiacata . fraclūmpampane* ℭ, *iouia cata fractampampane* 𝔇, *Iouia catafracta | pampane* 𝔈, *Iouia catafracta Ripampane* (*Ripampanae* $\varepsilon^{6,7}$.) 𝔡𝔢𝔣𝔣. Pancirolus annot. „Mss. legunt *Pampanae*, ut ap. Ptol., quam lectionem probo." Sed cf. infra. De nomine *Iovia* dixi ad cap. IV. not. 29., de Cataphractariis vid. ad cap. IV. not. 16. — *Πάμπανις* ap. Ptol. IV. 5. Tentyritae nomi vicus mediterraneus esse refertur. Simlerus et Surita locum Itinerarii Ant. p. 159. ubi *Papa* a Contra-Copto VIII, ab Hermunthi XXX M. P. abesse indicatur, cum nostro loco comparaverunt, eosque secutus est Mannert. X. 1. p. 369. sq.; quod utrum recte factum sit nec no Wesselingius addubitavit; non recte factum esse D'Anvillius (Mém. p. 195.) putat, qui Pampanem in loco *Barbanda* prope *Denderah* quaerendum esse voluit, *Papam* IX fere M. P. supra eum locum collocavit, numeros Itinerarii minus accurate sequens. Champollio (I. p. 225. sq.) Aegyptiacum nomen *Pampan* fuisse coniecit, hodiernum, quo Arabes utuntur, *Bamban* esse refert. Quatremère I. p. 249. Papam in hod. *Medinet-Abou* (urbs sancti) repperisse sibi visus est; sed hoc cum numeris Itinerarii minime convenit. Cf. etiam supra not. 32.

66) *VIII.* ℭ.

67) *Abidum* 𝔅ℭ. *Abydenorum?* nam *τὸ ἐθνικὸν Abydi*, sive Hellespontiacae, sive Thebaicae, sive ex Stephano Byz. Abydi Peucetiae addere velis, *Abydenus* est. *Abydus* Thinitae nomi, Straboni XVII. p. 813. Plinio V. 9. sect. 11. ac Ptolemaeo IV. 5. (quos Cellar. II. p. 818. §. 13. num. 5. *β* transcripsit), item Amm. Marc. XIX. 12, 3. („Oppidum est *Abydum* in Thebaidis parte situm extrema ..." Add. interpp. ad It. Ant. p. 158. et Solin. c. 32.) celebratum oppidum, „Memnonis regia et Osiris templo inclitum", a Ptolemaide XXII, a Diospoli Parva XXVIII M. P. atque „VII M. D passuum in Libyam remotum a flumine." *Abydum* hanc Coptice *Niphaiat* dici minus recte, ut docuit Champollio, opinatus est Kircherus; cf. Quatrem. I. p. 370. sq.; sed sec. D'Anvill. Mém. p. 185.

appellatur *Madfuné*, i. e. urbs sepulta, cuius situs omnino cum Itinerarii atque Plinii numeris convenit, atque prope quem locum ruinae templi olim celeberrimi, Arabice *El-Berbi* dicti, hodieque supersunt. Fusius de *Abydo* (Aegyptiace *Εβωτ*) disputavit Quatremère in libro „Observations sur quelques points de la géographie de l'Egypte. Paris. 1812. 8o." p. 18. sqq. Vid. not. seq. Cf. Champoll. I. p. 249. sqq. p. 370. sq. Maunert. X. 1. p. 379. sq., qui magnam Aegypti descriptionem Gallicam, tom. IV. p. 15. sq., rem omnino confirmare testatur. Iam cf. quoque Georgii I. p. 434.

68) *Aboc edo* B. Pancirolus „forte *Abocenae*, quae est civitas Aethiopiae." In eumdem errorem incidit Berkel. ad Steph. Byz. v. *Ἄβοτις*. De *Abotide*, Thebaidos oppido supra Lycopolin (cf. not. 2.) meridiem versus sito, h. l. sermonem scribendumque esse *Abotide* sive *Abotida* putaverim: nam *ti* et *ce* facile in scriptis libris permutantur, et de *Abocedo* apud nullum scriptorem me legere memini. *Ἄβοτις* Steph. Byz. et Suid. Utrum Tabulae Peut. VIII. F *Guetibe* ad rem nostram faciat nec ne nunc non inquiro; in his regionibus eius vix aliquis usus esse potest. Coptice *Tapothyke* (*ἀποθήκη*, horreum), Arabice *Aboutig* s. *Boutidg* dicitur. Cf. D'Anvill. Mém. p. 182. Quatrem. I. p. 342. sqq. Champoll. I. p. 274. sq. Paulo aliter rem exposuit Quatremère in Observationibus not. 67. citt. p. 20., unde hunc locum repetere iuvabit: „Puisque le nom d'Abydus, en langue égyptienne étoit *Εβωτ*, je ne saurois souscrire à l'opinion du savant M. Zoëga (de origine et usu obeliscorum p. 287. not. 30.), qui dérive Abydus du mot *Αβητ*, que les écrivains coptes employent toujours, pour désigner un monastère. Hécatée, cité par Etienne de Byzance, parle d'une ville d'Egypte, appelée *Ἄβοτις*: D'Anville a cru reconnoitre cette ville dans celle que les Arabes nomment encore aujourd'hui *Aboutidj* ou *Boutidj*. Mais cette opinion ne me paroit nullement admissible. En effet, le nom *d'Aboutidj* n'est qu'une corruption du mot grec *Ἀποθήκη*, que les Coptes écrivent *Αποθυκη*. Et la ville d'Abotis, si je ne me trompe,

n'est autre que celle d'Ebôt, c'est-à-dire Abydus. Au rapport du Père Sicard, les ruines de cette ville se voyent au pied d'un mont de sable, que les Coptes nomment *Afud*, ou *Afod*, ou *Afodos*, ce qui ne diffère du veritable nom que par le changement du *b* en *f*."

69) *II.* **C.**

70) ***Psinabla***, ***Ψίναβλα τῆς Θηβαΐδος*** ap. S. Athanas. epist. ad solitariam vitam agentes. tom. I. p. 859. Coptice ***Pshinilah***, prope ***Antinou*** (Enseneh) sive potius ***Hermopolim Magnam*** (Schmoun, cf. not. 3.) in sinistra Nili ripa, sec. Quatrem. I. p. 42. sq. cf. Eumd. in Observv. citt. p. 35. Syllabam ***Psen*** nominibus locorum praepositam transitum significare putat Champoll. II. p. 55. 113. Fortasse ad h. l. pertinet etiam Steph. Byz. „*Ψίναφος, Αἰγύπτου πολίχνιον.*"

71) Nisi ut indicetur Alam primam Abasgorum partim de maiori, partim de minori laterculo emissam esse, quid hic versus post A, vers. 18. significet non video. Cf. not. 41.

72) *Quadrorum* **CD**ε²···⁴. Quadi hoc tempore cum Iuthungis (cf. ad cap. XXV. not. 65.) in sinistra Danubii ripa sedebant, indeque cum Sarmatis, Marcomannis aliisque barbaris populis Pannonias Moesiasque non semel infestaverunt; cf. e. gr. Amm. Marc. XVII. 12. XXVI. 4, 5. XXIX. 6. Cf. locc. ad cit. not. 65. allegatos, Cluver. German. III. cap. 31. Cellar. I. p. 389. §. 76. sq. Mannert. III. p. 379. sq. Reichard. Germanien p. 146. sqq. Wilhelm. Germanien p. 223. sqq. Wersebe, Die Völker Teutschlands. p. 231. sqq.

73) Cf. ad cap. XXV. not. 20.

74) *Trutheos* **A**, *Trnutheos* **BC**, *Trinitheos* **D**. „*Trinus deus*, nomen a Christianis impositum." Pancirolus. Vix nomen *Trinitheos* incorruptum esse putaverim, *Terenutheos* (cf. cap. XXV. §. I. B, ☩. 1.) consimillimum est. Fortasse *Θμουΐθεως* (*Θμοῦθις* = locus matris Isidis) vicus nomen habuit. Panciroli explicationem non approbaverim. Mannertus X. 1. p. 473. sq. hodieque veteris oppidi, cuius hodiernum nomen nescio, ruinas superesse atque XII vicos templumque in Oasi

Minore exstare, nescio ex quo scriptore, rettulit. Cf. D'Anvill. Mém. p. 188. sq.

75) „Est ex Valeria prope Pannoniam" Panciroliana explicatio est. Idem Pancirolus ad seq. cap. §. I. B, ✝. 7. annot. „A *Valeria* filia Diocletiani haec cohors est denominata, vel a *Valeria* provincia, quae ab eadem nomen habuit, ut Marcellinus tradit." Ab imp. Diocletiano Maximianove nomen huic Alae inditum fuisse videtur. Uterque *Valerius* fuit. Idem nomen antea alii imperatores gesserunt et post illos impp. ex domo Flavia complures.

76) *Praecteos* ꝛc. et Pancirolus in Commentario. De hoc loco apud omnes scriptores altissimum silentium est. Nomen corruptum esse puto. *Πρήστεως*? a quodam sacro pisce?

77) *Lusitanorum* deff. Huius Cohortis etiam inscrr. mentionem faciunt. Lusitani in hod. Portugalliae partibus meridionalibus, intra Tagum Duriumque fluvios ad mare usque sedebant. Cf. locc. ap. Ukert. II. 1. p. 333. Vid. etiam Cellar. I. p. 53. sqq. et Mannert. I. p. 327. sqq.

78) *Theraco* (sive *theraco*) mss. et editi. *Hieracon* in isto nomine latere iam Wesselingius ad It. Ant. p. 167. vidit: res in aprico est: ex figura *Hıeracō* librarii *theraco* fecerunt. Nihil itaque de *Terico*, unde L. 1. C. de defensoribus civitt. I. 55. data est, ad h. l. cum Pancirolo cogitandum est. Duae *Hieracon* (*Ἱεράκων πόλεις* = accipitrum urbes) in Thebaide fuerunt, altera prope *Isiu* et *Peslam* (cf. It. Ant. not. 46. transcr.), altera, de qua Strab. XVII. p. 817. (ed. Almel. p. 1171.), supra *Latonae* (cf. not. 7.) *Lucinaeque civitates,* infra *Apollinopolin Superiorem* (cf. not. 22.): „ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ἱεράκων πόλις τὸν ἱέρακα τιμῶσα." Hanc D'Anvillius (cf. Mém. p. 210.) post Sicardum in hodierno *Keleh* prope *Atbô* (cf. not. 22.) quaerendam esse putavit (cf. Champoll. I. p. 178. sq. Mannert. X. 1. p. 331.); illa, quam Mannertus (X. 1. p. 392. sq.) imprudenter exstitisse negavit, „est placée par le P. Sicard dans un lieu où il existe un temple, qui lui a paru consacré à Jupiter, à Hercule et à la Victoire." D'Anvill. Mém. p. 190.;

ipse in mappa geogr. Aeg. veteris *Hieracon* V fere M. P. infra *Lycopolin* (cf. not. 2.), sed ad dextram fluminis ripam collocavit. Utra harum *Hieraconpoleon* h. l. intellegenda sit, in medio relinquo: Wesselingius magis de boreali cogitavit propter Mutheos vicinitatem; sed multo etiam australiores quam australis illa *Hieracon* civitates in sequentibus recensentur.

79) *Muthi* It. Ant. not. 46. transcr. De hoc Isidi matri sacro loco sive Isidis civitate (Aegyptiace *Mouth* s. *Mouthi*) vid. D'Anvill. p. 190. Champoll. I. p. 273. Mannert. X. 1. p. 392. Fuit ad dextram Nili, VIII M. P. infra *Antaeupolin* (hod. *Kaou el Kubbara*), si Itinerario fides habenda est. Utrum *Μου* Aegyptiace *matrem* significet, ut Champollio, an *civitatem*, ut Quatremère I. p. 132. voluit, ego nescio.

80) „Dicti sunt ab *Apamea*, urbe Syriae, a Seleuco in Apameae uxoris honorem condita." Pancirolus. Apameam Burckhardtus (Reisen in Syrien *et c.* von Gesenius. Weimar. 1823. 8°.) p. 237. in hodierno castello *Medyk (Kalaat el Medyk)* quaerendum esse coniecit; sed Gesenius (p. 512.) ex Strabone et Abulfeda demonstrare conatus est, magis versus meridiem sitam fuisse ad lacum *Terimsy*, ubi fortasse nomen *Famie*, si adhuc in usu sit, veteris Apameae situm indicaret. Videsis Mannert. VI. 1. p. 463. sq. Georgii I. p. 182. sq. Toti provinciae *Apamenae*, unde hi nostri Apameni oriundi fuerunt, illa civitas nomen dedit.

81) *Selinon* Itinerarii Ant. p. 166. h. l. indicari Simlerus et Pancirolus opinati sunt; sed recte dissentiunt Wesseling. ad l. c. et D'Anvill. Mém. p. 213.; atque hic quidem *Silsili* legi vult, recte, approbante etiam Champoll. I. p. 169. sqq. cf. p. 336. Idem docet nomen Aegyptiace *Sjolsjel*, Arabice *Selséléh* sonare. Fuit autem locus secundum hanc dd. virorum sententiam, quam Mannertus quoque (X. 1. p. 327.) amplexus est, fere medius inter Ombos (cf. not. 13.) et Apollinopolin Magnam (cf. not. 22.), in dextra Nili ripa. De lapidicinis Silsilitanis videsis ephemer. Augustanas (Augsb. Allg. Zeit. 1838. aufserord. Beil. p. 1170.) et Georgii I. p. 425., ubi *Djebel*

Selseleh significare legimus *montes catenae*, quoniam Aegyptii contra Aethiopas flumen catena ad utramque ripam affixa in hoc loco olim munissent.

82) *XI.* 𝔆𝔇.

83) Pancirolus annotavit „Vetustus Codex *Chamanorum gentilium.*“ De v. *gentilium* in nostris nec vola nec vestigium est. De hoc Germaniae populo eximie disputavit veterumque scriptorum testimonia perpensavit Ledeburius (Bructerer, p. 60. sqq. adde Eiusdem librum „Blicke auf die Literatur.. zur Kenntn. German. *et c.*), demonstravitque Chamavos maximam partem in hod. provincia Geldriae, ad dextram Rheni ripam et ad Yssel fl. sedisse, in regione, quam medio aevo *Hamaland* nominaverunt. pertinet ea ad dioeceses Monasteriensem ac Traiectinam. Vicini Chamavis Salii, Tubantes, Bructeri, Usipetes Batavique fuerunt. De Chamavis a Iuliano imp. devictis cf. Amm. Marc. XVII. 8, 5. et Eunap. exc. de legationib. (ed. Bonn. p. 41. sq.)

84) *Peamū* 𝔄, *Peamu* 𝔅𝔇𝔡𝔢𝔣𝔣, *peamu* 𝔆𝔈. *Peamu* 𝔅𝔆𝔇𝔈, etiam *Peaniu* vel *Peamii* legi potest. Simlerus et post alios Pancirolus de *Pano* (Panopoli, cf. not. 50.) Itinerarii p. 166. cogitaverunt. Dubitat Wesselingius ad It. Ant. p. 156. v. *Peme.* Secundum Quatrem. I. p. 28. *Πα* Coptice *qui pertinet ad* significat, et *Peamu* (leg. *peamū* = *Peamun*) est *locus Ammonis,* qui pertinet ad Amoun, aliasque *Piamun* s. *Phapiamun* dicitur. „Le lieu dont il est ici question, étoit situé dans le désert de *Scété*, aujourd'hui *Schihat.*“ Sed hoc desertum, *Scythiaca* s. *Scyathica regio* veteribus dictum, inter Aegyptum provinciam Libyamque superioremque situm (cf. D'Anvill. Mém. p. 75. Champoll. II. p. 295. sqq.) nimis boreale est, quam ut de eo hoc capite, quod de Thebaidos Duce agit, sermo fieri posse videatur. Malim itaque locum nostrum ad Amoun pertinentem de loco prope Thebas vel Diospolin Magnam (cf. not. 32.) intellegi.

85) *VIIII.* 𝔆.

86) *tranor* 𝔆, *Thanorum* 𝔡𝔢𝔣𝔣. Pancirolus „Sunt populi Aegypti [!] ... Vet. cod. *Rannorum.*“ Cf. ad cap. VII. not. 33.

87) *nitnu* s. *nitnii* **ABDE**, *Nitnu* s. *Nitnii* **C**, *Nitriae* **Dcff**. Pancirolus „Vet. cod. habet *Nitnu*.“ Corruptissima editorum scriptura fecit, ut de *Nitria* (Aegypt. *Phapihosem* = Natron-Stadt) regionis Scyathicae (cf. not. 84.) cogitarent, quod tam ineptum esse mihi videtur, quam de *Niciu* aut *Nithine* Aegypti locum nostrum interpretari. Usque dum meliora quis docebit, *Nibiu* (quod facillime corrumpi potuit in *nitnu*, *nitnu*) legerim. *Νίβις*, Steph. Byz. *πόλις Αἰγύπτου.* *Ibis civitas* = *Ibium*; Aegyptiacum nomen *Nhib* (s. *Manhip*) fuit. Champoll. I. p. 295 ... 97. Scio quidem *Ibiu* Itinerarii Ant. p. 157. infra Hermopolin Magnam (cf. not. 3.) Oxyrynchum versus in Heptanomide sitam fuisse (D'Anvill. Mém. p. 173. putat in eo loco, quem hodie *Taha-el-Modain* nominant); sed scio etiam in aliis quoque locis praesidia, quae sub dispositione Ducis Thebaidos erant, constituta fuisse, quae loca non ad Thebaida proprie dictam, sed ad Aegyptum mediam pertinuerunt, e. gr. A, ✝. 2. B, ✝✝. 1. 14. Ceterum si duas Ibidis civitates Aegyptus habuit (cf. supra not. 40. et It. Ant. l. c.), potuit etiam Thebais, ubi magnus civitatum a sacris animalibus nominatarum numerus fuit, tertiam habere.

88) De his notissimis Germaniae populis, tum inde a Raetiis lacuque Brigantino dextram Rheni ripam usque ad Francorum fines tenentium non opus est verba facere. Cf.sis Vales. ad Ammian. XVI. 11, 3. ibique citt. Cluver. German. III. cap. IV. Mannert. III. p. 235. sqq. — Aliud quam vulgo creditur nominis *ἔτυμον* esse vult Müller, Die Marken des Vaterl. p. 212. sqq. *Alienigenas* facit.

89) *Burgofeveri* **De**[1,6,7]**ff**, *Borgofeveri* **e**[2...4]. De hoc loco nihil compertum habeo, h. e. tantum, quantum Pancirolus, qui annotavit „i. e. in vico Severi, qui ab eo principe nomen habuit.“

90) *Foelix* **BCDe**[1,2,6,7]**ff**, *felix* **C**.

91) *theodosia* **C**. Cf. cap. V. §. I. D, ✝. 14.

92) *Elephantinem* **A**, *Elephantinen* **Bff**, *Eleuantinen* **C**, *Elefantinen* **De**. Insula fere contra Syenam veteribus non uno loco celebrata, Nili catarracta templisque suis inclita. cf. Cellar.

II. p. 821. sq. §. 13. Hodiernum nomen est *Djèziret el-Sag*, i. e. Insula florens, sive *Djèziret-Afsuan*, i. e. Syenae insula. Cf. Norden. tom. III. p. 8. sqq. 224. sqq. D'Anvill. p. 214. sq. Champoll. I. p. 159. sq. Mannert. X. 1. p. 323. sqq. Georgii I. p. 425.

93) *quimta* B.

94) *fuentium*, post quod corruptum nomen *quinta* repetunt ABCD (Cf. not. seq.), *Suentuū* (pro *Suentuum*) D. Labbaeus in indice ἐθνικὸν *Suentii* effinxit, quod certe rarius etiam est, quam foret nomen *Suentes*. *Syenitas* Graeco verbo Romani incolas Syenae nominabant; et Stephanus Byz. v. Συήνη: „ὁ πολίτης, inquit, Συηνήτης [Συηνίτης rectius alii]." Cf. interpp. ad h. l. Sed non potuit solum, sed debuit etiam Latine *Syenensis* formari, quamvis eam formam apud scriptores Romanos me legere non memini; et in hoc nostro loco *Syenensium* s. *Suenensium* scriptum fuisse persuasum habeo: *Suenrium* (i. e. *Suenensium*) facillime in *Suentium* corrumpi potuit.

95) *quinta Suene* ABC(D?)E, *Suene* berff. Aperte verbum *quinta* (cf. not 94.) ex praepositionis *contra* corruptione enatum est: pro 9ᵗᵃ scripserunt qᵗᵃ. *Syenae* Milites Miliarenses steterunt: cf. A, ✝. 12., atque *Contra-Syene* (cf. Itin. Ant. p. 161.) in dextra Nili ripa non sine suo praesidio contra Aethiopas, Blemmyas aliosque barbaros esse potuit. Hodie secundum Picardum Monasterium Copticum S. Salvatoris locum tenet; Arabes locum *Gharbi-Osuan* (i. e. Syenam occidentalem, Aegyptii *Souan-Am-Pêment* nominant. Cf. D'Anvill. Mém. p. 215. Mannert. X. 1. p. 325. sq. Champoll. I. p. 166. Georgii I. p. 425.

96) Codices scripti *faginarum*, ut berff habent, habere videntur, sed possit etiam *fagmarum* legi. Non solum inutiles, sed etiam falsae sunt Panciroli suspiciones, aut *Saganeorum*, *a Saganeo*, oppido Achaiae, aut *Sagittariorum* legendum esse, in cuiusmodi errores librarii, qui Vegetium transcripserunt, compluribus locis inciderunt; non magis hoc Pancirolianum verum est, quam si *Sarcinalium* vel *Sagatorum* legeres. Nihil

mutandum est: *Saginae* vel *Sagmae*, quam scripturam magis probo, non solum sunt iumenta sarcinalia vel clitellaria, sed etiam homines eadem agentes, ut *Saginarius* vel *Sagmarius* aut *Salmarius* non solum equum vel iumentum (Gallice *Sommier*, Germanice *Saumthier*), ut apud Lamprid. Elagab. 4. Vopisc. Aurelian. 7., sed etiam equisonem mulionemve, qui iumentum sarcinale agit, designat. Cf. Du Cange, Glossar. vv. *Sagma*, *Sagmarius*. Ita Romani haud raro *equi* nomine ipsum *equitem* designabant. Camelis dromadibusque hos Sagmarios Thebaicos usos esse crediderim. Vid. etiam Interpp. ad Veget. de R. M. II. 8. III. 6. („.. impedimenta, sagmarii, calones vehiculaqué in medio collocentur.)

97) *Capidariorum* (?) 𝔄. Ad montem Basanitae lapidis (Ptol. IV. 5.), qui in extremis Thebaidos Aethiopiaeque finibus inter Nilum sinumque Arabicum quaerendus est, haec *Castra* condita fuisse censet D'Anvill. Mém. p. 218.

98) *VII.* 𝔈.

99) Magnum sane est iter a regione Syenae Aethiopumque confiniis ad Diospolin usque, h. e. ad Parvam, de qua supra (cf. not. 6.) dictum est; nam Diospolin Magnam, ad quam brevius est iter a Syena Castrisque Lapidariorum, sub Thebarum nomine liber noster habet. cf. A, ✠. 15.

100) *Thebaidae* 𝔄𝔇𝔈(?)𝔡𝔢𝔣𝔣.

101) *scola* 𝔇𝔈.

102) *Agentium* 𝔢[1,6,7].

103) *de rebus* 𝔄𝔅.

104) *offitiales* 𝔅.

105) *quintus* 𝔈. Cf. ad cap. XXVI. not. 10. Pro suo more 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 evectionum indicationem omnino omiserunt.

CAPUT XXIX.

a) *Palestinae* 𝔈𝔡𝔢[1...4], *Palestine* 𝔤, *cum insignibus* add. 𝔰𝔱.

Ad tabulam (pag. 78.):

a) De libro mandatorum inscriptis notis cf. ad cap. XXII.

not. a. In 𝕮 hac sunt FL. | INTALL | COMORD | P. R., in 𝕯 hac FL. | INTALL | COMORD | PR, easdemque, sed sine ductibus supra litteras positis, habent 𝔡𝔢[1...4]; in 𝔢[6,7] sunt ut ad cap. XXV. not. a indicavi, item sine ductibus litteris superpositis.

Volumen iuxta librum mandatorum a notis vacuum est.

b) *Menochia* 𝔄, *Menofoa* 𝕮, *Menoida* 𝕯𝕰𝔡𝔢.

c) *Zodochata* 𝕮𝕯.

e) Ita omnes; cf. not. 17.

f) *Hauare* 𝔄𝕮𝕯, *Rauarie* 𝕰, *Hauaria* 𝔡𝔢[1...4], *Harana* 𝔢[6,7].

g) *Veterocama* 𝔄𝕮𝕯, *Veterocañi* 𝕰, *Aeterocama* 𝔡𝔢.

h) *Moabila* 𝔄, *Mohaila* 𝕮𝕯𝕰𝔡𝔢.

i) *Alla* 𝕰.

k) *Benofaba* 𝔄𝕰.

n) *Birfania (ni* pro *m)* 𝕮? *Bilfama* 𝔡𝔢.

o) *Aela* 𝕰.

Nomen fluvii in omnibus IORDANIS est, non *Iordanes*. De notissimo fluvio cf. infra not. 65.

---

1) *Palestine* 𝕮𝕰𝔡𝔢[1...4].

2) *dalmate* 𝕮. *Dalmatiae* per errorem 𝔢[7]. Cf. supra ad cap. IV. not. 20.

3) *Illiriciani* 𝕯. Cf. ad cap. IV. not. 20. cit.

4) *Benosabae (benosabe* 𝕮,) 𝔄𝕭𝕮𝕯. pro *bēosabę* librarii *bēosabe* legerunt. Cf. ad Insignia not. k. — Onomasticon urbium et locorum s. scripturae sive Liber de locis Hebraic. Graece ab Eusebio Caesar. deinde Latine script. ab Hieronymo (utor exemplo Iac. Bonfrerii quod Io. Clericus edidit Amstel. 1707. fol., sed addam etiam ubi singuli loci in Opp. S. Hieronymi ex ed. Martianay. tom. II. Paris. 1699. fol. inveniuntur: nam hoc exemplum ordinem alphabeticum quem dicimus non observat) v. *Bersabee* [*Βηϑσαμαιέ*. Euseb.] (Opp. p. 415.): „Bersabee, in tribu Iuda sive Simeonis, est usque hodie vicus grandis in vicesimo a Chebron miliario vergens ad Austrum: in quo et Romanorum militum praesidium positum est. a quo loco termini Iudaeae incipientes tendebantur usque ad Dan, quae iuxta

Paneadem cernitur. Interpretatur vero Bersabee *puteus iuramenti*, eo quod Abraham et Isaac foedus cum Abimelech sociaverunt iurantes" rell. Cf. Gothofr. ad L. 30. Th. C. de erog. mil. ann. VII. 4., in qua constitutione *Versabini* (Versamini) et Moenaeni *castri* mentio facta est. Apud Ioseph. *Βερσουβαί*, *Βαρσουβαί*, *Βηρσουβεέ* legitur. *Bersabee* habet D'Anvill. mappa geogr. Palaest. Hodiernum nomen *Giebelin* sive *Bir Szabea* esse scribunt. Vid. Frid. Spanhem. geograph. sacr. II. 2. (Opp. tom. I. Lugd. Bat. 1701. fol. p. 19. 28.) Cellar. II. p. 497. §. 195. Hadr. Relandi Palaestina ex monumentis veterib. illustr. Norimb. 1716. 4°. p. 169. 360. 463. Mannert. VI. 1. p. 287. E. F. C. Rosenmueller, Biblische Geographie tom. II. part. II. (Lips. 1827. 8°.) p. 308. sqq. I. F. Röhr, Palaestina. (Ed. V. Cizae. 1829. 8°.) p. 196. C. a Raumer, Palaestina (Lips. 1835. 8°. p. 127. sq.) ed. II. Lips. 1838. 8°. p. 174. sq.

5) *Menochiae* 𝔄𝔅𝔇, *menochie* ℭ𝔈, *Menoidae* 𝔟𝔠⁶·ᶠ𝔣 et Reland. p. 169., *Menoide* 𝔢¹⁻⁴. Sed cf. supra not. b. Hieronym. (p. 463.) „*Medemana* [*Μηνεβηνά*. Euseb.] in tribu Iuda, ... et nunc est *Menois* [*Μηνωίς*. Eus.] oppidum iuxta Gazam." Cf. L. 30. Th. C. not. 4. cit. et Cellar. II. p. 516. §. 228. Reland. p. 664. *Minois* est in D'Anvillii mapp. geogr. Palaestinae, fere inter Gazam et Bersabee, proprior illi.

6) *scrutarii* 𝔇.

7) *Chermulae* omisit , *Chermule* habent ℭ𝔇. (*cherinule* pro *chermule* Cramerus in ℭ videre sibi visus est.) Hieronym. v. *Carmelus* [*Κάρμηλος*. Euseb.] (p. 426.) „*Carmelus*, ... et nunc villa est *Carmelia* [*Χειμαλλά*. Euseb. *Chermele* Hieronym. ed. Martianay.] nomine, decimo lapide oppidi Chebron vergens ad orientalem plagam: ubi et Romanum praesidium est positum." Cf. Cellar. II. p. 483. §. 155. Reland. p. 169. 354. 363. et maxime p. 517. Raumer. p. (130.) 181. *Carmelia* habet D'Anvillii mappa geographica Palaestinae.

8) Cf. ad cap. IV. not. 20.

9) *eliẹ* ℭ. *Aeliae* cum tribus prioribus nominibus versus sequentis omisit 𝔈. *Hierosolyma* ab Aelio Hadriano *Aelia*, et

ab love Capitolino *Capitolina* dicta est. Ulp. L. 1. §. 6. D. de censib. L. 15. „In Palaestina duae fuerunt [sunt *Haloand.*] coloniae, Caesariensis et *Aelia Capitolina*; sed neutra ius Italicum habet.“ Ptol. V. 16. „Ἱεροσόλυμα ἥτις νῦν καλεῖται Καπιτωλίας.“ *Aelia* Itin. Ant. p. 200. „Αἰλία ἡ καὶ Ἱεροσόλυμα“ Hierocl. p. 718. ubi Wessel. ex Chrysostomi Or. V. in Iudaeos p. 645. h. l. exscripsit: „Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτισεν· οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησαν, ἐκειθέν τε Αἰλία μεχρὶ καὶ νῦν ὀνομάζεται.“ Tab. Peut. IX. E „Antea dicta Herusalem nunc helya capitolina.“ Cf. Strab., Plin., Tac., Sueton., Appian., Ioseph., Dio Cass., Stephan. Byz. (v. Αἰλια), Procop., Ioann. Malal., aliosque. Vid. Spanhem. Hierosolymae descr. Opp. tom. I. p. 47. sqq. Cellar. II. p. 455. sqq. §. 117. Tob. Gutberleth. Diss. ad. L. 1. §§. 6. sqq. D. de censibus, cap. IV., in Oelrichs. Thesaur. Diss. Vol. II. part. III. Lips. 1768. 4°. p. 284. sq. Reland. p. 153. Eckhel. III. p. 441. sqq. Mannert. VI. 1. p. 278. sqq. Rosenmueller. II. 2. p. 233. Röhr. p. 176. 239. Raumer. p. (240. sqq. 316. sqq.) 279. sqq. Georgii I. p. 234. sqq. et Frid. Muenteri, Seelandiae episcopi elegantem commentarium „Der Jüdische Krieg unter Traian und Hadrian.“ Alton. et Lips. 1821. 8°. §. XXIV.

10) *thamudeth* 𝔄𝔅. Cf. ad cap. XXV. not. 10.

11) *Birsama* 𝔄𝔅ℭ, *Birsamae (?)* 𝔇, *birsamiae* 𝔈 (in quo hoc nomen post *Mauri Illyriciani* est. cf. not. 9.), *Bitsamae* edidi cum Reland. p. 169. Hieronym. „*Bethsamis* [s. Bethsemes. Βηθσάμες Euseb.] civitas sacerdotalis . . . quae usque hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo miliario contra orientalem plagam.“ Ptol. V. 16. *Bezamma*, al. *Berzamma*. Idem locus Βιρσαμών, Βιρσάβων Palaestinae III. s. Salutaris in Notitiis Graecc. Episcopp. dicitur. Reland. p. 159. 161. Vid. Cellar. II. p. 488. §. 164. Reland. p. 488. sq. v. *Bethsamos* et *Bethschemesch*, p. 494. v. *Bithjemes*. Mannert. VI. 1. p. 284. Rosenmüll. II. 2. p. 347. Raumer. p. (128.) 179. *Birsames* = fons sive puteus solis, *Bethsames* = domus solis.

12) ἰdigene ℭ et sic vel ἰdig. etiam in seqq.

13) Ita MSS. et Ϸe¹···⁴ff. *Salajae* e⁶,⁷ et ita Pancirolus in Comment., ubi de *Sabaia* prope Apameam, Syriae urbem, et uno ore de Stephani Byz. *Sabis* s. *Sabaea* (πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ φρουρίῳ) loquitur. Cur non et de Plinii (H. N. VI. 31.) *Sabata?* Puto *Sabee* [Σαβέ. Euseb.] „in tribu Simeon" ex Hieronymo ad locum nostrum facere. Certe h. l. neque de Libyca *Saba*, de qua Strabo (XVI. p. 771. ed. Almelov. p. 1117.) Σαβαί, inquit, πόλις εὐμεγέθης (cf. D'Anvill. descr. du golfe Arab. in app. ad Mémoires sur l'Egypte. p. 260. sqq.), neque de *Saba* hodiernae Yemen (cf. Gosselin, Récherches sur la géogr. des anciens. tom. II. p. 172. sqq.), neque etiam de *Salcha* (hod. *Szalkhat*) prope Bostra, aut de *Salaba* (Σελάβ, *Selaba*) in finibus Sebastenis sermo est.

14) *Zodocathe* ℭ, *Zodochata* e¹, *Zodochatae* e²···⁴,⁶,⁷. Ptol. V. 17. (in Arabia Petraea) *Zanaatha* inter Petram Auaramque et Zoaram. (nam ita quoque pro *Petris*, *Auaris* et *Zoaris* et aliis eiusmodi nominibus neutr. gen. plural. Latine dixerunt secundum librum nostrum.) Item Tab. Peut. IX. E „Ad Dianam. XXI. Praesidio. XXIIII. Hauarra. XX. *Zadagatta*. XVIII. Petris." Fuit hoc praesidium in finibus Palaestinae III. et Arabiae Petraeae. Ex veteris Arabiae Petraeae bona parte Palaestina Tertia s. Salutaris [cf. Burckhardt. p. 676.] effecta est. Procop. de aedific. V. 8. „Ἐν δὲ τῇ πάλαι μὲν Ἀραβίᾳ, νῦν δὲ Παλαιστίνῃ τρίτῃ καλουμένῃ, χώρα μὲν ἔρημος ἐπὶ μακρὸν κατατείνει, καρπῶν τε καὶ ὑδάτων καὶ πάντων ἀγαθῶν ἄφορος κ. τ. λ." In mappa geogr. ad I. L. Burckhardti Iter Syriacum (Aus dem Engl. v. W. Gesenius, Weimar. 1824. 8o.) habes in regione *Dschebel-el-Schera* nomina *Szadeke*, *Zadacata*. Cf. pretiosissimum librum modo dictum p. 722.

15) Totum versum 8. nostrum omisit ℭ. *Hauanae* habent 𝔄𝔅 (*hauane* ℭ) ℭ𝔇 et editi. Sed cf. supra not. f. Apud Ptol. V. 17. Αὔαρα inter Petram Characmobamque et Zanaatham (cf. not. 14.) est. *Hauarra* Tab. Peut. not. 14. cit. Steph. Byz. „Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Ὀβόδα,

κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ 'Αρέτα. κ. τ. λ. In mappa geogr. Burckhardt. *Havana* inter Zadacata et Praesidium legimus. Cf. etiam quae ad voc. *Auatha* cap. XXX. §. I. B, ✝. 1. et cap. XXXI. §. I. A, ✝. 5. annotavimus, et Cellar. II. p. 588. §. 39. Mannert. VI. 1. p. 174.

16) *Zoare* ℭ. *Ζώαρα* et *Ζόαρα* (neutr. plur.) promiscue ap. Ioseph. scribitur. *Ζόαρα* habet Ptol. V. 17., *Ζωάρα* Hierocl. p. 721., ubi Wesselingius ex Cyrillo transcripsit locum quo *Ζώορα* scribitur. Stephanus Byz. „*Ζόαρα*, inquit, . . . *ἔςι καὶ κώμη μεγάλη ἢ φρούριον ἐν Παλαιςίνῃ, ἐπὶ τῇ 'Ασφάλτιδι καλουμένῃ θαλάσσῃ Ζόαρα, οὐδετέρως. δηλοῖ δὲ τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸ μικρόν, ὅποι ὁ Λὼτ ἔφυγε καὶ ἐσώθη ἀπὸ τῆς Σοδομητικῆς ὀργῆς· οἱ πολῖται τοῦ χωρίου Ζοαρηνοί, διὰ τὸν ἐγχώριον τύπον, καὶ Ζουρῦται· οἱ γὰρ δύο τύποι 'Αράβιοι.*“ Hieronym. (p. 411.) „*Bala* [*Βαβλά.* Euseb.], quae est *Segor* [*Σίγωρ.* Eus.], nunc *Zoara* [*Ζωαρά.* Eus.] nuncupatur, sola de V Sodomorum urbibus Lot precibus reservata. imminet autem mari mortuo, et praesidium in ea positum est militum Romanorum . . . . Nullum autem moveat quod *Segor* eadem *Zoara* dicitur, cum idem sit nomen parvulae vel minoris. sed *Segor* Hebraice, *Zoara* Syriace nuncupatur; *Bala* autem interpretatio absorpta . . “ et pag. 478. „ *Seora* [al. *Soora*, *Σωορά.* Euseb.], urbs iuxta Sodomam, quae et *Segor* et *Zoara.*“ et „*Zochora* [*Zogora. Ζογερά* Euseb.] in Hieremia civitas Moabitarum. haec est quae nunc vocatur *Zoara* sive *Segor* . . . “ Alias apud LXX *Ζόγορα* scribitur; in Notitiis eccl. *Ζαύρα*, *Zaura*, *Zora*. *Zoar (Ghor Szafye)* hodie sec. D'Anvill. et Burckhardt. Cf. Cellar. II. p. 486. §. 159. cf. §. 158. Reland. p. 786. sq. Mannert. VI. 1. p. 175. Burckhardt. p. 660. Rosenmüll. II. 2. p. 166. sqq. Raumer. p. (53. 159.) 222. sq. Georgii I. p. 262.

17) Ex hoc loco puto versum unum excidisse, in quo memorati fuerunt ex Maiori Laterculo emissi *Equites* . . . . *Robatha.* nam ita locus in insignium inscriptionibus dicitur, quem *'Ροωβὼθ* Eusebius, *Robooth* Hieronymus appel-

lant. de Idumaeo enim, non Assyrio loco, accipio hoc comma: „Robooth, urbs alia iuxta fluvium *[neque Euphratem, neque Tigrim]*, ubi erat rex Edom [βασιλεὺς Ἀσσυρίων Euseb. pro Ἰδουμαίων], & usque hodie est praesidium in regione Gabalena, et vicus grandis qui hoc vocabulo nuncupatur." Dissentiunt DD. de h. l. Neque Iosephi (Antt. IV. 5, 3.) „*Rabatha* urbs regia Ammanitidos", id est Philadelphia s. Rabbath-Ammon (cf. Hieron. v. *Rabbath*, Ῥαμμᾶ Euseb. Ῥαββατάμμανα Steph. Byz.) ad locum nostrum pertinet, neque *Rabbath-Moab* vel Areopolis. — Veri mihi simile videtur olim ita in libro nostro fuisse:

Equites Sagittarii Indigenae Zoara(e),
Equites Primi Felices *Robatha*,
Equites Sagittarii Indigenae (Palaestini) Saburae *etc.*

18) *foelices* BCDᵉᵗᶠᶠ. Cf. not. praeced. i. f.

19) Ita AB, *palestini* C, *Palaestinae* DE(?)e⁶,⁷ff, *Palestinae* D¹⁻⁴.

20) *fabure sive ueterocarie* C. Pancirolus de *Sabaria*, quod Pannoniae oppidum fuit (cf. Not. Occ. cap. V. §. I. C, a, ☩. 8.), somniatus est. Relandus p. 720. „Non audeo" inquit „mihi persuadere legendum esse *Saburae sive Diocaesareae*, ut sit utrumque nomen urbis *Sepphoris*: nec tamen alius locus mihi se offert, cui haec nomina aptem." Sed in Galilaea locum nostrum non quaesierim, sed intra Asphaltiten lacum sinumque Aelanitam, in Palaestina tertia s. Arabia Petraea; fortasse de *Carcaria* s. *Carcariis* sermo est, de quo loco ita Hieron. et Euseb. „*Carcar* [Καρκά. Euseb.] . . . est usque hodie castellum cognomento *Carcaria*, unius diei itinere a Petra distans." Burckh. in hod. *Schobak* s. *Kerek el Schobak*, principali regionis Dschebel Schera loco, ubi hodie castellum superest, vetus illud castellum quaerendum esse putat. cf. p. 695. sq. Utrum *Sabura* et *Veterocaria (? Carcaria?)* eiusdem loci nomina fuerint, an equites Palaestini a Saburis (s. Sabura) Carcaria (s. Carcariam) et ex hoc castello in illud transferebantur, in medio relinquo. Qui hanc posteriorem

sententiam veram esse putat, de villa *Saphir* [Σαφείρ. Euseb.] fortasse cogitabit, quae secundum ss. Patres „in montanis sita erat inter Eleutheropolim et Ascalona, in tribu Iuda."

21) *Moabile* AB, *moahile* CD, *Moahile* E, *Mohailae* br[1,2,6,7]ff. et Reland. p. 169., *Mohaile* r[3,4]. Pancirolus annot. „vetustus codex legit *Mohalulae*." Vix crediderim. „*Aila*" inquit „est oppidum maris rubri, de quo in seqq. [cf. ∤. seq.], cui addita syllaba *Mo* efficitur *Moaila* sine aspiratione." O praeclarum interpretem! *Mohala* nomen montis qui meridiem versus ad montem Sinai est ap. Burchkardtum legitur. Hoc loco de oppido Moabitarum in Moabitide sito sermonem esse coniicerem, nisi sequenti capite doceremur regionem circa Rabbath-Moab sive Areopolin sub Arabiae duce fuisse, quae tamen urbs Hieroclis (cf. p. 721.) temporibus ad Palaestinam Tertiam pertinuit. cf. Procop. not. 14. cit. Magis igitur est, ut locum nostrum, cuius nomen corrupte exhiberi puto, meridiem versus in hodierno *Dschebel el Schera* quaeramus. Fortassis de *Mapside* sive *Mampsi* vel *Mapside* sive *Mapsi* cogitandum est. Cf. Ptol. V. 16. Μάψ. Hierocl. p. 721. Μάμψις, in Notitiis eccl. Μάψης.

22) *Praefect*° C. De officio praefecti legionis cf. Veget. II. 9. c. interpp.

23) *legionum* BCE.

24) *Frentensis* per errorem r[7]. Inter alia Pancirolus *Fortensis* (cf. ad cap. IV. not. 33.) proposuit. alii *Cretensis* legendum esse opinati sunt. Sed Legionis Decimae Fretensis (LEG. X̄. FR. sive FRET. S. FRETENSIS), quae LEG. X̄. FR. ANT(*Oniniana*) interdum dicitur (e. gr. Gruter. 1068, 2. sive Orell. n. 2129.), permultae militum sepulcrales lapides mentionem faciunt, e. gr. Gruter. 194, 2. 354, 5. 367, 6. 457, 6. 475, 1. 480, 6. 513, 4. 551, 12. et l. c. Gudii Inscrr. ed. Hessel. 166, 3. Apud Reines. class. VIII. n. 30. memoratur etiam *XII. Legio Fretensis.* De nomine Turneb. Adverss. XVIII. 10. „milites" inquit qui ex illa ora [i. e. maris Fretensis sive freti Siculi] deligebantur, *Fretenses* appellabantur, et in veteribus

monumentis *legionem Fretensem* legimus.“ Malc item Pancirolus Plinium de *legione Fretana* loqui annotavit; nam de Apuliae *regione Frentana* ap. Plin. III. 10. sect. 16. sermo est. Nomen legionis decimae in Iudaea ab Augusto constitutae (cf. Tac. Ann. II. 57. XV. 6. Hist. V. 1. Dio Cass. LV. 23. et Hieron. not. seq. cit.) a *Freto* venire, ad quod ab origine stativa habuit sive ex cuius accolis milites lecti erant, equidem non dixerim; atque de legione Fretana apud veteres scriptores numquam me legero memini. Mihi potius placeret nomen Fretensium a nomine adiectivo sive participio *fretus, a, um* deduci; nam id etiam absolute ponebant, ut *fretus* idem fuerit, quod *firmus animo, intrepidus.* Atque obiici non poterit nihil de *legione freta* legi, ut de *legionibus forti, firma, constanti* et similibus legimus, itaque nec *Fretenses* dici potuisse ex *Fretis* illis desumptos vel qui locum eorumdem optinebant. Morem eiusmodi nominum formandorum militumque numeris imponendorum satis unus hic liber testatur.

25) *aile* אילת, *Ailam, Ailas, Ailath, Aeila, Aelana, Eilana, Elath, Eloth* apud diversos vett. auctores nominatur. Ἐλάνα κώμη Ptol. V. 17. Ἀΐλανον, πόλις Ἀραβίας, Steph. Byz. h. v. et in Onomastico ss. Patres (p. 387.): „*Ailath* [*Αἰλάθ.* Euseb.], super littus maris rubri, in terra Edom.“ „*Ailath* [*Αἰλάμ.* Eus.], in extremis finibus Palaestinae, iuncta meridianae solitudini et mari rubro, unde ex Aegypto Indiam, et inde ad Aegyptum navigatur. Sedet autem ibi legio Romana cognomento Decima. Et olim quidem *Ailat* a veteribus dicebatur, nunc vero appellatur *Aila* [*Αἰλά.* Eus.]“ et c. Procop. bell. Pers. I. 19. „*τὰ Παλαιςίνης ὅρια πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐς θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν καλουμένην διῴκηνται. αὕτη δὲ ἡ θάλασσα ἐξ Ἰνδῶν ἀρχομένη ἐνταῦθα τελευτᾷ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. καὶ πόλις Αἰλὰς καλουμένη πρὸς τῇ ταύτης ἠόνι ἐστίν, ἔνθα ἡ θάλασσα . . ἀπολήγουσα πορθμός τις ἐς ἄγαν στενὸς γίνεται, καὶ αὐτὸν ἐνθένδε ἐσπλέοντι ἐν δεξιᾷ μὲν ὄρη τὰ Αἰγυπτίων πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα ἐστίν, ἐπὶ θάτερα δὲ χώρα ἔρημος ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον διήκει πρὸς*

βοῤῥᾶν ἄνεμον . . .“ Ab hac urbe orientalis maris rubri sinus, cuius formam Burckhardtus primum recte descripsit, nomen Aelanitae habuit, et hodie etiam ab eodem oppido, quod nunc *Akaba* dicitur, idem sinus nomen habet. Cf. Cellar. II. p. 582. sq. §. 31. Reland. p. 414. sqq. D'Anvill. Mém. p. 238. Mannert. VI. 1. p. 42. sqq. et praecipue Burckhardt. p. 830. sqq. 1074. Raumer. p. (185.) 270. sq. Georgii I. p. 266.

26) *milliaria* ff et Reland. p. 169. Cf. ad cap. XXVIII. not. 24.

27) Ab urbe *Sebasta*, i. e. Samaria, nominati? Ptol. V. 16. Hierocl. p. 718. Steph. Byz. v. Σαμάρεια et v. Σεβαστή. Hieronym. h. v. „*Samaria* [Σαμαρεία Eus.], civitas regalis in Israel, quae nunc *Sebaste* dicitur; sed et omnis regio quae fuit circa eam a civitate quondam nomen acceperat.“ Cf. Cellar. II. p. 431. §. 82. Reland. p. 723. sqq. Mannert. VI. 1. p. 293. sq. Raumer. p. (119.) 157. sq. „Μίαν ἴλην ἱππέων καλουμένην Σεβαστηνῶν“ memorat Ioseph. de bell. Iud. II. 12, 4.

28) *Asuadae* 𝕮(?) et edd. Locus mihi et aliis ignotus. Proponam quaedam ad eum extricandum. Hieronym. (p. 394.): *Azadada* [Ἀσαδδά. Euseb.] (in ed. Martian. est: *Asasada* [Ἀσαραδδά. Euseb.]), confinium Iudae, respiciens ad aquilonem.“ Cf. Cellar. ad h. l. Fortasse de *Azoto* cogites, de qua Onomast.: „*Azotus* [Ἄζωτος Euseb.], quae supra *Asdod* [Ἀσκαδώδ Euseb.], usque hodie non ignobile municipium Palaestinae“ et c. „Insigne oppidum Palaestinae“ appellatur v. *Asdod*. Cf. Ptol. V. 16. Hierocl. p. 718. Steph. Byz. v. Ἄζωτος. In Tab. Peut. IX. E *Ahoton* pro *Azoton* scriptum est. „Rinocorura. XV. Ascalone. XII. Ahoton. X. Iamnia.“ cf. Diodor. Sic. XIX. 85. Strab. XVI. p. 759. (ed. Almel. p. 1101.) Plin. H. N. V. c. 13. sect. 14. Iam Herodot. II. 157. Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν memoravit. Ea hodieque Hebraicum fere nomen retinuit, vocatur enim *Esdod* s. *Esdud*. Vid. Cellar. II. p. 508. §. 216. Reland. p. 452. sqq. Mannert. VI. 1. p. 261. sq. Raumer. p. (151.) 172. sq. — Sed haec fortasse minus placeant, potiusque cogitandum est de castello

ad lacum Asphaltiten validissimo, quod *Μοασάδα* nominat Strabo XVI. p. 764. (ed. Almelov. p. 1108), „*Masada*, castellum in rupe et ipsum haud procul Asphaltite“ Plin. V. c. 17. sect. 15. i. f. Et Solin. cap. 35. i. f. „Iudaeae terminus *Massada* castellum.“ Cf. Salmas. ad h. l., qui etiam Ptolemaei (V. 17.) *Mesada* huc trahi vult. De his *Mesadis* Ioseph. Antt. XIV. 11, 7. 13, 8. sq. 15, 1 sq. XV. 6, 5. de bello Iud. I. 12, 1. sq. 13, 7. II. 17, 8. sq. IV. 7, 2.; exactius describitur VII. 8. Cf. Cellar. II. p. 482. §. 154. Reland. p. 658. Mannert. VI. 1. p. 289. Raumer. p. (144.) 209.

29) Pancirolus „ex *Anthana*, Achaiae oppido Plinio“ [H. N. V. 8.]. ? Fortasse de *Antaeanis* s. *Ἀνταιουπολίταις* Aegypti h. l. dicitur. Steph. Byz. „*Ἀνταιούπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀνταιοπολίτης. λέγεται καὶ Ἀνταίων*“ *κ. τ. λ.* *Anteu* It. Ant. p. 166. (cf. ad cap. XXVIII. not. 46.) *Ἀντέου* Hierocl. p. 731. cf. Wessel. ad hh. ll. et impr. Diodor. Sic. I. 21. p. 24. ed. Wesseling. „... *παρὰ τὸν ποταμόν* [Nilum], *πλησίον τῆς νῦν Ἀνταίου* [*Ἀνταίας* plerique] *κώμης καλουμένης· ἣν κεῖσθαι μὲν λέγουσιν ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρει, τὴν προσηγορίαν δ' ἔχειν ἀπὸ τοῦ κολασθέντος ὑφ' Ἡρακλέους Ἀνταίου, τοῦ κατὰ τὴν Ὀσίριδος ἡλικίαν γενομένου.*“ Nam ne de *Antarum* populo (*ἔθνη τὰ Ἀντῶν ἄμετρα* Procop. bell. Gotth. IV. 4.), qui hodiernam Volhyniam adiacentesque regiones olim inhabitabat, cogitem facit v. *Dromedariorum* adiectio: nihil enim cameli dromadesve ad Sarmatiae populos.

30) Cf. ad cap. XXVIII. not. 54.

31) *Admathae* editi. Pancirolus putat esse Hieronymi *Ammata*, in tribu Iudae, quod oppidum etiam *Athmatha* (cf. Iosuae XV. 34.) et apud Eusebium *Ἀματά* dicitur. Dubitat Relandus (p. 417. sq.), num Stephani Byz. *Ἄμαθα* (*τὰ*) („*τῆς Ἀραβίας χωρίον* [vertunt *Arabiae oppidum*], *ὅπερ μετὰ τοῦ κ νῦν λέγουσιν Ἄκμαθα. κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς ψάμμου*“ [foret *Ψάμμαθα*]) idem oppidum fuerit atque Iosephi (Antiqq. XVII. 10, 6.) *Ἀμαθὰ τὰ ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ*. Sed quod dixit Relandus, inundationem rubri maris ad Iordanem numquam

pertigisse, de eo iam aliter edocti sumus. Cf. Leakii praef. ad Burckhardt. edit. German. tom. I. p. 8., ut rectissime dixerit Steph. Byz. l. c. „φασὶ γὰρ τὸ πολὺ τῆς Ἀραβίας ὑπὸ τῆς ἐρυθρᾶς πάλαι κατακλύζεσθαι.“ Ad orientalem ripam Iordanis „Amatha, *Amathus*“ est in Burckhardt. mapp. geogr.

32) *Constanciana* 𝔇. Cf. ad cap. IV. not. 44. Numerum Alae excidisse crediderim. cf. e. gr. cap. seq. §. 1. B, ✝. 3.

33) Hoc nomen cum quattuor sequentis versus prioribus verbis omisit 𝔈. *Tolohae* 𝔯𝔡iti. Locus incertus. Fortasse *Odolam* (Ioseph. Antt. VIII. 10, 1.) *Odollam*, *Odullam*, sive per *A Adollam* et c. Hieronym. „*Adollam* [Euseb. ut Ioseph. Ὀδολάμ], in tribu Iuda, et usque hodie vicus non parvus ad orientem Eleutheropoleos in decimo eius miliario hoc nomine vocatur.“ Cf. Cellar. II. p. 494. §. 183. Reland. p. 674. Rosenmuell. p. 358. Raumer. p. (125.) 167.

34) *Foelix* 𝔄𝔅.

35) *Valentiniana* 𝔱^{3,4,6,7}ff. et Reland. p. 169. Versum huc usque omisit 𝔈. cf. not. 33. De Valentianis cf. ad cap. IV. not. 48. cum not. 44. ibid.

36) *presidiū* ℭ. Cf. Tab. Peut. not. 14. transcr. Pancirolus annot. „credo *Praesidium* in regione Gabalena intelligi, hoc nomine appellatum a D. Hieronymo de loc. Hebr.: Hodie, inquit, est Praesidium in regione Gabalena et vicus grandis, qui hoc nomine nuncupatur.“ Nullus huius nominis locus apud Hieronymum est; sed de *Robooth* loquitur s. pater. cf. supra not. 17. In mappa Burckhardt. illud Tabulae Peut. *Praesidium* suo loco expressum est.

37) *milliaria* Reland. Cf. ad cap. XXVIII. not. 24.

38) *Hastae* 𝔈? et 𝔯𝔡iti. Pancirolus, cui Relandus accessit, putat esse Hieronymi *Astaol*, *Asta*. Sed ap. Hieronym. est: *Asthaol* [Ἀσθαώλ. Eus.] in tribu Iuda, et usque hodie villula vocabulo *Asto* [Ἀσθώ. Euseb.] inter Azotum et Ascalonem permanet.“ Cogitaverit etiam aliquis de Ἄζα v. *Gaza* („usque hodie insignis civitas Palaestinae“ Hieronym. v. *Gaza*), quam Philistaeorum ultimam urbem sine praesidio relictam fuisse a

Romanis vix credibile est, et Mela (I. 9.) „in Palaestina" inquit „est ingens urbs et munita admodum *Gaza.*" Cf. Arrian. de exp. Alex. II. c. 26. (p. 102. ed. Gronov. L. B. 1704. fol.) IV. c. 2. (p. 151. sq. ed. cit.) Cf. etiam Ptol. V. 16. It. Ant. p. 151. Hierocl. p. 719. Steph. Byz. v. *Ἄζα.* et ex recentt. Cellar. II. p. 511. sqq. §. 218. Reland. p. 583. sqq. Mannert. VI. 1. p. 262. sqq. Raumer. p. (153.) 190. sqq. Georgii I. p. 232. Hodieque *Ghaza* nominatur sec. Burckhardt.

39) Ita hunc locum sanavimus. Mss. et editi omnes habent: *Ala Idiota.* scilicet scriptum fuit in codice, ex quo nostri enati sunt: *ala iaiota* sive *ala ia·iota* (= *ala I*· *iota*). Cf. not. seq.

40) Ita mss. *Constitutae* editi, ac si *Constituta* nomen castelli fuisset. sed Pancirolus annot. „*Constituta* legitur in mss., ut *Idiota* sit nomen loci. Forte legendum *Ideae constituta*, quod est oppidum Tyri, inquit Plinius [?]. Infra in Duce Osrhoenes et aliis *constituta* pro *locata* accipitur. Posset etiam legi *Constantiae*, quam civitatem a Constantino M. conditam et a nomine Constantiae sororis dictam Socrates I. 14. scribit." Haec quidem displicent, sed quomodo difficilis locus enodandus sit nullus vidit; temerarium etiam foret legere *Iopae constituta.* non de *Ioppa* s. *Iopa* (hod. *Iaffa*) h. l. sermonem esse crediderim; sed de *Iota* s. *Ieta* s. *Iethan*, quae alias *Asan* dicta est. (cf. not. praec.) Bonfrerius in Onomast. v. *Iota* = *Ieta*, „urbs est sacerdotalis, inquit, in tribu Iuda (Iosuae XXI. 16.), quae alibi (Ios. XV. 55.) *Iota* appellatur. Non aliam hanc esse existimo ab ea, quae I. Paralipom. VI. 59. dicitur *Asan*". Sed recte contra hoc pugnat Cellar. II. p. 496. §. 192. Hieronym. v. *Iethan*, quam eamdem esse Bonfrerius affirmat atque *Ieta* s. *Iota*, quamque *Ἰεττάν* Eusebius nominat, „in triba Iuda" inquit „civitas sacerdotalis . est hodieque vicus praegrandis Iudaeorum in decimo octavo lapide ab Eleutheropoli ad australem partem in Daroma." Et: „*Asan,* in tribu Iuda est usque hodie vicus nobilis *Bethasan* [*Θηβασά* perperam Euseb.] ad Aeliam pertinens in decimo quinto ab ea

miliario." De verbo *constituta* pro *collocata s. stativa habente*, nisi potius pro *recens instituta*, sive *nuper constituta*, ut cap. XXV. §. I. A, ++. 7. 8. cap. XXXV. §. I. B, +. 6. expressum est, mecum sumere malis, cf. cap. XXXIII. §. I. B, +. 8. cap. XXXV. §. I. B, +. 5. Cf. de *Iota* s. *Ieta* s. *Iuta* Cellar. l. c. Reland. p. 643. Raumer. p. (142.) 206.

41) *XII.* ℭ.

42) Cf. ad cap. XXVIII. not. 75.

43) Pancirolus putavit esse *Effrem*, vicum in tribu Beniamin, in quinto miliario Bethelis ad orientem respicientem, auctore D. Hieronymo [v. *Aphra*, Ἀφρά. Euseb.]. Sed hunc quoque Hieronymi locum huc trahendum esse putem: „*Ephron* [Ἐφρών. Euseb.], in tribu Iuda. est et villa praegrandis *Ephraea* [Ἐφραΐμ. Euseb.] nomine, contra septemtrionem in vicesimo ab Aelia miliario [sed Euseb. „περὶ τὰ ὅρια Αἰλίας ὡς ἀπὸ σημείων ή.]." de quo difficili loco cf. Bonfrer. ad ll. citt. Cellar. II. p. 467. §. 129. Reland. p. 365. 567. Mannert. VI. 1. p. 283. Raumer. p. (118.) 187. *Affra* in Excerptis ex Not. Lat. ap. Reland. p. 164. sub patriarchatu Hierosolymitano, *Aphra* in D'Anvillii, *Ophra* in Reichardti mapp. geogr. huc non pertinet.

44) *X.* ℭ.

45) *Charthaginensis* r⁶. Cf. Not. Occ. c. X. §. I. E, +. 8.

48) *Carthae* ℭ? rbiti. Nihili est Panciroli suspicio locum hic indicari inter Tyrum Berytumque situm, Phoeniciae oppidum, de quo Servius [ad Aen. IV. +. 670.], ubi mss. codices *Carthada*, *Cartha*, *Carta* exhibent. Mutationem *Certa* [al. *Certha*, *Certfia*] in finibus Syriae et Palaestinae, VIII M. P. a Caesarea habet Itin. Hieros. p. 585. Et hanc Certam [malim *haec Certa*] Reland. p. 170. putat h. l. indicari. Miror de Hieronymi loco (p. 423.) neminem dicere, ubi est: „*Cartha* [al. *Carta*, Καρθά. Euseb.], in tribu Zabulon, separata Levitis." Fuit haec urbs non ita procul a Tiberiade et a Nazareth. Cf. Reland. p. 518. Alterius loci eiusdem fere nominis meminit Hieron. (p. 424.): „*Cartham* [*Carthan*, *Cartham*,

Καρθαίμ. Euseb. *Cariathaim* I. Paralip. VI. 76.], in tribu Nephthalim, separata Levitis." Cf. Reland. l. c. *Keratha* in Trachonitide (Burckhardt. p. 130.) ad h. l. non pertinet.

47) *agentenaria* 𝔄𝔅𝔇𝔈, *argētenaia* 𝔈, *Cētenaria* 𝔡, *Centenaria* 𝔯𝔣𝔣 et Reland. p. 170. Pancirolus, qui falso explicare quam confiteri res se non intellegere maluit, haec annotavit: „quia ex centum militibus constabat, sicut milliaria ex mille." Liber ex quo Spirensis et sic deinceps omnes qui nun exstant codices manu scripti Notitiae nostrae enati sunt, proculdubio habuit *quingentaria s. quingentenaria* (*q̄gentenaria* sive per syncopen *q̄gentaria* sive *q̄gentaria*), unde illud *agentenaria, āgentenaria, argentenaria* per errorem factum est, quod Gelenius, quem Pancirolus cum ceteris editoribus secutus est, in v. *Centenaria* corrupit. Veget. II. 6. legionem ex decem cohortibus, quarum prima miliaria fuit, altera, ut octo posteriores etiam, *quingentaria*, docet constitisse. „Secunda" inquit „cohors habet pedites quingentos quinquaginta quinque, equites sexaginta sex, et appellatur *Cohors quingentaria.*" Spartian. in Hadrian. cap. 17. memorat etiam *quingenariam cohortem*, ibique multi libri, ut noster cap. XXXIV. §. I. B, ✝. 4. et apud Vegetium l. c. quidam per errorem habent *quinquagenariam*, alii *quinquagintariam.* Cf. Salmas. ad Spartian. l. c. et Stewech. ad Veget. l. c.

48) *Tarbae* 𝔈? 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Pancirolus annotavit hoc praesidium et cohortem deesse in ms. Ursini. Idem „*Tarba*" inquit „oppidum est Cretae; sed aliud homonymon fuit in finibus Arabiae et Palaestinae." Sed haec Pancirolus dicit, alius quem sciam nemo. Certi nihil definire possumus. Apud Hieronym. memoratur „*Tharela* [*Therala* s. *Therela, Θεραμά.* Eus.], urbis nomen in tribu Beniamin." Potius vero crediderim de *Tharsa, Tarsa* s. *Thersa*, Samaritanorum loco, quem Bonfrerius eumdem esse voluit atque *Tharsila* s. *Thersila*, hic sermonem esse. Cf. Ioseph. Antt. VIII. 12, 4. sq. Onomast. Cellar. et Reland. hh. vv. et Raumer. v. *Thirza*, p. (123.) 164.

49) *IIII.* 𝔈.

50) *Phrygum* 𝔄 edd., *frigum* 𝔅ℭ𝔇. Cf. ad cap. I. not. 125. cap. II. not. 33.

51) *presidio* ℭ. Cf. supra not. 36.

52) *II.* ℭ.

53) Cf. ad cap. VII. not. 38.

54) Ita 𝔄𝔅𝔇. *ichibo* (?) ℭ, *Ihybo* 𝔈, *Iehybo* edd. De *Iehibo* s. *Iehibone*, ut de *Ieba* Plinii (H. N. V. 19. sect. 17. „*Iebba*" Phoenices, cf. Reland. p. 612.), quem locum excitavit Pancirolus, scriptores silent. Idem de *Tabim* (*Thabim* in recentioribus exemplis est) Hieronymi verba fecit. Voluit autem: „*Iabis Galaad* [Ἰαβεῖς Γαλαάδ. Euseb.], . . nunc est vicus trans Iordanem in sexto miliario civitatis Pellae, super montem euntibus Gerasam." Si de loco trans Iordanem cogitare liceret, facilius de Peraeae *Nebo* (cf. Hieron. h. l. et v. *Naban*), quam de vico illo Galaaditidis cogitarem. De *Iebo* aut *Iebunte* nemo cogitaverit. „*Iebus* [Ἰεβούς. Eus.] ipsa est quae et Ierusalem" Hieronymus dicit. Fortasse de *Geba* s. *Gaba*, civitate Levitarum in tribu Beniamin (cf. Hieron. et Hierocl. p. 720., ubi novissimo loco inter Palaestinae Secundae urbes Γάβαι enumeratur.), sive etiam de Ierichunte h. l. sermo est, ut *Iericho* legendum sit. Sed non reiicio opinionem eorum, qui de *Iebba* Plinii, qui locus ad montem Carmelum, borealem dico, fuisse videtur, cogitare malint. Cf. not. 56.

55) Infeliciter Pancirolus: „a loco, ut puto, denominata." Cohortes *equitatae* [EQ. sive EQVIT. EQVITAT.], quae peditibus equites plus solito numero admixtos habebant, passim in lapidibus memorantur. Videsis Schel. in Hygini Gromatic. in Graev. Thes. Antt. Romm. X. p. 1090. sqq.

56) *Calamonia* 𝔇, sed litteram *i* puncto infra posito delendam esse significatur. *Calamonae* 𝔈? edd. Pancirolus de Stephani Byz. [cf. v. Καλαμένθη] *Calamintha*, Phoenicum urbe, cogitavit. Eadem esse videtur Polybii (V. 68.) et Plinii (H. N. V. 20. sect. 17.) *Calamos*. Quae cum a *Mutatione Calamone*, quam Itin. Hieros. p. 584. a Ptolemaide XII, a Sycamino III M. P. afuisse refert, aperte diversa fuerit (cf. Wessel. ad

l. c.) magis est ut de hoc loco ad montem Carmelum sive potius ad mare magnum sito cogitemus. De eo cf. Mannert. VI. 1. p. 355. Etiam Relandus Phoenicium illud et hoc nostrum oppidum non satis distinxit. Phoenicium oppidum *Calamona*, si tamen nomen corruptum non est, occurrit infra cap. XXXI. §. I. A, †. 9.

57) *II.* €.

58) *Galatharum* mss. Cf. ad cap. XXV. §. I. B, . 12. et not. 49. ibid. et Tac. Ann. XV. 6.

59) *Ariсldela* 𝔅, *Arieldelae* €(?) rbiti. *Arindelae* legendum esse cum Panccirolo Relandus p. 434. putat, quem locum Hierocl. p. 721. in tertia Palaestina habet atque de quo Steph. Byz. *'Αρίνδηλα* inquit *τρίτης Παλαιςίνης. Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν καλεῖ.* Sed Berkelius ad h. l. annotavit se nescire an proba sit huius loci scriptura, nam ex serie litterarum hic legendum fore *'Αριήδηλα*, atque in Not. Dignn. legi *Arieldela.* Burckhardt. (p. 731.) monet hodiernum nomen *Gharendel* veteris nominis *Arindela* similem fere sonum habere. Memoratur *'Αριvδήλων* episcopus in concil. Hierosol. a. 536. habito. Cf. Reland. l. c. et Le Quien, Oriens Christ. III. p. 727...28.

60) Cf. cap. VI. §. I. C, ††. 6. 7. 9. cap. VII. §. I. C, ††. 7. 8.

61) *Molcathi* 𝔇, *Moleahae* €(?) et rbiti. Pancirolus annotavit „Vetustus codex legit *Moleathiae*", et Reland. p. 170. „hinc" pergit „ducimur ad veram lectionem, quae est, uti opinor, *Malathae.*" Idem p. 666. „*Moleatha*" inquit „in Not. Imp. memoratur. Credo esse *Moladam*, quae *Μαλαθὰ* appellatur. At forsitan est *Maledomim* inter Aeliam et Hierichunta, ubi castellum militum esse situm Eusebius et Hieronymus monent ad vocem *'Αδαμμὶν* et *Addomim*" [ita Bonfrer. *Adommim* est in ed. Benedict. p. 399.]. Cf. not. 68. Dubito num recte Relandus de *Molada* s. *Moladab* Hieronymi, *Μωλαδὰ* Eusebio, cogitaverit, quae tribui Iudae ablata Simeonis attributa est. Cf. Cellar. II. p. 498. §. 196. Reland. p. 654. sq. 666. Rosenmuell. I. p. 315. sq. Raumer. p. (145.) 212. De loco *Molathi* sermo est II. Reg. XXI. 8. cf. I. Reg. XVIII. 19. Vid.

etiam Bonfrer. in Onomast. h. v. et Onomast. v. *Arath* [Ἀραμά. Euseb.], „civitas olim Amorrhaeorum vicina deserto *Cades* [τῇ ἐρήμῳ καλουμένῃ Κάδδης. Euseb.], et usque nunc ostenditur villa ab oppido *Malatis* [Μαλααθί. Euseb.] in IV. lapide, a Chebron vicesimo, in tribu Iuda." Ptolemaei (V. 17.) *Maliattha*, Arabiae Petraeae, ad locum nostrum non pertinent. Itaque in re tam incerta minime negare ausim, h. l. de *Malathis* accipiendum esse, quae sec. Hieron. v. *Iether* in Daroma iuxta *Iethira*, villam praegrandem, sacerdotalem, in tribu Iuda, in vicesimo miliario Eleutheropoleos fuerunt. Iota, Berosaba, Carmelia, Thamara, non procul ab his Malathis omnia fuerunt. Ioseph. Antt. XVIII. 6, 2. etiam τινὰ πύργον ἐν Μαλάθοις [Μααλάθοις al.] τῆς Ἰδουμαίας memorat.

62) *Cohors quarta* 𝔄, editi (cf. not. 64.), *Cohor quarta* 𝔅, *Cohos III.* ℭ, *Cohors III.* 𝔈, *Cohors IIII.* 𝔇. Pancirolus annotavit: Ursini codex habet *Cohors tertia*.

63) *Palestinorum* ℭ𝔈𝔡.

64) Totum versum omiserunt 𝔢[1...4], sed operarum solum neglegentia; nam Pancirolus in commentario de eo verba fecit. *Thaniana (?)* 𝔅, *Thamanae* 𝔈(?)𝔡𝔢[6,7]ff. Reland. p. 170. Nescio an de iis *Thamnis* sermo h. l. non sit, quae Iosephus a Cassio in servitutem redacta fuisse refert Antiqq. XIV. 11, 2. et tribui Ephraim adscribit Id. V. 1, 29., quae *urbs Palaestinorum* vocantur V. 8, 5. cf. 7., atque Thamniticae regioni sive toparchiae (cf. etiam Plin. V. 14.) nomen dederunt, aut de aliis *Thamnis*. Θαμνά Ptol. V. 16. inter Hierosolyma et Engada enumerat, et Steph. Byz. Θάμνα, inquit, πόλις Παλαιστίνης. Hieronymus duo oppida huius nominis recenset: „*Thamna* [Θαμνά. Euseb.] . . . ostenditur hodieque praegrandis vicus in finibus Diospoleos euntibus Aeliam in tribu Dan sive Iudae", et v. *Addara* Thamniticam regionem ab hac Thamna villa vocari refert; altera Hieronymi *Thamna* civitas principum Edom fuisse refertur. Cf. Cellar. II. p. 489. §. 165. Rectius, opinor, Relandus p. 761. hunc nostrum locum eumdem esse putat, atque illum, de quo in Onomast. v. *Hazazon-Thamar* [ed. Mar-

tianaci p. 390: *Asason-thamar*, *'Ασασανθαμάν*. Euseb.] scribitur „Est et aliud castellum *Thamara*, unius diei itinere a Memphis oppido [sic perperam Hieronymus ex Eusebii: *διεςῶσα μόλις* (*μάλις* al., unde *Maliathis* conieccrat Martianaeus) *ἡμέρας ὁδὸν ἀπιόντων ἀπὸ Χεβρῶν κ. τ. λ.*: scribere debebat *vix unius diei itinere*] separatum pergentibus Ailam [cf. not. 25.] de Chebron, ubi nunc Romanum praesidium positum est.“ Haec *Thamara* diversa ab eo oppido fuisse Reland. l. c. sumpsit, quod Ptol. V. 16. et Tab. Peut. IX. E *Thamaro* appellant, in qua re illum falsum esse putem. Cf. Cellar. II. p. 482. §. 153. Mannert. VI. 1. p. 174. Raumer. v. *Engeddi* p. (132.) 186. *Thamāa* (i. e. *Thamara*) et *Thamāa* (i. e. *Thamana*) facile a librario permutari potuit. Iam Panciroli etiam explicationem loci addam: „*Thamna* est Ptolemaeo, Stephano et Iosepho in V. Iud. hist. D. Hieronymus de loc. Hebr. „„*Thamna*““ inquit „„villa Themniticae regioni[s] nomen dedit in finibus Diospoleos, locus est, ubi oves suas totondit Iudas.““ Alia „„*Thamna* est civitas principum Edom, forte a Thamna concubina Elipham filii Esau dicta.““ Sed legendum *Themana*, quia ibi in Palaestina erat praesidium. D. Hieronymus [p. 487.] „„*Themana* [sed *Theman* habet Hieron., *Θαιμάν* Euseb.] est villa distans a Petra V M. P., ubi et Romanorum praesidium sedet.““ Sed hanc urbem *Theman* ego ad seq. cap. §. I. B, ✝. 5. v. *Thamatha* pertinere crediderim.

65) *Iordanen* ⲀⲰⲈⲇϥ'. De Iordanis fontibus prope clivum *Tel el Kadi*, non procul a Caesarea Philippi sive Paneade, quae hodie *Banias* nomen retinet, vide Burckhardt. p. 95. sq. cf. p. 553. sqq. 593. sqq. cf. Raumer. p. (46.) 56. sq. Alter fons dicitur, ubi oritur, *Dhan*; tertium fontem, prope *Hasbeia* orientem, *Hasbeny*, maximum ex tribus Iordanis fontibus esse Raumerus l. c. docet. Postquam lacum Gennesaritidem sive Tiberiadis (hod. *Tabaria*) reliquit, fluvius *Scheriat el Kabir* (i. e. magnus Scheriat) dicitur, et simpliciter *Scheriat* paulo inferius. cf. Burckhardt. p. 130. sq. Hebraicum Iordanis nomen *Iarden* i. q. descendit, labitur, significat. Arabicum superioris

partis nomen est *Orden.* Vallis infra lacum Tiberiadis et mare mortuum *el Ghor* appellatur, quod nomen etiam eius vallis est, quae versus meridiem a mari mortuo et Zoaris aperitur. cf. Burckhardt. p. 731. sqq. et quod supra not. 31. monuimus. Vid. etiam de Iordane et quae de eo veteres scriptores doceant Cellar. II. p. 402. sqq. Reland. p. 199. sqq. 326. Mannert. VI. 1. p. 328...36. Raumer. l. c. et Georgii I. p. 211. sqq.

66) I. q. *salutaris?* Cf. cap. XXXII. §. 1. B, ✝. 2. et praecipue cap. XXXIII. §. I. B, ✝. 8. Pancirolus: „*Salutaria* oppidum sub Duce Syriae nominatur [? cf. cap. XXXII. §. I. B, ✝. 2.], unde haec cohors contracta *Salutaria* est dicta, et *Ala Salutaria* sub Duce Osrhoenae.“ Quod si verum esset, *Salutariensis* s. *Salutariana* tum ea cohors alave dicta fuisset. Olim Latine dixissent *Cohors Prima Salutis;* sed post secundum p. Chr. n. saeculum *salutarius*, *a*, *um* formari potuit. Ceterum non omnino negaverim *Salutaria* nomen loci esse potuisse, sed quominus credam, non hic solum locus, sed magis etiam cap. XXXIII. cit. facit. Neque de *Salutariis* s. *Salutaria* oppido me legere quicquam memini.

67) Cf. supra not. 9.

68) Hieronym. (p. 399.) „*Addomim* [al. *Adommim*, Euseb.: *Ἀδαμμίν*], quondam villula, nunc ruinae in sorte tribus Iudae, qui locus usque hodie vocatur *Maledomim*, et Graece dicitur *Ἀνάβασις πυῤῥῶν*, Latine autem appellari potest *Adscensus rufforum* sive rubentium propter sanguinem qui illic crebro a latronibus funditur. Est autem confinium tribus Iudae et Beniamin, descendentibus ab Aelia Hierichum, ubi et castellum militum situm est ob auxilia viatorum. Huius sanguinarii et cruenti loci dominus quoque in parabola descendentis Hierichum de Hierosolyma recordatur.“ — De Hierichunte, cuius locum hodie vici *Richa* s. *Richa* (qui non confundi debet, ut fecit qui verborum indicem ad Gesenii versionem Burckhardtiani operis scripsit, cum eo loco *Richa*, quem Burckh. p. 215. sqq. in itinere Damasceno attigit) ruinae occupant, cf. praeter ss. scripta et Ioseph. Antt. IV. 6, 1. XIV. 15, 3. XVI. 5, 2. de

bell. Iud. I. 6, 6. 18, 5. 21, 4. IV. 8, 1. 3. atque Onomastic. v. *Iericho*, Ἰεριχώ, Strabon. XVI. p. 1103. 1106. ed. Almelov., ubi ὁ Ἱεριχοῦς et ὁ Ἱερικούς legitur. Plin. H. N. V. 14. sect. 15. *Hiericuntem* palmetis consitam nominat, et XIII. 4. sect. 9. *Hiericuntis* copiam, fertilitatem ac nobilitatem caryotarum laudat. Ptol. V. 16. ὁ Ἔριχος, Steph. Byz. ἡ et ὁ Ἱεριχοῦς. Itin. Hieros. p. 596. sq. *Hiericho*, Tab. Peut. IX. E, F *Herichonte.* Vid. Cellar. II. p. 466. §. 127. Reland. p. 613. sqq. Mannert. VI. 1. p. 276. sq. Rosenmüll. II. p. 153. sqq. Röhr. p. 196. sqq. Raumer. p. (140.) 204. sq. Georgii I. p. 233. sq. et praecipue Car. Ritteri „Erdkunde" tom. II. Berol. 1818. 8°. p. 326. sqq. De celebratissimae palmarum urbis hodierna condicione Carnius (Letters from the East. 2d. edit. Lond. 1826. 8°. tom. II. p. 18.) haec rettulit: „The situation is a wretched one, and the village of Iericho consists of about thirty miserable cottages: there are no ruins worthy of mention." et de palmis Idem paulo post: „The city of palms cannot now boast of one of these beautiful trees around it."

69) *scola* 𝔇𝔈.

70) *Agentium* $c^{3,4,6,7}$.

71) *adiutorer* c?.

72) *Refcibēdariū* 𝔈, *Subscribendi|ariū* 𝔈.

73) *Offitiales* 𝔈.

74) *Palestine* ℭ𝔈, *paleftinae.* 𝔇.

75) Hunc de Evectionibus versum editi non habent. Inter eum antecedentemque in ℭ linea vacua intermedia est.


CAPUT XXX.

α) *Arabie* 𝔈. *cum insignibus.* add. cc. — Cf. ad cap. I. not. 57. et ad cap. II. not. 15.

Ad tabulam (pag. 81.):

a) De notis quas in libro mandatorum ℭ𝔇 et editi ha-

bent repete ad cap. XXVIII. not. a. Volumen iuxta librum mandatorum in ℭ𝔇 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦sque notas nullas habet; in 𝔄 ita est:



b) *Ammotha* 𝔄, *Animotha* ℭ𝔇𝔈 et 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Cf. infra nott. 3. 4.

f) *Zeha* 𝔄.

g) *Mesa* 𝔢[6,7].

h) *Gaddai* 𝔄.

k) *Diafenis* 𝔇(?)𝔡𝔢𝔢.

l) *Betthor* 𝔡, *Betthor*. 𝔢𝔢.

De avibus serpentibusque Pancirolus, de avium figuris, ut videtur, non admodum edoctus, annotavit: „Infra spectantur duae aves, quae sunt Ibis, et Struthio camelus, et tres serpentes, quibus abundat Arabia, et ab his avibus occiduntur.“ Nisi avium figuras nimium pictor insignium depravavit, otides Arabas potius quam struthiones videre mihi videor.

---

1) *Arabie* ℭ.

2) *scutati* Reland. p. 170.

3) *Illyrici* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦, sed syllaba *ani* sequenti nomini sese applicuit in mss., qui habent *illyricianimotha* (*illiricianimotha* 𝔇.).

4) Ita mss. *Animothae* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 omnes. Cf. not. 3. Relandus coniecit legendum esse *Arimothae*, ut sit *Ramoth* in Gileaditide. Sed in re tam dubia nolui reduplicatis syllabis *ani* scribere *Animotha*, quamvis de castello *Motha* dicto plane nihil mihi constat. Nescio an nullus sequentium locorum huc pertineat: Ptol. V. 17. *Μόχα* inter Arabiae Petraeae urbes paulo ante *Ziza* (cf. ✝. 3.) habet. Cf. Cellar. II. p. 588. §. 39. qui ex Patino numum quemdam Antonini Pii hanc inscriptionem habere refert ΜΟΚΑ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. ΑΥΤΟ. Cf. etiam Ez. Spanhem. Orb. Rom. p. 403. sq. 414. ed. Londin. 1703. 4°. Steph. Byz. „*Μωθὼ, κώμη Ἀραβίας, ἐν ᾗ ἔθανεν Ἀντίγονος ὁ Μακεδὼν*“ κ. τ. λ. Hieronym. (p. 463.) „*Mophat* [al. *Mephaath*. *Μηφάθ*. Euseb.] in tribu Beniamin. sed et alia est trans Ior-

danem, in qua praesidium Romanorum est militum propter vicinam solitudinem.“ *Mephaath* forte cum Castris Arnonensibus (cf. infra not. 51.) eumdem locum fuisse annotavit D'Anvill. in mapp. geogr. Palaestinae; Reichardus autem in tabula geogr. a. 1818. ed. *Mephaath* paulo supra Areopolim septemtrionem versus collocavit. Cf. Cellar. II. p. 560. §. 321. Reland. p. 661. Raumer. p. (174.) 256. Sed nomen *Mephaath* ad seq. versum 6. traxerim, ubi nomen *Mefa* habemus; neque male huic nostro loco convenire videtur situs civitatis *Ramoth*, de qua Onomast. „*Ramoth* [*Rammoth*, 'Ραμώθ. Euseb.], in tribu Gad, civitas sacerdotalis et fugitivorum in terra Galaaditide. Nunc autem est vicus in quinto decimo miliario Philadelphiae contra orientem.“ Vid. Cellar. II. p. 539. §. 273. et p. 557. §. 311. Reland. p. 714. Mannert. VI. 1. p. 325. Rosenmuell. II. p. 33. Raumer. p. (175.) 256. Gesenius ad Burckh. p. 1061. putat hunc locum fuisse, ubi hodie est *Szalt*, de quo Hierocl. p. 721. v. *Σάλτων* et Notitiae eccl. v. *Σάλτον ἱερατικόν*. Cf. Burckhardt. p. 600. sqq.

5) Cf. ad cap. IV. not. 6.

6) *illiriciani* 𝔇. Cf. ad cap. IV. not. 20.

7) *tricoma (s. triconia)* 𝔅, *tricōza* ℭ, *Tricomiae* ℭ(?) editi. Memorant etiam Notitiae eccl. (cf. Reland. p. 161. n. 15. p. 162. ✝. 23. c.) inter Constantinam et Bataneos locum *Tricomiam* in provincia Arabiae. Alia eiusmodi nomina, ut *Tetracomia, Pentacomia, Hexacomia* in eadem provincia occurrunt. Tricomia vel Tricomias alia in Palaestina Prima, alia in Phrygia occurrit. De situ nihil mihi constat.

8) *dalmati* 𝔄𝔅ℭℭ. Procul dubio olim *dalmat.illyriciani* scriptum fuit. Cf. ad cap. IV. not. 20.

9) *Zizae* $\mathfrak{e}^{6,7}$. *Ζίζα* habet etiam Ptol. V. 17. inter Esbuta et Maguza. Relandus p. 345. not. 23. „Estne *Zía* vel *Mía*?“ de quibus nominibus cf. Eumd. p. 662. 785., ubi ablegat lectorem ad Ioseph. Antiqq. XX. 1. et Hieron. (p. 494.): „*Zeb* [*Ζήμ*. Euseb.], civitas Amman, hodieque villa Zia ostenditur [ἔστι νῦν Ζία κώμη. Euseb.], in quintodecimo lapide Phila-

delphiae contra occidentem." *Ciza* habet Cellar. II. p. 588. §. 39.

10) Cf. ad cap. IV. not. 20.

11) Cave ne cum Pancirolo interpreteris *Martis civitas.* nam diserte Hieronymus ad Ies. 15. „Huius [Moabitidis]" inquit „metropolis civitas *Ar*, quae hodie ex Hebraeo et Graeco sermone composita *Areopolis* vocatur." Et Onomast. (p. 461. sq.) „*Moab*, . . civitas Arabiae [cf. cap. XXIX. nott. 14. 21.], quae nunc *Areopolis* dicitur . appellatur autem *Moab* ex nomine urbis et regio . porro ipsa civitas quasi proprium vocabulum possidet *Rabbath-Moab* [Ῥαββὰϑ Μωάβ. Eus., sed in ed. Martian. Ῥαμβὰϑ Μωάβ], i. e. grandis Moab." Arabiae Petraeae adscribit Ptol. V. 17. Ῥαβμαϑώμ sive, ut in cod. ms. Hudson. est, Ῥαβμαϑμῶμ. sed Palaestinae Tertiae Ἀρεόπολις annumeratur ab Hierocle p. 721. et Steph. Byz. „Ῥαβάϑμωμα, πόλις τρίτης Παλαιςίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις." *Rababatora* habet Tab. Peut. IX. E. Hodie *Rabba* s. *Robba* appellatur. Vid. Cellar. II. p. 573. §. 10. Reland. p. 471. 707. Mannert. VI. 1. p. 181. Burckh. p. 636. sq. Raumer. p. (180.) 263. v. *Ar*.

12) *idigene:* ℭ.

13) Totum versum omisit 𝔈. *ſpelucis* (pro *ſpelūcis*? sed cf. inferius dicta) ℭ. Pancirolus annot. „*Speluncam* vocat Ptolemaeus [V. 15. in Chalibonitide!], est urbs Syriae [a qua in hac capitis parte longe absumus], ubi Herculis, Mercurii et Apollinis idola erant erecta, ait Stephanus [Byz. v. Σπήλαιον]." Vel si hoc Stephani Σπήλαιον, de quo ubi situm fuerit non expressit, diversum fuit ab illo *Spelaeo*, de quo Liv. XLV. 33., Macedonico oppido, Pancirolus tamen, ut in rebus geographicis fere solet, absurdum aliquid dixit. Neque *Speluncae* Tab. Peut. X. B, Ponticae, huc pertinent, neque de ὁρμητηρίοις ἐρυμνοῖς, quibus sec. Strab. (XVI. p. 755. ed. Almel. p. 1096.) Libani montis incolae utebantur, quae σπήλαια Ioseph. Antiqq. XV. 10, 1. et bell. Iud. I. 16, 3. sqq. accuratius descripsit, hic sermo est. De *Speluncis* Arabiae Petraeae nihil me legere memini. Cogitarem de Moabitidis *Elusa*

s. *Elusis*, nisi situs in ea Arabiae Petraeae parte, quae tempore libri nostri conscripti ad Palaestinam Tertiam pertinebat, vetaret. Iam Ptol. V. 16. ut Hierocl. p. 721. Steph. Byz. v. *Ἐλοῦσα* atque Notitiae eccl. (ap. Reland. p. 159. sqq.) Palaestinae eam urbem adscripserunt.

14) Ita 𝔄𝔅ℭ𝔇, *Mefae* 𝔈(?), *Mesae* 𝔡𝔢^{6,7}𝔣𝔣 et Reland. p. 170. *Moesiae* 𝔢$^{1...4}$. Pancirolus hanc quoque Syriae urbem esse annotavit, *Emesam* scilicet. Turbat omnia. Fortasse de *Mephaath* hic locus accipiendus est, de qua urbe dixi supra not. 4. Neque *Mesada* s. *Masada* Ptolemaei V. 17. neque omnino *Maepha* eiusd. VI. 7. huc pertinent.

15) *idiḡ.* ℭ.

16) *Gaddae* 𝔈(?)𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Pancirolus putat esse Gaddam Plinii V. 17. [sect. 15. p. 262. ed. Harduin.]; sed Plinius et Solinus cap. 35. de *Engadda* sive *Engaddis* (cf. Steph. Byz. v. *Ἐγγάδα*), celeberrimo Iudaeae oppido iuxta mare mortuum sito, quod *Engaddi* Iosepho, Eusebio et Hieronymo dictum est, verba faciunt. Verum non adeo pertinax est Pancirolus, ut etiam Stephani *Γάδδα* [„*χωρίον Ἀραβίας ... καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως* ..“] non statim alleget. Sed haec infelici quodam casu in Arabia Felici ad sinum Arabicum condita fuit in regione, ubi Romani milites numquam fuerunt: est enim portus *Meccae*, a qua XL miliaria distare ferunt, diciturque hodie *Gioudda* s. *Giddah*. Cf. Berkel. ad Steph. l. c. et D'Anvill. Mém. sur l'Egypte. p. 247. sq. Nostram Arabiae Petraeae *Gadda* habet Tab. Peut. IX. E; fuit autem inter Philadelphiam et Haditha. Ptol. V. 15. appellat *Γάδωραν* [?]. Cf. Mannert. VI. 1. p. 322. Cave ne confundas hunc locum cum *Gadda* in tribu Iudae, de qua Hieron. h. v. (p. 447.), ut Relandus p. 578. videtur fecisse; nam eam Gadda i. q. Engaddi esse recte opinantur; sed nec cum Ptol. l. c. *Gadara* noster locus confundi debet. *Gadara* (hodie *Om Keis* s. *Mkès*. cf. Burckh. [Leake] p. 5. et 426. sqq. [Gesen.] p. 537. sq.) fuit Peraeae metropolis. Vid. Ioseph. bell. Iud. IV. 7, 3. Plin. Strab. alios. Cf. Bonfrer. ad Hieron. v. *Gadara*, et Raumer. p. (167.) 240.

17) *Prefect'* C.

18) *tertie* C, *tercie* D.

19) *Cyrenaice* CD. Dio Cass. LV. 23. „.. τὰ τρία τὰ τρίτα [στρατόπεδα] . . . τὸ ἐν Ἀραβίᾳ τὸ Κυρηναϊκὸν . . ." Inscriptionibus Legionem Tertiam Cyrenaicam memorantibus, quae multae in libris epigraphicis servantur, hanc ex Burckh. p. 366. addere libet, Bostris ad domum sacerdotis *Boheiry* repertam: AEL AVREL THEONI LEG | AVGG PR PR COS DESIG | OPTIONES ײ [i. e. *Centurionum*] LEG III KYR(*enaicae*) | VE-NERIANAE GALLIANAE RARISSI|MO ET PER OMNIA IVSTISSIMO SOCIO|. Eam explicat O. F. v. Richter, Griech. und Lat. Inschiften, herausg. von I. V. Francke. Berol. 1830. 4°. p. 160. sqq. Aliam vid. ap. Eumd. p. 148., quae ita habet: Φάβιος Μάξι|μος, στρατιώτης | λεγεῶνος τρίτης Κ|υρηναϊκῆς, στρα|τευσάμ|ενος ἔτ|η κγ' ἀπο|θανών. Cf. Orelli numm. 3383. 3392.

20) *Bostiae* (?) C, *Bostrae* editi. Steph. Byz. „Βόσρα, πόλις Ἀραβίας, οὐδετέρως καὶ θηλυκῶς . . ." Clarissima Arabiae urbs, Traiani expeditione Arabica celebratissima, post Alexandrum Severum *Colonia Metropolis Bostra.* Non solum apud scriptores, sed in numis etiam lapidibusque saepe memoratur ingens civitas Bostra, ut Ammiani Marc. XIV. 8, 13. verbis utar. Cf. e. gr. Ptol. V. 17. Tab. Peut. IX. F. Onomast. (p. 414.) v. *Bosor.* Hierocl. p. 722. Haec Auranitidis *Bostra* (nam idem nomen aliae etiam urbes habuerunt. cf. Reland. p. 463. Raumer. p. (165. 184.) 235. 269. sq. ibiq. citt. scriptores.) per medium aevum *Bussereth* dicta fuisse refert Will. Tyr. 893.; hodie *Bossra* s. *Bosra* appellantur. Vid. Cellar. II. p. 589. Reland. p. 495. sq. Mannert. VI. 1. p. 177. sq. Rosenmuell. II. p. 23. sqq. Burckhardt. p. 93. 364. sqq. et Gesen. ad h. script. p. 497. 527. Richter. in lib. cit. passim. Raumer. p. (165.) 235. Georgii I. p. 262. sq.

21) *Prefect'* C. Cf. not. 17. *Praefectus* AD, *Praefecturae* B(?)C(?) editi. sed Pancirolus annotavit „Vetustus codex legit *Praefectus*."

22) *quarte* CD. *Legio IV. Scythica* Cassii Dionis tem-

pore in Syria fuit. Cf. Reimar. ad Dion. Cass. LV. 23. et infra ad cap. XXXVIII. not. 28.

23) *martie* 𝕮, *marcie* 𝕯.

24) *becthoro* 𝕬, *bethoro* 𝕭, *betthoro* 𝕮𝕯, *Betthorae* 𝕰(?) editi praeter Reland. p. 171., ubi *Batthorae* est. Neque de duobus Iudaeae vicis, *Superiori* et *Inferiori Betthoro*, quos Onomast. (p. 413. sq.) v. *Betthoron* in XII. ferme ab Aelia lapide Nicopolin pergentibus fuisse refert (cf. Cellar. II. p. 449. §. 103. Reland. p. 472. sqq.), neque de vico Iudaico *Βηδωρᾶ*, de quo Ptol. V. 16. (cf. It. Ant. p. 150. 199. *Betaro*) h. l. sermo esse potest. Cf. Ioseph. Antiqq. II. 12, 2. *Βαιθωρώ* sive *Βεθωρώ*. Vid. F. Muenteri comm. „Der jüd. Krieg" §. XX. Fortasse de *Bathyra* Bataneae adversus Trachonitas munito vico aliquis cogitaverit; certe postquam Cuiacius ad L. 4. C. de erog. mil. ann. XII. 38(37). [ed. Fabrot. tom. II. 2. p. 355.] annotaverat ad v. *veteranis castris* „Graeci *βετωρίνοις*. propria castrorum quorundam appellatio videtur esse", Gothofredus ad L. 15. Th. C. eod. VII. 4. scripsit „*Vetorina* scilicet castra hic fuerint *Betorina* in limite Arabico Persis opposito (non *Victorina*, quae a *Victorio* vel *Victorino* tyranno excitata sub Gallieno, de quibus Pollio in Lolliano c. 5., ut nonnulli coniiciebant, quae non placent) quorum meminit Notitia Imp. . . . *Praefecturae* . . . *Betthorae.*" Minus itaque probo quae Wesseling. ad Hierocl. p. 721. v. *Βιταροῦς* annotavit, hoc Palaestinae Tertiae oppidum idem esse atque de quo hic noster liber atque Gothofredus dicunt. Illum vicum Bitarunta, de quo etiam Steph. Byz. v. *Βαιταῤῥοῦς*, rectius idem cum Iosephi (bell. Iud. IV. 8, 1.) *Betari* „vico in media Idumaea" contulit. Nisi situs ad sinistram Iordanis ripam in Palaestina Secunda vetaret, mihi de eo loco hic sermonem esse videretur, quem Onomast. vv. *Betharam, Betharan* [*Βηθραμφθά*. Euseb.] ita explicat: „civitas tribus Gad iuxta Iordanem, quae a Syris dicitur *Bethramtha*, et ab Herode in honore[m] Augusti *Libias* cognominata est." Vid. Cellar. II. p. 553. §§. 301. sq. cf. p. 414. §. 49. p. 564. §. 333. Reland. p. 369.

646. Mannert. VI. 1. p. 326. sq. Raumer. p. 171.) 250. sq. v. *Beth-Haram*. Haec *Livias* sive *Libias*, ut etiam Ptol. V. 16. habet, sec. Ioseph. Antt. XVIII. 3, 1. *Iulias* appellata fuit.

25) *Diaphenis* editi. Panciroliana explicatio haec est: „Plin. V. 27. *Diaphenem* ait esse fluvium in ora Syriae, a quo id oppidum videtur denominatum." Plinius autem de *Diaphane* fluvio, qui longe ab his nostris regionibus dissitas irrigabat, loquitur. Reland. p. 171. „Forte est *Φαινώ*, ubi fodinae erant." De hac *Phaeno* inter Petram Zoaraque sita, itaque tempore libri nostri conscripti ad Palaestinam Tertiam pertinente, vid. Bonfrer. ad Onomast. v. *Dedan*, *Δαιδάν*, Wesseling. ad Hierocl. v. *Φαίνα*, p. 723., Cellar. II. p. 579. §. 27. Reland. p. 702. Mannert. VI. 1. p. 175. Raumer. p. (186.) 272. Secundum Burckhardt. fortasse loci *Tafyle* situs cum situ veteris Phaenus convenit. Magis igitur de *Dia* cogitaverim, quam Hierocl. p. 722. et Notitiae eccl. habent, ut fortasse *Diapolis* s. *Diapoli* scriptum fuerit; sed minus temerarium esse quis dixerit de *Dibone* cogitare „villa pergrandi iuxta Arnonem" fl. sec. Onomast. v. *Debon*, *Δαιβὼν ἢ Διβών*. Eius ruinae hodieque supersunt non procul ab *Aroer* (cf. infra ✝✝. 10. 11.) nominanturque *Diban* sec. Burckhardt. p. 633. Vid. etiam Cellar. II. p. 554. §. 305. Reland. p. 546. Raumer. p. (172.) 253. Verum tamen hanc *Dibon* non ad hunc locum trahendam esse putem, sed ad sequentem ✝. 3. Cf. not. 31. — Ceterum monendum esse videtur, praefecturarum enumerationem ad calcem eorum militum, qui de maiore laterculo emittebantur, fieri solere, quod huic nostro loco non convenit; sed ne ex hoc versu decimo octavum efficerem, tam scriptura codicum mss. quam picturarum auctoritas prohibuit, in quibus *Diafenis* ultimo loco ponitur.

26) *milliaria* ff et Reland. p. 171. — Cf. ad cap. XXVIII. not. 24.

27) *Auathae* Edc[1,3,6,7]ff et Reland. l. c. *Acauathae* e[3,4]. Ad h. l. Pancirolus annotavit „Ptolemaeus et Stephanus legunt *Auarae*", quod ad nostrum locum non pertinet: cf. ad cap. XXIX.

not. 15. Nomen *Auatha* iterum occurrit cap. seq. §. I. A, ✝. 5., ubi Pancirolus annotavit, vetustum codicem in utroque loco habere *Anathae;* quod non crediderim. *Anatha* est cap. XXXII. §. I. A, ✝. 5., et ibid. ✝. 7. est *Acauatha*, Syriacorumque praesidiorum haec nomina sunt. An hoc Stephani Byz. comma huc non pertineat dubito: *Ἄυαθα καὶ Ἄυαρα*, *οὐδετέρως*, *συνοικία Ἀράβων*, *ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῃ κ. τ. λ.* Thomas de Pinedo haec Stephani *Auatha* eadem esse putat atque Ptolemaei (V. 19.) *Audattha* in Arabia Deserta. Situm loci definire nequeo, nisi de Ptol. V. 17. *Anitha* sive *Anithis*, quem locum inter Areopolin et Surratha posuit, sermo hic sit.

28) *Gomohae* 𝔈(?)𝔡𝔢[1,2,6,7]ff et Reland. l. c., *Gomothae* 𝔢[3,4]. De hoc loco plane nihil compertum habeo.

29) *Secunda* omiserunt 𝔢[2,3,4].

30) *Constantiniana* 𝔅, *Conſtantina* 𝔢[4]. Cf. ad cap. XXIX. not. 32.

31) *Libonae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Neque de Onomastici *Lebna* s. *Λεβνά*, villa in regione Eleutheropolitana, neque de eiusdem *Lebona* in desertis, castris filiorum Israel, de quibus Pancirolus h. l. dici putavit, sermo est; sed aut loci situm nescimus, aut de *Dibone* hic dicitur, de qua dixi not. 25. supra.

32) Vid. ad cap. XXVIII. not. 24.

33) Ita omnes. Videant geographi linguarum orientalium periti quid de hoc *fluvio Saphare (?)* statuendum sit. Mihi quidem veri haud absimile videtur de *Praesidio ad vadum sive fluvium Aphar*, ad cuius ostia Castra Arnonensia fuerunt (cf. infra ✝. 10.), h. l. sermonem esse, atque hoc castellum *Naarsafar* sive *Naharsapharis* non ita longe a Castris Arnonensibus Philadelphiam versus situm fuisse.

34) *Valentiniana* 𝔢𝔣𝔣 et Reland. p. 171. Utrum ab imperatore *Valente* an a legione, cui *Valentis* nomen inditum fuit, appellata fuerit, in medio relinquo. Cf. infra not. 37. et ad cap. XXIX. not. 35. et ad cap. XXXV. not. 57.

35) *thainatha* in 𝔄𝔅𝔇 esse videtur. *Thamathae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Reland. p. 171. de *Thamara*, ubi praesidium fuit, h. l.

dici opinatus est. Sed de eo oppido, quod sub duce Palaestinae fuit, diximus ad cap. XXIX. not. 64. ad v. *Thamana*. Pancirolus de Ptolemaei V. 19. *Themma*, Arabiae Desertae oppido sermonem esse fabulatur, idque cum *Thamnathis* Arabiae Petraeae, de quibus etiam not. 64. cit. dictum est, confundit. Mihi de eo loco hic sermo esse videtur, de quo in fine eiusdem notae verba feci. Ita Hieronymus v. *Theman*: „. . . et usque hodie est villa nomine *Theman* [*Θαιμάν*. Eus.], distans ab urbe Petra quinque millibus, ubi et Romanorum militum praesidium sedet.“ Cf. Georgii I. p. 262.

36) *Foelix* 𝔄𝔅ℭ𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣.

37) *Valentiana* ℭ. Cf. supra not. 34. et ad cap. VII. not. 37. et ad cap. XXIX. not. 35.

38) *aditha* ℭ. Falso Pancirolus ad hunc quoque locum Ptolemaei *Audattha* (cf. not. 27.) traxit et adiecit „*Adanta* [al. *Adanla*] oppidum est Palmyrenae.“ Relandus p. 408. nomen *Aditha* satis bene convenire cum *Adithaim* annotavit, sed situm nequaquam. et certe neque *Adithaim* [*'Αδιαθαΐν*] in tribu Iudae, de qua Onomast. (p. 399.), neque *Aditha* [*'Αδαθά*] prope Diospolin, de qua ibidem dictum est, et quam Ioseph. Antt. XIII. 6, 4. 15, 2. *Ἄδδιδα πόλιν* nominat, cum nostro loco conveniunt. Sed non video, cur haec *Adittha* idem oppidum non sit, atque quod Tab. Peut. IX. E *Hatita* appellat et inter *Gadda* et *Thantia* collocavit. D'Anvill. in mapp. geogr. Palaest. habet *Haditha* [*Haclitha* in exemplo Norimb. est] *sive Nova, forte et Dium.* inde Reichardus etiam *Haclitha s. Nova.*

39) *milliaria* Reland. p. 171. Vid. supra not. 26.

40) *ad titha* mss. praeter ℭ, in quo hic versus 7. non legitur. ℭ𝔡iti habent *ad Titha.* Credideris de *Adittha* sive *Aditthis*, de quo loco not. 38. diximus, etiam hic sermonem esse, ut oppidum vicumve *Titha*, plane ignotum, statuere necesse non sit.

41) *Thracocum* 𝔄𝔅𝔇, *Thracorum* ℭ, per errorem explicatu facillimum.

52) *Asabaiae* ℭ(?) 𝔢𝔡iti. Neque de *Asabis* neque de

Saba s. *Sabis* Arabiae Felicis h. l. dici palam est. Cf. Bochart. Phaleg. II. 25. Neque etiam *Asebaim* s. *Sebaim* (Esdr. I. 2, 57. 7, 59.) huc trahi potest. Cf. Bonfrer. in Onomast. hh. vv. Fortasse *Ad Sabam* scriptum fuit, ut hic locus Onomastici conveniat: „*Sabama* [*Σαβαμά*. Euseb. al. *Sabam* s. *Saban*, cf. Bonfrer.], civitas Moab in terra Galaad, quae cecidit in sortem tribus Ruben . . .“ Magis tamen de *Esbunte* s. *Hesebone*, inter Philadelphiam Castraque Arnonensia sito oppido cogitem. Ptol. V. 17. *Σεβοῦντα*, vel sec. cod. Palat. *'Εσβοῦτα* nominat (cf. Cellar. II. p. 559.). De Esbonitis Arabibus cf. Plin. V. 11. p. 259. ed. Hard. Apud Ioseph. Antiqq. XIII. 15, 4. *'Εσσεβών* primo loco inter Moabitidos oppida recensetur; *Χασφών* s. *Χασκὼρ* in ss. scripturis nomen habet. Hieronym. (p. 435.) „*Esebon* [*'Εσσεβών*. Euseb.], civitas Seon regis Amorrhaeorum in terra Galaad, quae cum fuisset ante Moabitarum, ab Amorrhaeis belli iure possessa est .... Porro nunc vocatur *Esbus* [*'Εσβοῦς*. Euseb.] urbs insignis Arabiae in montibus qui sunt contra Hiericho XX a Iordane millibus distans. Fuit autem in tribu Ruben separata Levitis.“ *Esbunta* habent etiam Notitiae eccless. Cf. Hesych. v. *'Εσεβών*. Vid. Cellar. l. c. §. 317. Reland. p. 227. 535. v. *Cheschbon*. Mannert. VI. 1. p. 179. sq. Rosenmueller. I. p. 266. Raumer. p. (172.) 253. Hodiernum oppidi, cuius ruinae satis amplae supersunt, nomen est *Hesban* s. *Huesban*. Cf. Burckhardt. p. 623. sq. cum Gesenii annot. p. 1063.

43) *VIII.* 𝕮.

44) *volumptaria* 𝕬𝕭𝕮𝕯𝕰. Cf. ad cap. XXVIII. not. 61. et infra not. 53.

45) *Valthae* 𝕰(?) editi. Nihil quod afferam habeo, quippe qui Hebraice et Arabice plane indoctus sum, nisi Iosephi (Antiqq. XVII. 2, 1.) *Οὐαλαθά*, quod in cod. Vatic. *Οὔλαθα* scriptum est. Sed hoc nostrum praesidium apud Antiochiam certe non quaerendum est, sed in orientali maris mortui littore, aut in Peraea vel Ammonitide. Fortasse de *Saltis*, quorum Notitiae eccless. in provincia Arabia mentionem faciunt, cogitaveris.

46) *III.* 𝕮, *tercia* 𝕯.

47) *Foelix* 𝕭𝕮𝕯𝖊𝖊𝖋𝖋.

48) *arabum* post *uade* habet 𝕬.

49) *uade* 𝕬𝕭𝕮𝕯𝕰, *uadi (vadi)* 𝖊𝖉𝖎𝖙𝖎. Nihil mutare ausus sum. *Vad* Arabice *fluvium* significare didici, et hodie etiam *Wady* significat fluvium. Ita Romani facile ignorare potuerunt *Vad Afar* esse *Fluvium Afar*, unde verbum *fluvii* h. l. appositum est, ac si *Vad Afar* ipsius fluvii nomen esset.

50) *Apharis* 𝖊𝖉𝖎𝖙𝖎, inter quos etiam Reland. p. 171. et 432., sed p. 197. idem falso *Vadi Asphar fluvii* scripsit. *Afar*, cuius cursum ut Arnonis fluvii alium fuisse Burckhardtus docet, atque in mappis geographicis D'Anvilli aliorumque depictus est, hodie *Ledschum* et in inferiori parte *Enkheyle* nomen habere ex Burckhardt. p. 635. colligo.

51) *Armonensibus* 𝕰. Cf. quae supra not. 4. diximus et Onomast. v. *Arnon*: „*Arnon* [Ἀρνῶν. Euseb.] rupes quaedam in sublime porrecta in [ita male Hieronymus ex Eusebii verbis: τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῶν ὁρίων κ. τ. λ. pro *flumen veniens ex*] finibus Amorrhaeorum inter Moab et Amorrhaeos [cf. Ioseph. not. 54. cit.]. *Moab* vero Arabiae civitas est, quae nunc *Areopolis* [cf. supra not. 11.] nominatur. Ostendunt regionis illius accolae locum vallis in praerupta demersae satis horribilem et periculosum, qui usque nunc a plerisque *Arnonas* appellatur, extenditurque ad septemtrionem Areopoleos: in quo et militum ex omni parte praesidia distributa plenum sanguinis et formidinis testantur ingressum. Hic quondam Moabitarum fuit et postea Seon rex Amorrhaeorum iure belli cum obtinuit; sed et terra filiorum Israël trans Iordanem incipiens ab Arnone usque ad montes Hermon et Libanum extenditur.“ Ex Burckhardt. p. 636. sq. mihi sumo *Castra Arnonensia* apud ruinas castelli *Mehatet el Hadsch* fuisse, in qua regione idem vir celeberrimus veterem Areopolim exstitisse suspicatus est. Cf. etiam C. Ritteri „Erdkunde“ tom. II. Berol. 1818. p. 369.

52) *t'tia* 𝕮, *tercia* 𝕯.

53) *alpenorum* 𝕬𝕭𝕮𝕯. *Cohors Tertia Alpinorum* cum

Coh. VIII. Voluntariorum civium Romanorum (cf. ✝. 9.) memoratur etiam in celebri ac saepe publicato lapide Salonit. ap. Gruter. p. 574. n. 5. 6. 7. de quo videsis Platzmann. (Haubold.) de mil. hon. miss. Lips. 1818. 4°. p. 9. num. VIII. p. XVI. sq.

54) *Anona* 𝕮, pro *ãnona*. Ioseph. Antiqq. IV. 5, 1. „ὃς [Ἀρνῶν] ἐκ τῶν Ἀραβίας ὀρῶν ὁρμώμενος καὶ διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην ἐκδίδωσιν, ὁρίζων τήν τε Μωαβῖτιν καὶ Ἀμωρῖτιν.“ Cf. supra not. 51. Cellar. II. p. 573. sq. §. 11. Reland. p. 207. sq. Mannert. VI. 1. p. 187. Rosenmuell. I. p. 208. sqq. Raumer. p. (61.) 73. sq. Hodiernum Arnonis nomen est *Wady-Modscheb*. Vid. Burckhardt. p. 633. sq. et Gesenii annot. p. 1064.

55) *habet* h. l. inserunt, paulo post omittentes idem verbum, mss., in editis habetur post v. *ita*.

56) *Dux* sed correctum est *Ducis* 𝕬.

57) *Arabie* 𝕮. Inter quadraginta Praesides capite I. enumeratos *Arabiae* Praesidis mentio nulla facta est, ut nec *Isauriae*. cf. ad cap. XXVI. not. 2. Sed iam supra (ad cap. I. nott. 44. 57. et 108.) monuimus, harum provinciarum praesidatus cum ducatu Arabiae illum, hunc autem cum comitiva rei militaris per Isauriam coniunctos fuisse. Eximius Wesselingius ad Hieroclis rubricam (p. 721.) Ἐπαρχία Ἀραβίας ὑπὸ Κονσουλάριον haec annotavit: „Fuit Arabia Constantii Imp. tempore *Praesidialis*, ut ex L. 3. C. Th. de poenis [vult autem inscriptionem L. 4. Th. C. de poen. IX. 40. hanc: *Imp. Constantius A. Theodoro P. V. Praesidi Arabiae.*] apparet: habuit praeterea Ducem, qui rei militaris curam administraret: ab eo vero cum Praeses penderet, tandem soli Duci Arabia est commissa: docemur haec a Iustiniano Nov. 102. [praef. i. f.] ... Itaque dubium esse non potest, quin hic [ap. Hierocl.] error sit, et in *Consularis* locum *Dux* succedere debeat.“ Cf. omnino Richtersche Inschriften v. Francke. p. 154. sqq., ex quo libro iuvabit has Bostrenses addidisse inscriptiones: (p. 154.) „Ἐκ προνοίας Αὐρηλίου Πέτρου τοῦ δ[ιασημοτάτου] | ἡγεμόνος [i. e. praesidis] ἐκτίσθη τὸ τεῖχος κ. τ. λ. Ibid. p. 434. Burckh.

p. 368.) „*Ἐν ὀνόματι τοῦ | σωτῆρος Χριςοῦ | ἐπὶ Φλ. Ἀρκαδίου | Ἀλεξάνδρου, τοῦ | λαμπροτάτου σχολαςικοῦ* [C°X in lapide est] | *καὶ ἡγεμόνος.*“ Ibid. p. 24. (Burckhardt. p. 372.) „*Στῆσε Σαβινιανόν, τὸν ἀοίδιμον ἡγεμονῆα, | ἀντ' εὐεργεσίης ἡ πόλις ἡ σφετέρη.*“

58) *presidis* CD, *et Praesidis* omiserunt dff. Cf. not. 57.

59) *ita habet* deff. Cf. not. 55.

60) *scola* DE.

61) *Agentium* $c^{3,4,6,7}$.

62) *Adiutorem* omisit B.

63) Cf. not. 57.

64) Horum officialium hoc uno loco liber noster mentionem facit; ita falsum est illud in Labbacano indice generali „Ordinarii passim.“ neque constitutionibus impp. saepe memorantur, et a recentioribus qui de officiis magistratuum egerunt, fere neglegi solent. Gothofredus in comment. ad L. 16. Th. C. de cohortalibus VIII. 4. [= L. 7. Iust. Cod. eod. XII. 58.] qui fuerint exposuit. Imperatores „Ordinariorum iudicum apparitores“ aiunt „qui vel Speculatorum vel Ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione compleverint . . .“ Et antea Valentinianus et Valens L. [3.] Th. C. de iis quae administrantibus VIII. 15. (ap. Gothofred. ex ed. Ritter. II. p. 669.) alio enumerandi ordine, atque in libro nostro est, observato praeceperant „Princeps, Cornicularius, Commentariensis, Numerarius et Ordinarii per singula Officia possessionum atque aedium, nec non etiam mancipiorum comparationem sciant sibi esse praeclusam . . .“

65) *Regenendarium* BD, *regenerēdarī* C.


66) *quintus* AE. Cf. ad cap. XXVI. not. 10. In editis hic de Evectionibus versus non legitur.

CAPUT XXXI.

α) *Phœnicis* 𝔄, *Fenicis* ℭ, *Foenicis* 𝔇, *Foenitis* 𝔈, *Phoenices* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. *cum insignibus* addunt 𝔢𝔢.

Ad tabulam (p. 84.):

a) De notis libro mandatorum inscriptis repete ad antec. cap. not. a., sed hic non FR., sed P̄R 𝔡𝔢𝔢 in fine habent. Volumen iuxta librum mandatorum in 𝔄 ita habet:



in ceteris notae nullae inscriptae sunt.

c) *Eůhara* 𝔄, *Eubara* 𝔇.

d) *Salratha* ℭ, *Saltacha* 𝔡𝔢𝔢.

e) *Litaũj* 𝔄, *Latauis* 𝔡𝔢𝔢.

h) *Abira* 𝔄ℭ𝔇, *Abyra* 𝔡𝔢𝔢. Sed 𝔈 *Abina* habet.

l) *Betprodis (?)* 𝔈. *d* et *cl* facillime permutantur.

m) *Thelſee* ℭ𝔇𝔈, *Thelſea* 𝔡𝔢𝔢.

o) *Palmyra* ℭ𝔇𝔡𝔢𝔢.

Quartumdecimum castellum, cui *Danaba* ℭ𝔇𝔈𝔡, *Danba* 𝔢𝔢 inscriptum habent, in 𝔄 non exstat, neglegentia eius pictoris qui Duci Bavariae Ottoni Henrico capitularium Spirensium iussu picturas codici 𝔄 adiunctas ad exemplum nunc deperditi codicis Spirensis olim fecit; nam hunc codicem hoc castellum repraesentasse cetera exemplaria ex eodem enata docent; neque deesse debet, ut castella, in quibus de maiori laterculo emissi milites praesidio fuerunt, omnia depicta exhibeantur. cf. §. I. A, ✝. 14.

---

1) *Foenicis* 𝔄𝔅, *fenicis* ℭ, *foenicis* 𝔇, *Foenitis* 𝔈.

2) *illiriciani* 𝔇.

3) *Ottharae* 𝔈(?)𝔡𝔢𝔢𝔣𝔣, *Otharae* Reland. p. 171. — Pancirolus annotavit „Forte legendum *Ottanae*, quam Armeniae urbem Stephanus [vv. Ὠβαρηνοί. Ὠτηνή] memorat, prope Cyrum fluvium.“ Reland. l. c. „Sed nimis longe id petitum est. Potius videtur esse Ἄτηρα Ptolemaei [V. 15.] in Palmyrene.“

Wesseling. ad Itin. Ant. p. 197. v. *Occara*, qui locus non ita longe a *Scythopoli* (hod. *Bysan*, *Bethsan*) disparatus fuit, coniecit aut hunc aut eum locum, quem Tab. Peut. X. D inter *Laodiceam Scabiosam* atque *Damascum* sub nomine *Ocurura* habet, nostrum praesidium *Otthara* esse. Et haec Wesselingii sententia placet; nam *Occaraba* Tab. Peut. X. E, inter Apameam Palmyramque sita, quamvis in hoc quoque capite complures Syriaci loci occurrunt, ad seq. cap. §. I. A, ✝. 2. pertinere persuasum habeo. Neque de *Auzara* sive *Auzaris* Ptol. V. 19., in ripa Euphratis infra Thapsacum, cogitandum est.

4) Ita mss. *(cuhari? C.)*, *Euharae* de[1,2,6,7]ff et Reland. p. 171. *Eutharae* e[3,4]. Ex Relandi sententia „est *Εὐάρια*, de qua in Notitia Graeca eccl. sub provincia Phoenices [ap. Reland. p. 160. n. 7. vel ap. Carolum a. S. Paulo Geogr. sacra. Amst. 1704. fol. Append. p. 51.] *Εὐάριος ἤτοι Ἰουστινιανούπολις*.“ Le Quien (Or. Christ. tom. II. p. 847.) „*Evaria*“ inquit „quae et *Evarius* et *Evarium* aliis atque aliis dicitur, Libanensis Phoeniciae oppidum, *Iustinianopolis* quoque appellatur in Notitia veteri Graeca . . . . ceterum Ptolemaeo [V. 15.] *Aveira* [*Αὔειρα* habet ed. Lugd. Bat. 1618. *Αὐερία* cod. ms. Coisl. a Montefalconio collatus] Arabiae Petraeae et Palmyrenae oppidum est.“ *Euaria* in D'Anvill. mappa geogr. Asiae Minoris Syriaeque prope Palmyram septemtrionem versus conspicitur, itemque in descriptione geogr. patriarchatus Antiocheni ad Binghami Opp. ex ed. Grischov. tom. III. p. 444. Wesselingii sententiam referre superest, qui ad It. Ant. p. 195. v. *Enmari*, quod nomen in aliis codd. mss. *Bemmari*, *Beumari*, *Yeumari*, scriptum legitur, annotavit „Sitne haec *Euaris* s. *Euaria* Notitiae Imp. Or., an alia, constitutum non habeo.“ *Enmaris* illa sec. It. Ant. LVI M. P. a Thelsea, LXXX M. P. a Damasco disparata fuit.

5) Cf. ad cap. IV. not. 6.

6) *Saltathae?* E, *Saltachae* editi, *Salratha* C in picta tabula. cf. supra not. d. Cum de *Sarcpta* Sidonia inter Tyrum

Sidonemque, quae etiam *Zarpath*, *Sarphand*, *Σαρφαθά*, *Σάρεπτα*, *Σάρεπτα* et c. appellatur (Cellar. II. p. 380. §. 93. Reland. p. 727. 780. Rosenmuell. I. 28. sq.), vix cogitare licebit, quid hoc praesidium fuerit omnino nescio.

7) *dalmati* 𝔄𝔅ℭ. Cf. ad cap. XXX. not. 8.

8) Ita omnes. Nomen corruptum esse videtur. Qui in Not. Occ. cap. XXXV. §. I. nominantur milites *Latauienses*, eos nihil ad h. l. facere ibi annotavi. ceterum de hoc praesidio nihil compertum habemus. Ego de *Laudicia* cogito.

9) *Auathae* ℭ(?) editi praeter e[7], cui totus versus deest. Pancirolus „Vetustus codex hic et in Duce Arabiae *Anathae*.“ Pace boni Panciroli vix id crediderim. Cf. ad cap. XXX. not. 27. Loci situm definire nequeo.

10) Totum versum omisit ℭ. *Nazalae* editi. An *Nezala* (perperam *Nehala* legunt) Tab. Peut. X. E, quae XX M. P. a *Danaba* s. *Danabis* (*Danoua* habet Tab. Peut. cf. infra not. 13.), XLIV M. P. ab *Heliaramia* fere inter Casama Palmyramque fuit? Veri minus simile videtur h. l. memorari vicum Iudaicum in Basanitide, *Nazara*, non procul a *Cochabis* atque *Damasco* situm, de quo Euseb. H. E. I. 7. Cf. Reland. p. 540. sq. Neque de *Nazama* sive *Nazamis* Apamenes oppido (Ptol. V. 15.) hic sermonem esse crediderim.

11) *Abma [Abma]* 𝔄, *Abma* 𝔅, *Abina* ℭ𝔇, *Abinae* ℭ(?), *Abirae* 𝔡e[1]ff et Reland. p. 172., *Abyrae* e[2,3,4,6,7]. Pancirolus et Relandus annotaverunt „forte *Abilae*“, atque ille postquam Phoeniciae civitatem fuisse scripsit, statim cum iis locis, quorum nomen sec. Onomast. h. v. *Dabira* [*Δαβειρά*. Euseb.] fuit, alterumque in tribu Dan, alterum in monte Tabor exstitit, itemque diversa oppida *Abila* nomen habentia inter se confundit, cum lectorem ad Onomastici v. *Arbela vinearum* [*Ἀβελαμπελών*. Euseb.] referre deberet, ubi de *Abelis* prope Philadelphiam iisque quae „in XII. a Gadaris miliario contra orientem“ (hodieque *Abil* dictis. cf. Burckhardt. p. 435.) sita fuerunt dicitur adiiciturque „et tertia in Phoenice *Abela*, inter Damascum et Paneadem.“ De duabus *Abilis* Steph. Byz. ita

habet: *Ἀβίλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα.*" Si revera *Abila* in loco nostro legendum est, haec nulla alia est atque ea Phoeniciae Libanesiae urbs, quam Ptol. V. 15. inter Coelesyriae urbes sub nomine *Ἄβιλα ἐπικληθεῖσα Λυσανίου* recenset, Hieroclesque (p. 717.) inter Heliopolim Palmyramque posuit. Eamdem It. Ant. p. 198. habet: „*Heliopoli Abila* M. P. XXXVIII. *Damasco* M. P. XVIII." Tab. Peut. IX. F „*Eliopoli* XXXII. *Abila* XVIII. *Damaspo* [sic]." Etiam Notitiae eccless. aliique complures scriptores eius oppidi mentionem faciunt. Cf. Salmas. Plinn. exercc. p. 406. Cellar. II. p. 371. sq. §. 71. Reland. p. 234. 392. sq. Le Quien, Or. Christ. II. p. 843. Mannert. VI. 1. p. 311. sq. Georgii I. p. 191. sq. et prae ceteris Gesen. ad Burckhardt. p. 537. — Sed silentio non premendum est Ptolemaeum secundo loco post Damascum, austrum versus, etiam oppidum *Abida*, diversum ab illo ad flumen *Barady* sito loco, qui a Lysania cognomen habuit, recensere, eiusdemque etiam in conciliorum subscriptionibus mentionem fieri. Cf. Le Quien Or. Christ. II. p. 850. Neque video quonam iure Relandus p. 340. ad hoc apud Ptolemaeum ita ut dedimus scriptum nomen annotaverit „*Ἄβιλα.*"

12) *Casamae* 𝔈(?) editi. *Casama* Ptol. V. 15. inter Palmyrenae civitates enumerat, cum Adada, Palmyra, Adacha et Danaba. *Κέσαμα* in Ptol. legi annotat Relandus, sed *Κάσαμα* est in ed. a. 1618. et cod. Coislin., et *Casama* est etiam in Tab. Peut. X. D, sec. quam LXVIII. M. P. a Damasco, XXXVIII a Danabis [Danoua] oppidum nostrum abfuit. Cf. not. seq.

13) *Calamonae* 𝔈(?) editi. De Panciroli opinione diximus ad cap. XXIX. not. 56. Non dubito quin Phoenicia *Calamintha*, de qua vid. Steph. Byz. v. *Καλαμίνθη*, nec ad hunc nostrum locum pertineat. *Calamos* prope Tripolim, de qua Polybius Pliniusque (cf. not. 56. cit.), sec. Maundrellium et Pocockium a Mannerto VI. 1. p. 385. citt. hodieque *Callemon* nomen habet. Cf. Cellar. II. p. 378. §. 88. *Calamona* in loco nostro ex nomine *Odamana*, quod facillime fieri potuit, corrupisse libra-

rium aut hoc nomen ex illo enatum esse putem. Ὀδμάνα s. Ὄδμανα Ptolemaeus statim post *Casama* (cf. not. 12.) recenset, idemque oppidum habet Tab. Peut. X. D. E, ubi ita est: „Damaspo. XXVI. Admedera. X. Adarin. XII. *Adamana*. XX. Casama. XX. Cehere. *[Carrae?]* XVIII. Danoua. XX. Nezala. XLIIII. Heliaramia.“ *Odomana* recepit D'Anvill. in mapp. geogr. Asiae Minoris Syriaeque.

14) Pancirolus explicat „in Phoenicia nati, sed ex Saracenis parentibus orti.“ Lepidissime. Debebat non nescire in his quoque regionibus Saracenos non tam sedisse, quam vitam nomadicam egisse. Cf. ad cap. XXV. nott. 9. 10.

15) Hunc versum non habet 𝔅, ut de Madruciano codice etiam Pancirolus rettulit. *Betprodis* 𝔈. cf. supra not. 1. Quid de hac *domo Proclis* statuendum sit videant alii: mihi nomen *Betproclis* inauditum est. De *Botrypoli* (= *Botry*, hod. *Batrun*) quominus cogitari possit et loci situm et nominis sonum prohibere crediderim.

16) Cf. ad cap. XXV. nott. 9. sq.

17) *thelsee* 𝔄𝔈𝔇, *Theslee* 𝔈, *Thalseae* edd. It. Ant. p. 195. sq. ita habet: „Iter ab Eumari [cf. not. 4.] Neapoli. M. P. CCXXVII. Sic: Geroda M. P. XL. *Thelseae* M. P. XVI. Damasco. M. P. XXIIII.“ Cum *Celse in Phoenice* ap. Amm. Marc. XIV. 7, 6. Valesius aliique hanc Thelseam contulerunt. Cf. Wessel. ad It. Ant. l. c. Mannert. VI. 1. p. 416. sq.

18) *Adathae* edd., praeter e¹, in quo *Adath* per operarum errorem habemus. Reland. „Ἀδάδα Ptolemaei [V. 15.], cuius meminit ante Palmyram, vel Ἀδάχα, cuius idem meminit post Palmyram.“ Pancirolus „forte *Adanae*, quae civitas est ad Euphratem et c.“ Crediderim de Ptolemaei *Adachis* h. l. dici: litteras *c* et *t* facillime inter se commutari aut difficillime dignosci in scriptis codicibus notissima res est. Ceterum de *Adadis* pariter ac de *Adachis* Ptolemaei parum constat. Vid. Cellar. II. p. 367. §. 61. Cf. etiam cap. seq. §. I. A, a, ✝. 4.

19) Ita mss. omnes. *Praefecturae* edd. sed Pancirolus

annotavit „in manuscriptis hic et in sequenti legitur *Praefectus*, non *Praefecturae.*“

20) Ita 𝔄𝔅𝔠^{2,3,4,6,7}𝔣𝔣 et Reland. p. 172. *Illyriciorum* ℭ𝔈𝔡𝔠^{1}, *illiriciorum* 𝔇.

21) Ita 𝔅ℭ𝔇, *Palmyra* 𝔄, *Palmirae* 𝔈(?)𝔡𝔠$^{1 \ldots 4}$, *Palmyrae* 𝔠^{6,7}𝔣𝔣. Ulp. L. 1. §. 5. D. de censibus L. 15. „Est *[sc. colonia iuris Italici]* et Palmyrena civitas in provincia Phoenice prope barbaras gentes et nationes collocata.“ *Παλμιρὰ* habet etiam Ioseph. Antiqq. VIII. 6, 1. „*ταύτην οὖν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας* [Salomon] *καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλὼν, Θαδάμορα ὠνόμασε, καὶ τοῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς Σύροις· οἱ δὲ Ἕλληνες αὐτὴν προσαγορεύουσιν Παλμιράν.*“ Cf. Plin. H. N. V. 25. sect. 21. Ptol. V. 15. Tab. Peut. X. E. Hierocl. p. 717. Steph. Byz. v. *Παλμύρα* (*φρούριον Συρίας*). In Onomastico vocatur *Θερμοὼθ* ab Eusebio, *Thermoth* ab Hieronymo. Apud Theophan. Chronogr. p. 148. et Procop. de Aedif. II. 11. Phoenices Libanesiae urbs dicitur, ut ap. Hierocl. l. c., et quod a Palladio (vit. Chrysost. p. 194.) *τὸ τῶν Περσῶν φρούριον* appellatur, recte Wesseling. ad l. c. explicavit, ad Persas compescendos commodissimum praesidium significare. Procop. l. c. „*πόλις δέ πού ἐςιν Φοινίκης τῆς παρὰ Λίβανον, Παλμύρα ὄνομα· ἐν χώρῳ μὲν πεποιημένη τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ἀγείτονι· ἐν καλῷ δὲ τῆς τῶν πολεμίων Σαρακηνῶν διόδου κειμένη. τούτου γὰρ δὴ ἕνεκα αὐτὴν καὶ ᾠκοδομήσαντο πρότερον, ὡς μὴ λάθοιεν οἱ βάρβαροι οὗτοι ἐξάπινα ἐς τὰ Ῥωμαίων ἤθη ἐμβάλλοντες. ταύτην βασιλεὺς Ἰουςινιανὸς διὰ χρόνου μῆκος ἔρημον ἐπὶ πλεῖςον γεγενημένην ὀχυρώμασί τε λόγου μείζοσιν ἐπιῤῥώσας, πρὸς δὲ καὶ ὑδάτων περιουσίας, καὶ φυλακτηρίου στρατιωτῶν ἐμπλησάμενος τὰς τῶν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὰς ἀνεχαίτισεν.*“ Vid. peculiaria de admirabili urbe *Tadmor* eiusque splendisissimis ruinis Selleri Woodiique scripta; item Carne, Letters from the East. tom. II. Lond. 1826. 8°. Append. atque C. Ritteri Erdbeschr. II. p. 451. sq. item Cellar. II. p. 365. §. 60. Mannert. VI. 1. p. 539. sqq. Georgii I. p. 189. sqq.

22) *Praefecturae* 𝔈(?) editi. Cf. not. 19.

23) *tertic* 𝔆, *terciae* 𝔇.

24) *gallice* 𝔆𝔇. Cf. Dio Cass. LV. 23. „. . . *τὰ τρία τὰ τρίτα* [*στρατόπεδα*], *τό,τε ἐν Φοινίκῃ, τὸ Γαλατικόν*' …" Lapidibus hanc legionem celebrantibus, quae multae sunt, addimus ex Burckhardto (p. 205. 207.) et Franckio (Richter. Inschr. p. 142. sqq.) has, in urbe *Missema* s. *Missemi* (quae *Phaena* olim appellabatur sec. Franck.) in regione *el Ledscha* non ita procul a Damasco sita, repertas: „*Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νηκης* [l. *νίκης*] *τῶν κυρίων* | *αὐτοκρατόρων Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείν*|*ου καὶ Λ. Αὐρηλίου Οὐήρου σεβ*[*αςῶν*] *Φαινήσ*|*ιοι ἀφιέρωσαν* | *ἐπὶ ἐφεςῶτος Ἐγνατίου Φούσκου* | *Ρ̆* . . [*χιλιάρχου*] *λεγ. γ'. Γαλλικῆς*"; aliam: „*Γ. Ἐγνάτιον Φοῦσκον*| *Ρ̆* [*χιλίαρχον*] *λεγ. γ' Γάλλικ*[*ῆς*] | *Φαινήσι*[*οι*] *ἁγνείας χα*[*ριν*]"; et Adrensem ita a Franckio restitutam: „. . . . | *πρίνκιπος λεγ. γ'. Γαλλικῆς*, | *οἰκοδόμησα τὸ* [*μνῆμα τ*]*οῖς* | *τέκνοις* [*Μ*]*ηνο*[*δότῳ καὶ*] *Λυ*ε|[*κ*]*ομήδῃ κ*[*αὶ τῷ ἀν*]*δρ*[*ὶ αὐτῆς*] *Και*ε|[*κιλίῳ, εὐερ*]*γέτ*[*ῃ τῆς σπει*]*ρης*."

25) *Danabae* 𝔈(?) editi. Cf. Ptol. not. 12. cit. et Tab. Peut. X. E ibid. Le Quien (Or. Christ. II. p. 847.) ex monumentis synodorum has rettulit subscriptiones: *Theodorus episcopus castri Danabeni*" et „*Eulogius episcopus Danaborum.*" Loci situm indicant etiam mappae D'Anvillianae.

26) *Domafcena* 𝔢[1]. De *Damasco* vid. supra ad cap. X. not. 21. et Georgii I. p. 191. COH. PRIM. DAMASC. memoratur ap. Gruter. 396, 8. et COHT FI[delis] DAMAS[cenorum] ET EQ[uitata] ap. Orell. n. 4979. *in* inserunt 𝔢[2,3,4,6,7].

27) *Mons Iovis* fortasse in Hermonis montibus, quibus hodie nomen est *el-Heisch* (cf. Burckhardt. p. 449.) quaerendus erit. In Tab. Peut. IX. F est: „*Cesarea paneas. XXVIII. Ad Ammontem XXVIII. Damaspo.*"

28) *nona* 𝔈(?) editi. Pancirolus Madrucianum codicem *noua* habere testatur, ut nostri habent. Sub duce Osrhoenae (cap. XXXIII. §. I. B, ✝. 5.) memoratur *Ala prima nova Diocletiana.*

29) *Vaeriaracae* 𝔈(?) 𝔢[2,3,4,6,7]ff et Reland. p. 172. *Vaeriarachae* 𝔢[1], *uaeriaraca (? ueriaraca)* 𝔄. Pancirolus annotavit, Ursini codicem habere *Inuarca*; quod negaverim: habuerit *uiaraca*, ut 𝔈 habet. Fortasse de loco, qui in Tab. Peut. X. E *Heliaramia* appellatur, hic sermo est. Cf. not. 13.

30) Cf. ad cap. XXVIII. §. I. B, ✝. 9. ubi etiam *Ala I. Francorum* recensetur.

31) *Cumae* 𝔈(?) 𝔢diti. Quae Pancirolus de loco *Cyne*, cum *Cymae* scribere debebat, annotavit, ea ad Aeolidem pertinent; neque operae pretium est quid de *Cunia* Ptolemaei voluerit, accuratius perquirere. Wesselingius nobis otium fecit: nam is ad locum It. Ant. p. 199., quem huc pertinere puto, quippe quo in itinere a Damasco Emesam *Conna*, ab Heliopoli et a Laodicea in Libano XXXII M. P. remota, recensetur, haec adscripsit: „In Ptolemaeo *Γάανα* editum est, pro quo Palat. cod. *Γάσανα*, Coislin. *Σάανα*. Quod si bene fundata et certa esset *Γάανα*, non adeo perverse cum *Conna* coniungeretur; nunc dubia omnia. *Σιννᾶν*, *Sinnan* Strabon. XVI. p. 755. (1096. ed. Almelov.) in Libano fuit praedonum receptaculum.“

32) Pancirolus annotavit: „Legendum *Alemanorum*, forte ab *Alemano* fluvio.“ Vix quisquam crediderit de *Alemanno* s. *Alemone* fluvio (hod. *Altmühl*) cogitari posse, cum inter Francos Saxonesque de Alamannis sermo fiat. Cf ad cap. XXVIII. not. 88.

33) *Neiae* 𝔈(?) 𝔢diti. Pancirolus „*Neam* Plinius vocat et Herodotus, qui in Thebaide eam collocat.“ Et Plinius (II. 96. sect. 97.) *Neam* Troadis oppidum fuisse refert. Utinam caecus non fuisset Pancirolus, tum certe neque in Thebaide neque in Troade hoc nosfrum oppidum quaerendum esse vidisset. Fortasse huc pertinet, ut iam Wesselingio visum est, locus It. Ant. p. 195. sq. „Iter ab Eumari Neapoli M. P. CCXXVII. Sic: Geroda M. P. XL. Thelseae M. P. XVI. (cf. not. 17.) Damasco M. P. XXIIII. Aere M. P. XXXII. *Nece* M. P. XXX. Capitoliada M. P. XXXVI.“ Et iterum, p. 198. in itinere „a

Seriane Scythopoli Occora: ... Heliopoli, Abila M. P. XXXVIII. Damasco M. P. XVIII. Acre M. P. XXXII. *Neve* M. P. XXX. Capitoliada M. P. XXXVI." Fuit haec *Neve*, cuius ruinae hodieque in vico *Nova* in *Dscholan*, aut secundum alios in *Dschedùr* sito supersunt (cf. Burckhardt. p. 443. et Gesen. ad eum loc. p. 540.), satis amplum oppidum provinciae Arabiae, sed in confinibus Phoenices Libanesiae situm, ut facile huic provinciae temporibus libri nostri conscripti attributum esse potuerit. *Νέυη* appellatur in Notit. eccles. ap. Reland. p. 161. num. 6. Et Hieronymus ex Eusebio in Onomast. v. *Ninive* refert „Est et alia usque hodie civitas Iudaeorum nomine *Ninive* (Euseb. *Νινευή*), in angulo Arabiae, quam nunc corrupte [*al.* correpte] *Neneven* vocant." Memorant locum etiam Talmud et Abulfeda (cf. Gesen. l. c.) et in actorum conciliorum subscriptionibus (apud Le Quien Or. Christ. II. p. 863.) *Neuva*, *Νέβη*, *Ninive seu Neve* appellatur. Cf. etiam Reland. p. 671. et Wesseling. ad It. Ant. l. c.

34) De his Germaniae populis, a Rheno usque trans Albim sedentibus vide praeter Ledeburii librum de Bructeris etiam Kufahl, de Saxonum orig. Berol. 1830. 8°, Moelleri Saxones. Berol. 1830. 8°.

35) *uero fabula* 𝕮. *Verofabulae* 𝖊𝖉iti. Pancirolus „Locus a vero falso commixto est appellatus. Aliqui legunt *Vefabula*. vet. cod." Turpis neglegentia fuit, quod in 𝖊[2,3,4,6,7] *Vestfalia* sive *Westfalia* (pro *Vefabula*) expressum est, ac si bonus Pancirolus ipse non satis erravisset. Locus dubius. Putet aliquis de *Geroda* s. *Gerodis*, quod nomen It. Ant. not. 33. cit. (cod. Neapol. *Cheroda* scriptum) habet, hic dici. locus itaque inter *Euaria* (not. 4.) *Thelseamque* (not. 17.) situs fuerit. Sed cogitaverim de *veteri Abyla* (ut *uetabula* s. *uet. abyla* scriptum fuisse sumamus, non *uefabula*, ut ex „veteri codice" Pancirolus rettulit). Cf. quae de Abilis not. 11. disputavi. Phoenicium quoddam nomen Latine *Verofabula* redditum fuisse frigidius videtur.

36) *fenicum* 𝕮, *Phoenicum* 𝕬 et 𝖊𝖉iti.

37) *Renae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Neque *Rama* („in tribu Aser, usque ad civitatem munitam Tyriorum“ Hieronym. h. v.) prope Tyrum, neque *Rene* Tab. Peut. XI. E, Mesopotamicum oppidum, huc trahi potest. De *Rena* „in sacris (Iudicum XV.) litteris“ dici non recte Pancirolus annotavit. Cf. nomen *Aere* It. Ant. locc. not. 33. citt., ad quem priorem locum haec Wesselingius adscripsit: „Vatic. lib. *Ere.* Scripta Tabula [Peut. IX. E „Chanata ([hod. *Kanuath*]) XXXVII. *Aenos.* XXIIII. Damaspo“] hoc situ *Aenos* habet, quod Relando II. cap. 9. prorsus idem est visum. Forte referri huc ex Notitia Imp. Or. *Ala I. Phoenicum Renae* debet.“ *Aere* hodie *Szanamein* s. *Es-fzanamein* appellatur, ibique veteris urbis ruinae inscriptionesque nonnullae supersunt. Cf. Burckhardt. p. 116. et Gesen. ad h. l. p. 498...500. Francke, Richter'sche Inschriften p. 126. sqq. Apud Le Quien Or. Christ. II. p. 866. in subscript. concil. Chalcedonensis *civitatis Errhae* episcopus memoratur; atque idem scriptor eos refellit qui eam cum *Gerrhis* confuderunt. Cf. quae de situ *Nevae* not. 33. monuimus.

38) p^a [= *prima*] 𝔈 (?)

39) Pancirolus „Ex oppido *Salutis* Hispaniae haec ala est extracta.“? Cf. ad cap. XXIX. not. 66.

40) *Arefae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Non habeo cur Pancirolo non credam, hunc locum eumdem esse, atque qui a Iosepho (bell. Iud. III. 3, 5.) *'Αρφὰ* dicitur. „*ἀρχομένη δὲ ἀπὸ Λιβάνου ὄρους καὶ τῶν Ἰορδάνου πηγῶν ἡ χῶρα [ἥτε Γαμαλιτικὴ καὶ Γαυλανῖτις, Βαταία τε καὶ Τραχωνῖτις] μέχρι τῆς Τιβεριάδος λίμνης εὐρύνεται· ἀπὸ δὲ κώμης καλουμένης Ἀρφᾶς μέχρις Ἰουλιάδος ἐκτείνεται τὸ μῆκος.*“ Pro *Ἀρφᾶς* in Pseudo-Hegesippo *Ἀρθᾶς* s. *Ἀρθαᾶς* legitur. Eosdem fines toti Iudaeae perperam attribuit Isidor. Origg. XIV. 3. §. 20. Cf. Reland. p. 436.

41) *III.* 𝔈, *tercia* 𝔇.

42) Cf. ad cap. IV. not. 29.

43) *Veranocae* 𝔈(?)𝔡𝔢[6,7] et Reland. p. 172. *Veranccae* 𝔢[1], *Veraneoae* 𝔢[2,3,4]. Pancirolus annotavit „forte *Beronicae*, quae

sex fuere, una quarum est in Syria, ait Stephanus" v. *Βερε-νῖκαι.* „. . . περὶ Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι." Cf. Id. v. *Πέλλα.* „πόλις . . . κοίλης Συρίας, ἡ Βοῦτις λεγομένη . ." Haberemus itaque *Apameam*, Syriae, non Phoenices urbem, sub hoc nomine *Veranoca.* cf. interpretes ad Stephan. ll. cc. Sed mihi verius videtur de sacro quodam vico, non de illa quidem *Hieracoma*, quam Tab. Peut. X. F *Heracome* appellat, Eufratensis provinciae oppido, sed de alio eiusdem nominis, quod compluribus oppidis commune fuit, h. l. dici.

44) *Cōhōrs* 𝕮.

45) *V^{ia}* 𝕮.

46) Cf. supra not. 32.

47) *Oneuathae* 𝕮(?) editi. Pancirolus: „*Oniabalem* civitatem fuisse Aegypti, de qua forte hic intelligit, cum prope Phoeniciam esset." Sed Stephani *Ὀνειαβάτης* in Heliopolitana praefectura quaeri solet ab iis qui geographicarum rerum aliquam cognitionem habent, atque eam praefecturam non ita proxime Phoeniciam attigisse multi sunt qui non ignorant. De *Oneuatha* s. *Oneuathis* plane nihil nobis compertum est.

48) Cf. ad cap. XXV. not. 46. Pancirolus ante veram nominis rationem etiam hanc quasi temulenter posuit: „*Lectum* est promontorium Phrygiae, unde haec *cohors lectorum* potuit extrahi."

49) *Vale alba* 𝕬𝕭𝕮𝕮. Pancirolus: *Alba*, inquit Stephanus, civitas est Phoeniciae, de qua hic forte sentit." Leginus quidem apud Stephanum, v. *Αὔαρα*, hoc nomen Arabicum et Syriacum Graece λευκήν, Latine itaque *Albam* significare; sed de *Alba* Phoeniciae civitate nihil. Ceterum operarum aperto vitio Relandus p. 172. annotavit: „*Ailam* esse, Phoenices civitatem, Stephano memoratam, coniicit Pancirolus." De *Aulone* (cf. Onomast. h. v.) vix crediderim h. l. dici: sed neque huius neque sequentis praesidii situm definire possum.

50) *IĨ. egyptiorum* 𝕮.

51) *uale* 𝕮. Cf. not. 49.

52) *Thamae* edd. Certe de *Thamnis* Palaestinae, de qua civitate ad cap. XXIX. not. 64. dictum est, perperam ad h. l. cogitavit Pancirolus. Sed neque Chalybonitidis civitas *Thema*, de qua Ptol. V. 15., neque *Thanna* Tab. Peut. X. F, neque κώμη Θαμανῶν ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη, de qua Agath. IV. 29., huc pertinet. Nescimus loci situm.

53) *ſoola* DE.

54) *Agentium* e[4,6,7].

55) *Comentariensem* B.

56) *Phoenicis* AB, *Fenicis* C, *foenicis* D, *foenitis* E.

57) *V.* omisit E. Totam §. III., ut alias, omiserunt edd.

CAPUT XXXII.

α) *Syrie* E. *cum insignibus* addiderunt ee.

Ad tabulam (pag. 87):

a) Liber mandatorum notas habet ut superiori capite. Volumen iuxta eumdem inscriptum non est.

b) *Siriane* AC, *Sertinae* C, *Syriane* D, *Syriana* dee.

c) *Oc̃ariba* A, *Octariba* dee.

d) *Barbarissus* dee.

e) *Neocaefar* AC, *Neocefar* DE.

f) *Macthana* A, in e[3,4] *Matthana* ita expressum est, ut fere *Matchana* legeris.

i) *Süra* A, more Germanico ductu litterae *u* superposito, ut librarius qui hunc codicem scripsit, solitus fuit.

k) *Aratha* omnes, sed cf. §. I. A, a, †. 5.

l) *Achadama* C, *Aradama* E.

m) *Acanatha* A, *Achauata* C.

n) *Orosa* E.

---

1) *Euphratensis* Be[6,7].

2) *Syriae (ſyrie)* mss. omnes habent, editi omiserunt. Syriarum una fuit Eufratensis. Cf. ad cap. I. nott. 53. 55. 115.

3) *Sagittarii* e[2...4], per errorem.

4) *Illyriciani* 𝔄𝔅ℭ, *Illiriciani* 𝔇, *Illyrici* 𝔈(?) editi. Cf. ad cap. IV. not. 20.

5) *Seriane* 𝔄ℭ, *ferianae* 𝔅, *Syriane* 𝔇(?) *Syrianae* 𝔈(?) editi. *Seriane* in vet. cod. Notitiae imp. esso testatur etiam Surita ad It. Ant. p. 194., ubi „iter a Doliche Seriane" indicatur. ad eum loc. Wesseling. annot.: „*Serianem* eo loci positam fuisse, ubi parietinas veteris urbis, *Esree* indigenae vocant, iidem Angli [qui a. 1691. iter Palmyrenum susceperunt] visitarunt, suspicio est Edm. Halley Obss. in Palmyr. Inscr. insertis Epitomae Actor. Philos. III. 2. §. 40. Petrus de la Valle in hoc terrae tractu urbem vidit, cui *Seriae* nomen adhaerebat." Cf. Mannert. VI. 1. p. 551. sq. et Georgii I. p. 187., qui hanc Serianam (hod. *Saharidsch*) cum Ptolemaei (V. 15.) Chalybone convenire opinantur, quod non crediderim; neque D'Anvillius credidit, qui in mappa Euphrat. et Tigridis LXXXIV M. P. ad euronotum a Chalybone posuit „Esrieh, *Seriane*."

6) Cf. ad cap. IV. not. 6.

7) *Octaribae* editi, *Occaribae* 𝔄𝔈(?). — Ptol. V. 15. *Acoraba* inter Chalybonitidis civitates habet, et in Tab. Peut. X. E est „Apamia. XLVIII. Theleda. XXVIII. *Occaraba*. XXVII. Centum Putea. Palmyra." Cf. ad cap. XXXI. not. 3. Mannert. VI. 1. p. 532. in loco *Androna* Itinerarii Ant. p. 195. Ptolemaei *Acoraba*, hodiernum *Haman*, sibi repperisse visus est; in qua re me consentientem non habebit (cf. not. 5.), sed nec D'Anvillium, qui *Androna* (hod. *Andreneh*) fere inter Chalybonem (hod. *Halep*) et *Occaraba* collocavit.

8) *Matthanae* 𝔈(?) editi, *Matthana* 𝔇, sed *Maithana* 𝔄𝔅ℭ. In pictura *Matthana* omnes praeter 𝔄, ubi *ct* pro *tt* librarii errore, ut videtur, scriptum est. Cave ne Pancirolus te inducat, ut credas hunc locum eumdem esse atque de quo Numer. XXI. 18. 19. sermo est; nam haec *Mathane* [sive *Matthana*, *Μαθθανέμ*, Euseb.] „quae nunc dicitur *Mathana* [*Maschana* edit. Bened. *Μασχανά* Euseb.], sita est in Arnone, duodecimo procul miliario contra orientalem plagam Medebat [*Medabas* edit. Bened. *πρὸς ἀνατολὰς Μεδαβῶν* Euseb.]"

Onomast. v. Mathane (p. 462. ed. Ben.). De Syriaca *Matthana* s. *Matthanis* certi nihil scio; sed si sequens locus *Adada* cum *Germanicia* Commagenae revera idem est, non absurdum erit ad h. l. de Ptol. (V. 15.) *Catamana* s. *Catamanis*, quem locum inter Germaniciam Dolichamque recenset, cogitare.

9) *Adadae* 𝕮(?) 𝔡iti. Palmyrena civitas *Adada* ap. Ptol. V. 15., quantum video, huc non pertinet. putaverim de Commagenae sive Euphratensis civitate prope *Germaniciam*, quae *Adata* dicta fuit et postea *Al-Hadath* nomen accepit, h. l. dici. De qua civitate plura diximus ad cap. VIII. not. 6. Iam cf. etiam Georgii I. p. 187. — Pancirolus annotavit: Forte *Adanae*, quam ad Euphratem locat Stephanus" v. "Ἄδανα ,... ἔςι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ . . ." Neutrius generis fuit hoc nomen *Adana*, teste eodem Stephano. quod de ceteris fere omnibus horum locorum nominibus dicendum est, quamvis multi cum Pancirolo ignorant.

10) *Arathae* 𝔡iti. Inepte Pancirolus de loco *Arith*, quem prope Hierosolyma fuisse ex Onomastico Hieronymi discimus, ad h. l. verba facit. Facilius de *Anathone* castello Mesopotamico in insula Euphratis infra Suram cogitares, de quo videsis Cellar. II. p. 610. §. 14. Sed neutrum verum est. Fortasse de *Epiphania* ad Orontem, quam Syriace *Hamath* s. *Hemath* appellari constat, cogites. Cf. infra not. 40. Dubitare, quinimmo ignorare melius est quam falso scire.

11) *Acadamae* 𝕮(?) 𝔡iti. Oppidum huius nominis non invenio. neque scio quid Syriace vel Arabice hoc nomen significet. videtur locus a montibus nomen habuisse.

12) *Acamathae* (s. *Acamatha?*) 𝕮, *Acauathae* 𝔡iti. Neque de hoc loco me legere memini.

13) *Praefecturae* 𝔄𝔅𝔇𝕮 𝔡iti, *Prefecture* 𝕮.

14) *quãte|fcythice* 𝕮, *Scithicae* 𝔇. — Dio Cass. LV. 23. ,, . . τέταρτον [στρατόπεδον] Σκυθικόν, ἐν Συρίᾳ." In Wesselingii exemplari Itinerarii Ant. p. 186. *Samosatis* s. *Samosatae* (hod. *Schemisat*) adscribitur *Leg. VII.*, sed Blandinianum Neapolitanumque exempla eidem urbi attribuunt *Leg. IV.*

Wesselingius tamen coniecit Samosatis primitus *Legionem XVI.* adscriptam fuisse, ut factum est in inscr. apud Gruter. p. 407. n. 2. Cf. infra b, ✝. 4.

15) Ita mss., *Orefae* edit. Scribendum esse *Orefa* (pro *Orfa*) coniicerem, nisi Euphrates interfluens vetaret; nam *Orfa* s. *Edessa* ad Osrhoenam pertinuit. Cf. cap. seq. §. I. A, ✝. 6. Apud Ptol. V. 15. Palmyrenae civitas *Oriza* (sec. D'Anvill. mapp. hodie *Sukneh* dicta) occurrit, eademque, ut videtur, in Tab. Peut. X. F *Oruba* dicta est („Palmyra. XVIII. Harae. XXII. *Oruba.* XXII. Cholle. XX. Risapa. XXI. Sure"); quae utrum ad h. nostrum l. pertineat necne videndum est. cf. nott. 22. 26. De *Urimis* Cyrrhesticae ad Euphratem (ap. Ptol. V. 15. *Οὔρημα* in edit. est, sed *Οὔριμα* in ms. Coislin.) infra Samosata, quae Hierocles p. 713. *Σύριμα* nominare videtur, et *Ὄριμα* sive *Ὤριμα* in conciliorum subscriptionibus nomen habent, fortasse quis cogitaverit. Cf. Wesseling. ad Hierocl. l. c. et Le Quien Or. Christ. II. p. 946.

16) *Augusto Euphratensi* e⁶,⁷ff. Leo et Zeno Impp. L. 10. C. i. f. de div. off. XII. 60. „... Comitis Phoeniceseos, Corsenae, Syriae et *Augustae Eufratensis* ..." In concil. Chalc. dicitur *Augusto-Euphratesia.* Aurel. Victor. Epit. c. 9. „.. Commagene, quam hodie *Augustophratensem* nominamus ..." Amm. Marc. XIV. 8, 7. „.. Commagena, nunc Euphratensis .." Id. XXIII. 6, 21. „.. Commagena, ante hac Euphratensis .." Eadem sunt ap. Procop. de aedif. II. II. 8. et in Hist. Misc. Cf. infra not. 21., Wesseling. ad Hierocl. p. 712. et Wagner. ad Amm. l. c. Cf. etiam not. 2. citt. — Hic locus de praesidiis Augustae Euphratensis in A post eum collocatus est, qui milites de minori laterculo emissos enumerat.

18) *Dalmati* ABCD. Cf. ad cap. XXX. not. 8.

18) *Illiriciani* D. Cf. ad cap. IV. not. 20.

19) Ita mss. omnes, *Barbarifso* de¹,²,⁶,⁷ff, *Barbatifso* e³,⁴. Ptol. V. 15. *Barbarissus* ad Euphratem, Chalybonitidis civitas. Steph. Byz. „*Βαρβάλισσος, φρούριον τῆς ἔσω τετειχισμένον.*" Procop. bell. Pers. II. 12. „.. *ἀμφὶ Ὀββάνης τὸ*

χωρίον, ὅπερ τοῦ ἐν Βαρβαλισσῷ φρουρίου τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχει . ." Etiam Tab. Peut. X. F *Barbalifso* habet. Procop. de aedif. II. 9. „Καὶ πολίσματα δὲ καὶ φρούρια πάντα ἐν ἐσχατιαῖς τῆς Εὐφρατησίας ὁρίων ὄντα τῆς ὁμοίας ἐπιμελείας ἠξίωσε [Iustinianus]· Βαρβαλισσοῦ τε καὶ Νεοκαισαρείας καὶ τοῦ Ταβούλων καλουμένου κ. τ. λ." Idem oppidum „Βαρβαισισσὸν τὴν πόλιν" a Ioa. Malala (Chronogr. XVIII. p. 462. ed. Bonn.) appellari iam Chilmeadus vidit. In conciliorum subscrr. memorantur *Antonius Barbalesius* et *Acilinus (Aquilinus) Barbalifsi Euphratesiae*. Cf. Le Quien Or. Christ. II. p. 950. Contra Suritam Berkeliumque, qui *Arabifsum* [Cappadociae sive Armeniae Secundae] It. Ant. et Hieroclis (p. 703.) cum *Barbalifso* nostra confuderunt, vid. Wesseling. p. 181. Abulfedae (Tab. Syr. p. 130.) locus *Bales* dicitur. *Beles* est in D'Anvillii mapp. geogr. Euphrat. Norimb. anno 1783. edita. Vid. etiam Mannert. VI. 1. p. 526. sq.

20) *Illiriciani* 𝔇. Cf. not. 18.

21) *Neocaesar.* 𝔄𝔅𝔇𝔈, *neocesar.* 𝔈, *Neocaesareae* 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Pancirolus in Pontum evagatus est. De *Neocasaria* infra Hierapolin ad Euphratem sermo est, de qua Procop. not. 19. cit. Secundum Reichard. hodie *Kalaat-el-Nedschur* locum Neocaesariae obtinet; idque verum esse videtur, quamvis D'Anvill. id castellum (hoc enim significatur nomine *Kalaat*) in sinistra Euphratis ripa habet. *Nedschur* ex nomine *Neocaesariae* aperto enatum est nomen. In Notitiis eccl. simpliciter *Καισάρεια* dicitur; sed in conciliorum subscriptionibus saepius episcopi *Neocaesareae Augustae Euphratesiae* s. *Augustae Euphratensis* memorantur. Cf. Le Quien Oriens Chr. II. p. 947.

22) *Rosafa* codd. mss. omnes, teste etiam Pancirolo, qui tamen cum ceteris 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦𝔰 *Rosaphae* exhibuit. Apud Ptol. V. 15. Ῥησάφα s. Ῥήσαφα inter Palmyrenae civitates enumeratur. *Risapa* Tab. Peut. not. 15. cit. Abulfeda (Tab. Syr. p. 119.) *Rofsafat* nominat. D'Anvill. inter Barbalissum et Callinicum (cf. cap. seq. §. I. A, ✝. 2.) fere XX M. P. ab Euphrate remota posuit nomina *Resafa vel Sergiopolis* (cf. Procop. de aedif.

Il. 9.), et in mappa geograph. Euphrat. eodem loco legitur „Resafa, *ibn Hesham Resafa.*“ Bischoff. et Moeller. (Vergl. Wörterb. der Geogr.) hodie *Arsoffa* nominari scripserunt; sed hic liber non ita magnam apud me fidem habet. Mannert. VI. 1. p. 535. in hodierno *el-Her* locum quaerendum esse suspicatus est.

23) *Praefecturae* 𝔄𝔅𝔇𝔈 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦, *Prefecture* 𝔈. Cf. not. 13.

24) *XVIme* 𝔈. Ursini codicem *XVII.* habere affirmat Pancirolus.

25) In loco *Missema*, de quo ad cap. XXXI. not. 24. dictum est, Burckhardtus (p. 207.) hanc inscriptionem invenit: *ΠΕΤΟΥCΙΟΝ* | *ΕΥΔΗΜΟΝ* | X [lege P̆ id est *χιλιάρχον*] *λΕ-γ[εωνος]* *ΦΛ[αουιας]* | *Φ^ιϱ^[μης]* *ΦΑΙΝΗCι|ΟΙ* | h. e. *Petusium Eudemum Chiliarchum* (Tribunum) *Legionis Flaviae Firmae Phaenesii.* Cf. Gesen. ad h. l., ubi etiam inscriptionis ap. Gruter. (p. 407. n. 2.) mentio facta est, quae LEG. XVI. FL. F. SAMOSATE habet. Cf. not. 14. et adde inscr. Aventicensem ap. Gruter. p. 427. n. 12., quae LEG. XVI. FLAVIAE FIRMAE mentionem facit. Vid. etiam Franckii librum „Richter'sche Inschriften“ p. 504., qui de stativis huius legionis a Vidua (Inscr. Antiq. p. 33.) expositum esse refert. Item cf. ad cap. XXXVIII. not. 28.

26) *Surae* 𝔈(?)𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Inter Palmyrenae civitates ad Euphratem sitas *Sura* habet Ptol. V. 15. Tab. Peut. not. 15. cit. *Sure* scribit. Cf. Plin. V. 24. sect. 21. „Ita fertur usque *Uram* locum, in quo conversus ad orientem relinquit Syriae Palmirenas solitudines“ et paulo post (cap. 26. sect. 21.) „A *Sura* autem proxime est Philiscum, oppidum Parthorum ad Euphratem.“ Cf. Euagr. H. E. IV. 25. Procop. bell. Pers. II. 5. (ed. Bonn. tom. I. p. 172. sqq.) „. . *πόλιν Σούρων, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ οὖσαν.*“ Id. de aedif. II. 9. Iustinianum *τὸ Σούρων πόλισμα, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ κείμενον* instaurasse, moenibusque validissimis muroque exteriori cinxisse refert. De *Συροῖς* (nam ita ibi scriptum legitur) in vita Simeonis Styl. c. 26. dicitur „*πολίχνιον τῶν Ἐπευφρατιδίων*“

fuisse. Cf. Wesseling. ad Hierocl. p. 713. v. *Σύριμα*. Mannert. VI. 1. p. 527. hodie *Dansar* sive (*Kalaat* = castellum) *Giabar* vel *Iabar* dici putat; minus recte, opinor: *Surich* hodiernum Surorum nomen est sec. D'Anvill. Vid. etiam Cellar. II. p. 367. §. 62. Ceterum monendum est falso Harduinum (ad Plin. l. c.), Cellarium, Mannertum aliosque nomina *Flaviae Firmae,* quae legionis XVI. epitheta fuerunt, pro cognominibus Surorum oppidi sumpsisse.

27) *Ala p°. nona* 𝕮.

28) Cf. ad cap. IV. not. 29.

29) *ãmuda* 𝕭, *ãmuda* 𝕮, *Amudae* 𝕰(?) editi. *Amudis*, castellum in Mesopotamia, secundum Amm. Marc. XVIII. 6, 13., huc non pertinet, ut Pancirolus putavit; sed nescio quid aliud. De *Alamathis*, Palmyrenae oppido ad Euphratem sito, (Ptol. V. 15.) scripturae discrepantia cogitare vetat.

30) *Iutungorum* 𝕭. Ursini codicem *Viturgorum* legere annotavit Pancirolus. falsus est: *ıutũgi (iutungi)* facile pro *utũgi (viturgi s. iuturgi)* sumi potuit. Cf. ad cap. XXV. not. 65.

31) *Salutariae* 𝕰(?) editi, et Pancirolus „*manebat Salutariae*" annotavit. Mihi vero non probavit *Salutaria* s. *Salutariam* nomen oppidi fuisse, magisque est, ut pro cognomine Alae verbum *Salutaria* sumamus, atque nomen loci, in quo haec ala stativa habuit, excidisse dicamus; idem quod compluribus aliis locis accidit; cf. quae ad cap. XXIX. not. 66. disputavimus.

32) *Gotiliorum* 𝕬, *Gotiliorum* 𝕭, *gotilio*ꝝ: 𝕮, *Getilorum* (?) 𝕰, *Gotthorum* 𝕯 editi. In tanta *Gotthici* nominis scribendi varietate, quam apud veteres auctores deprehendimus, a scriptura codicum scriptorum non facile recesserim; sed re vera *Gotthorum* (sive *Gotthonum*) olim scriptum fuisse puto: ex altera *t* enata est *i*, et ex *h* facile *li* fieri potuit; si adiicis quod saepius *õum* et *õum (orum* et *onum*) a librariis commixta sunt, nihil in explicanda varia illa scriptura difficultatis superest.

38) *Helelae* 𝕰(?) editi. Non dubito quin hic idem locus

sit atque Ptolemaei V. 15. *Alalis,* quam ante *Sura* inter Palmyrenae ad Euphratem sitas civitates recensuit. Apud D'Anvill. *Alalis* fere medium locum inter Barbalissum Suraque optinet. Apud Mannert. VI. 1. p. 526. falso *Alatis* scriptum est. Hodiernum loci nomen nescio.

34) *Vlpiadacor* ℭ. Pancirolus „Ab Ulpio Traiano, qui Dacos subegit, instituta, vel potius ab Ulpio oppido Daciae, ab ipso condito, extracta." Dixerim, ex Dacia (Traiani) sumptos fuisse ab initio milites huius cohortis, quae et ipsa ab Ulpio Traiano nomen habuit. C . IVLIVS . ERVCIANVS . CRISIPVS . PRAEF . ALAE . PRIMAE . VLPIAE . DACORVM memoratur apud Gruter. 1025, 2.

35) *Claudianae* ℭ(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Plin. H. N. V. 34. sect. 20. „Apud *Claudiopolim* Cappadociae cursum ad occasum solis agit (Euphrates)." Ptol. V. 7. inter Armeniae Minoris Lavianae praefecturae ad Euphratem sita oppida eamdem *Claudiada* s. *Claudiam* nominat, eademque in Tab. Peut. XI. A recensetur „Melentenis [*l.* Melitenis] VIII. Corne. XIIII. Metita. XII. *Glaudia* [*l.* Claudia, ut iam Salmas. Plinian. exerc. p. 444. vidit] XLIII. Barsalium. IX. Heba. XXX. Charmodara. XII. Samosata." Neque aliud praesidium esse videtur, de quo Amm. Marc. XVIII. 7, 10. „. . castra duo praesidiaria *Barzala* et *Laudias* (l. *Claudias*) . . ., ubi tenuis fluvius prope originem et angustus, nullisque adhuc aquis advenis adulescens, facile penetrari poterit, ut vadosus." Sec. Asseman. ap. Mannert. VI. 2. p. 295. cit. per medium avum *Claudia s. Arclaudia* suum episcopum Iacobiticum habuit, hodieque sec. D'Anvill. *Ara Cloudieh* nomen habet. Haec *Claudias* s. *Claudia,* quae non confundi debet cum *Claudiopoli* apud Ptol. l. c., quae post *Cybistra* inter praefecturae Cataoniae oppida recensetur, si revera ad hunc nostrum locum pertinet, *Claudiada* quam *Claudiana* legi malim. Sed siquis putet hanc Lavinianesinam *Claudiada* nimis septemtrionem versus sitam fuisse, quam quae Euphratensi provinciae attribui possit, is secum reputet non semel vel in libro nostro eundem locum alteri vicinae pro-

vinciae attributum esse, atque apud alios auctores eiusdem fere aetatis adscriptum invenimus; *Melitena* atque *Metita* Armeniae attribuuntur infra cap. XXXV. §. I. A, a, ✝. 4. B, ✝. 7.; itaque inter *Metita* atque *Claudiada* fines Armeniae Minoris et Euphratensis provinciae fuisse dicendum esset. Cf. etiam Cellar. II. p. 195. §. 28. et p. 296. §§. 120. 121.

36) *tercia* 𝔇.

37) Cf. ad cap. XXVIII. not. 75.

38) Ita mss. omnes: *Marmanta*ꝝ 𝔄, *Marmātarum* 𝔅, *mămūta*ꝝ ℭ, *Marmantarum* 𝔇, *Marmūtarum* 𝔈, *Marmarae* editi; sed Pancirolus testatur „Manuscripti habent *Marmatarum* [Marmātarum]", atque adiicit „*Marmen* urbem Phoeniciae Stephanus [v. *Μάρμη*] ponit." Dubito an de *Mariamma, (Mariama, Mariamia, Mariamna)*, oppido Phoeniciae, Cassiotidis secundum Ptol. V. 15., h. l. sermo sit. Plin. V. 23. sect. 19. „Coele [Syria] habet . . . Mariammitanos." Arrian. de exp. Alex. II. 13. *Μαριάμμην πόλιν* cum Arado, Antarado et Maratho memorat. *Μαριάμη* apud Ptol. l. c. et Hierocl. p. 712. scriptum est. Stephanus Byz. *Μαριαμμία*, inquit, *πόλις Φοινίκων . οἱ πολῖται Μαριαμμῖται, ὡς Παυσανίας ἕκτῳ.* sed in nostro Pausania nihil de Mariammitis. In conciliorum subscriptionibus et Notitiis eccl. vocatur *Mariamma* s. *Mariamna* Syriae Secundae, *Κώμη Μαριάμμη*. Cf. Harduin. ad Plin. l. c., Wesseling. ad Hierocl. l. c., Interpp. ad Steph. Byz. et Le Quien, Or. Christ. II. p. 919. III. p. 1194. item Cellar. p. 358. Mannert. VI. 1. p. 430. — Quae *Mariamma* si ad nostrum locum pertinet, fortasse scriptum fuit *Mariammarum* sive *Mariamarum*. sed incerta sunt omnia.

39) Cf. ad cap. IV. not. 56.

40) *Ammaitha* 𝔄𝔅, *āmaitha* ℭ, *amat|tha* 𝔇, *Ammatha* 𝔈, *Ammaithae* editi. Si quae not. 38. de nomine *Marmantarum* coniecimus, recte se habent, vix dubium erit quin haec *Amattha* s. *Ammatha* vel *Amatha* Syriacum nomen *Epiphaniae* sit, quod iam a Pancirolo observatum fuisse mireris. Hieronym. in Onom. v. *Aemath* „Ego autem" inquit „investi-

gans repperi *Emath* urbem Coeles Syriae appellari, quae nunc Graeco sermone *Epiphania* dicitur." Cogitavi etiam de *Alamathis*, quae Ptol. V. 15. inter Palmyrenae civitates ad Euphratem sitas cum Alali (cf. not. 33.) Surisque (cf. not. 26.) recenset, neque nunc sine dubio sum, utrum hoc vel illud an neutrum rectum sit. De *Epiphania* (*Epifania* Tab. Peut. X. D, E) ad Orontem, Syris *Hemath*, *Hamath* s. *Chamath* dicta, plura monere opus non est. cf. Cellar. II. p. 356. §. 42. Interpp. ad Steph. Byz. v. Ἐπιφάνεια, Relandi Palaestina p. 234. 349. Wesseling. ad It. Ant. p. 188. d'Herbelot bibl. orient. II. p. 194. sq. v. *Hamah*, Mannert. VI. 1. p. 461. sq. Georgii I. p. 183. — *Alamatha* in barbarico campo ad Euphratem secundum D'Anvill. mapp. geograph. Euphr. et Tigr. hodie *Elamora* nominantur.

41) *Comentariensem* 𝔈.

42) *Syrie* 𝔈𝔈, *siriae* 𝔇.


43) *quintus* 𝔈. Cf. ad cap. XXVI. not. 10. — Hanc de evectionibus §. 𝔢diti, ut solent, omiserunt. — Inde ab hoc loco usque ad Notitiae Occidentis cap. I. ♆. 22. e, *á* (ed. nostrae pag. 6* ♆. 1.) ex codice Victoriano (𝔈) omnia exciderunt: desunt enim decem folia sive paginae 241...260.

CAPUT XXXIII.

a) *Osrhenae* 𝔇, *Osrhoene* 𝔈. *cum insignibus* add. 𝔢𝔢.

Ad tabulam (pag. 89.):

a) Liber mandatorum in 𝔄𝔇𝔟𝔢𝔢 easdem notas habet, ut ad superiora capita. Volumen iuxta librum mandatorum, in 𝔟𝔢𝔢 a litteris vacuum, in 𝔄 ita habet:



c) *Callinicum* 𝔟𝔢𝔢.

e) *Banasam* 𝔇𝔈.

f) *Syna Iudeo*ꝝ 𝔄, *Syna Iudeorum* 𝔇, *Syn aiudeorum* 𝔈.
g) *Oroba* 𝔇𝔈𝔡𝔢𝔢.
h) *Thillazamara* 𝔄𝔇𝔡𝔢𝔢, *tyllafamara* 𝔈.
l) *Gracefio* 𝔇, *Circaefia* 𝔡𝔢𝔢.
m) *Apatna omiserunt* 𝔢[6,7].

---

1) *Osrhenae* 𝔇, *osrhoene* 𝔈. Cf. ad cap. I. not. 117. Wesseling. ad Hierocl. p. 713. Le Quien, Oriens Christ. II. p. 954. Eckhel. III. p. 511. — Bayeri historiam Osrhoenam et Edessenam ex numis illustr. c. fig. Petropol. 1738. 8°. non vidi.

2) *Dalmati* 𝔅𝔈. Cf. ad cap. XXX. not. 8.

3) *illiriciani* 𝔇, *Illyricani* 𝔢[2,3,4] per errorem. Cf. ad cap. IV. not. 20.

4) *Gauaba* 𝔄𝔅, *Ganaba* 𝔇, et ita vetustum codicem habere testatus est Pancirolus; *Ganede* 𝔈, *Gallabae* 𝔢𝔡iti. Puto de loco inter Zeugma Edessamque, ab illo sec. It. Ant. p. 189. M. P. XIII, sed sec. Id. p. 191. M. P. XXV., ab hac XXVII, sed sec. p. 191. XL M. P. remoto, hic dictum esse. etiam It. Ant. p. 191. *Canaba* cum simplici *n* habet in mss. sed D'Anvillius *Gallaba*, versus septemtrionem ab Edessa, habet, hodieque *Gialab* dici annotavit; Brunsius cum locum apud Procop. de aedif. nominari scripsit, ubi frustra ego quaesivi. Ceterum omnino erravit Pancirolus, cum de Steph. Byz. dixit, apud eum *Gallabam* oppidum Arabiae dici; nam eius verba sunt haec: *Γάλαδα χώρα Ἀραβίας κ. τ. λ.;* neque melius est, quod annotavit „Forte legendum *Gabalae*, quae urbs est Syriae“: nam neque de *Gabalis* in Cassiotide, neque de *Gabulis* Eufratesiae hic locus est.

5) Cf. ad cap. IV. not. 6.

6) *Gallinico* 𝔢[2,3,4]. *Gallinicum* mendose etiam quidam codd. Eutrop. IX. c. 24. (ed. Verheyk.) legunt, „ab victoria contra Gallos dictum“ opinatus est, non Pancirolus, sed Glareanus. Ille, ne sine suo errore esset: „Latine sonat *pulchra victoria*, olim *Hieropolis* dicta, nunc *Hepo.*“ De Callinico

Amm. Marc. XXIII. 3, 7. „. . *Callinicum*, munimentum robustum et commercandi opimitate gratissimum." Cf. Zosim. III. 13. Procop. bell. Pers. I. 18., hist. arc. cap. 3. i. f., de aed. II. 7. A Seleuco Callinico nomen habuisse, ut in Chron. Alexandr. p. 408. affirmatur, non magis credibile est, quam sophistam Callinicum ei nomen dedisse, quod Libanius in epist. ad Aristaenetum rettulit. Wesseling. ad Hierocl. p. 714. sq. vv. *Λεοντόπολις ἡ Καλλινίκη* annotavit „Praestiterat ἡ *καὶ Καλλίνικος*, quomodo Libanius [apud Thomam Magistrum in *σταθμός* „*Σταθμός ἐςι περὶ Εὐφράτην, Καλλίνικος ὄνομα*"], Theodoretus [Hist. rel. cap. 26. „. . *τὴν Καλλίνικον, φρούριον δὲ αὐτῇ μέγιςον*"], Procopius atque alii . . . Urbem instauravit imp. Leo circa ann. CDLXVI. suoque nomine insignem esse voluit, uti Chron. Edesseno tom. I. Bibl. Orient. p. 405. perscriptum. Adde Assemano notata tomi eius p. 258." Vid. etiam Cellar. II. p. 607. §. 9. Sunt qui putant *Callinicum* idem esse quod *Nicephorium*, e. gr. Mannert. V. 2. p. 286. sq.; sed falso, me quidem post alios iudice: nam cum D'Anvillio Nicephorium ad dextram Billichae Euphrati sese miscentis ripam, Callinicum vel Leontopolin ad sinistram illius fluvii ripam collocaverim. Nicephorii locum hodie *Racca* optinet secundum eumdem D'Anvillium.

7) Cf. ad cap. IV. not. 20.

8) *Dabanae* editi, *alias Danabae* addunt re, et PanciroIus annotavit „Rectius in Ursini codice legitur *Danabae*, quae Ptolemaeo est in Mesopotamia [immo in Palmyrena, cf. ad cap. XXXI. not. 25.]; ita etiam Zosimus lib. III. [cap. 27.] appellabat." sed Zosimi *Danaba* ad Persiam pertinet. Amm. Marc. l. c. „*Davanam* . ., castra praesidiaria, unde ortus Belias fluvius funditur in Euphratem . . . postridie ventum est ad Callinicum" et c. Cf. not. 6. Procop. de aed. II. 4. „*Καὶ τὰ ἄλλα δὲ φρούρια πάντα ἐν ὄρει κείμενα, ἅπερ ἐνθένδε τε καὶ ἐκ Δάρας πόλεως ἄχρι ἐς Ἀμίδαν διήκειν ξυμβαίνει, τό τε Κίφας καὶ Σαυρὰς . . . καὶ Σίφριός τε καὶ Ῥιπάλθας, καὶ Βανασυμέων· ἔτι μέντοι καὶ Σινὰς καὶ Ῥάσιος καὶ Δα-*

βανὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἐςι, γελοιότατα δῆθεν τῷ σχήματι ἀποτεθριγκωμένα τὸ πρότερον, ἀνοικοδομησάμενος [Iustinianus] *σὺν τῷ ἀσφαλεῖ κ. τ. λ.*" Pancirolus annotavit: „*Dabanae* etiam Suidas meminit in v. *Timagenes.*" Cellarius II. p. 621. §. 31. haesitavit utrum *Davana* Ammiani et *Δαβανὰς* Procopii idem locus non fuerit, quia hic Dabanam describit, quasi non ita longe ab Amida distet, Marcellini autem Davana inter Carras et Callinicum fuit. Ammianus ipse has regiones vidit; Procopius autem magis in universum, neque satis accurate locutus esse videtur. D'Anvillius *Davanam* non recte, certe aliter posuit, quam Ammianus vult. Cf. etiam Mannert. V. 4. p. 284. 303.

9) Ita (*Banasā* 𝔄) 𝔄𝔅𝔇, *Banasāj* 𝔈, sed idem in picturae inscriptione *Banasam* habet. *Banasae* editi. Est hoc nomen procul dubio corruptum ac per compendium scriptum pro *Banasymeon*; nam mihi dubium non est, quin hoc castellum illud sit quod apud Procop. not. 8. transcriptum *Βανασυμέων* nominatur. Situm fuit in dextra Tigridis ripa, sed non dico ad ripam, inter *Rhabdium* (hod. *Tur rabdin*) *Daras*que (hod. *Dara-kardin*) et *Amidam* (hod. *Diar-bekir*). Itaque huc non pertinet Ptol. V. 18. *Banabe* ad Euphratem sita, quae in Tab. Peut. XI. D *Banata* appellari videtur.

10) *Equites* bis habet 𝔈.

11) *Sinae Iudaeorum* editi. *Sinna* Ptol. V. 18. ante Nisibin nominata; nam altero loco nominata huc non pertinet. *Σινὰς* Procop. not. 8. cit. Locus sub monte Masio situs fuit. Cf. Cellar. II. p. 622. §. 34. Mannert. V. 2. p. 303. Cur a Iudaeis haec Sina cognomen habuerit, nemo quem sciam explicavit.

12) Totum versum omisit 𝔈. *Orabae* editi. *Orabae, alias Arabae* ε. nam *Arabae* Ursini codicem habere testatur Pancirolus. Neque Tab. Peut. X. F *Oruba* Chalybonitidis, aut X. A *Foroba*, neque Assyriae civitates, quas Ptolemaeus sub nomine *Oroba* habet, ad nostrum locum quicquam faciunt. Fortasse haec *Oraba* et *Horoba* infra (B, ɏ. 5.) posita eadem

civitas fuit; putemque de *Edessa* Calirrhoa, quae hodieque *Orfa* dicitur et olim *Orrhoa* vel *Orfa* nomen habuit, cogitandum esse. Vide ad cap. X. not. 26. annotata, et cf. Buttmannum in Mythologo, N. X., ubi tamen neque ad Wesselingii annotata, neque ad Notitiam Dignn. respexit vir candidissimus. Iam confer etiam Georgii I. p. 163. sq.

13) *Thillazamena* B, *Tyllasamare* C, *Thillazamarae* editi. Situm loci nescimus, nisi fortasse de *Thalama* Tab. Peut. XI. D prope Edessam (cf. not. 12.), sive potius de Ptol. V. 14. *Sarrana* cogitare licet; nam de voce *Thilla*, quae compluribus Osrhoenae Mesopotamiaeque urbium nominibus praefigitur, Wesseling. ad It. Ant. p. 192. annotavit, montem eam significare (quod minus recte Mannert. V. 2. p. 276. intellexisse videtur), *Sarrana* autem Ptolemaei [Σαῤῥάνη in edito est, Σάραῤῥα in ms. Coisl.] ab Edessa aquilonem versus ad Masium montem sita fuisse videtur. et facile *arrara* vel *arrana* cum *amara* sive *amana* confundi potuerunt; atque in initio nominis C litteram *s* habet, ubi ceteri *z* exhibent.

14) De patria horum Equitum seq. not. disputabitur. Quod nomen *indigenae* adiicitur, saepius factum esse lectorem non fugerit. Cf. e. gr. cap. XXIX. §. I. A, ꝟ. 10., huius cap. vers. seq., cap. seq. §. I. A, ꝟꝟ. 5. sqq.

15) *Medianae* editi. Neque de *Mediana* suburbano Naesi ap. Amm. Marc. XXVI. 5, 1., neque de *Mediano* castello Mauretaniae ap. Eumd. XXIX. 5, 45. h. l. cogitari potest, neque de Ptolemaei *Madiama* eiusdemve *Modiana*. *Medenem* eiusdem scriptoris, quam etiam h. l. indicari putavit Pancirolus, non invenio. sed idem Pancirolus ex his verbis Breviarii S. Rufi (cap. 15. p. 727. ed. Verheyk.) „*Madenam*, opimam Armeniorum regionem, obtinuit [Lucullus]: per Melitenam ad Mesopotamiam descendit, Nisibin cum fratre regis cepit“ haec effecit: „Ruffus iuxta Euphratem in Mesopotamia statuit [locum de quo quaerimus]“! Fortasse haec *Mediana* diversa non fuerunt ab eo loco, quem *In Medio* nominat Itin. Ant. p. 189. 191. „Zeugma. Cannaba. M. P. XIII. In Medio M. P. XII. Edissa M.

P. XV." „Zeugma. Cannaba M. P. XXV. In Medio M. P. XXII. Edissa M. P. XVIII."

16) Utrum *Osrhoeni* ab urbe Edessa (cf. not. 12.), ut Medianenses a Medianis, an a provincia Osrhoena, ut Palaestini (cap. XXIX. §. I. A, ✝. 10.), dicti fuerint, in medio relinquo. posterior sententia magis mihi placet. Cf. not. 14. Sed fortasse aliquis putet ita legendum esse:

Equites Sagittarii Indigenae Rasin,

Equites (cf. etiam not. 10.) *Primi Osrhoeni Apatna.*

nam Apatnense praesidium excidisse ex h. l., sive potius ex fine enumerationis militum de maiori laterculo emissorum pictura Apatnensis castelli docet. Cf. not. 21.

17) *Rasam* inter Mesopotamiae urbes recensere Ptol. [V. 18.] annotavit Pancirolus, sed falso. *Rasin* nostram cum *Resaina* vel *Resaena,* de qua Ptol. V. 18. (*Ῥεσαίνα* sec. codd. Palat. et Coisl., *Ῥέσενα* s. *Ῥαισένα* sec. alios) Amm. Marc. XXIII. 5, 17. et Tab. Peut. XI. D, (*Refsaina* LXVII M. P. a Charris) Steph. Byz. v. *Ῥέσινα* habent, unam eamdemque civitatem esse putant Cellar. II. p. 621. sq. §. 33. Mannert. V. 2. p. 292. Bischoff. et Moeller. p. 344. v. *Colonia Septimia Resainesiorum*, Georgii. I. p. 164. cf. p. 139. De hac *Resaina*, quae postea ab imp. Theodosio M. *Theodosiopolis* (sub quo nomine, *Θεοδοσιούπολις*, ab Hierocle p. 714. Osrhoenae attributa est; cf. Procop. bell. Pers. II. 19. p. 236. ed. Bonn., de Aedif. II. 5. cf. II. 2. 6. i. f.) nominata est, habebimus cap. seq. §. I. A, ✝. 2.; hic noster locus aperte idem est, atque *Ῥάσιος* Procopii not. 8. cit. De situ cf. nott. 9. 11.

18) *Praefecturae* ABDE editi. Cf. ad cap. XXIX. not. 22., ad cap. XXX. nott. 17. 21., ad cap. XXXI. nott. 19. 22. ad cap. XXXII. nott. 13. 23.

19) *Panthicae* BD. Theophylact. Simocatta (hist. II. 6. p. 77. ed. Bonn.) *Quartoparthorum* (*Κουαρτοπάρθων*) Beroeae in Syria (quae Chalybon, Aleppo, dici solet) degentium mentionem facit. Memorantur libro nostro legiones Parthicae sexta (cap. VI. §. I. D, ✝. 7.), prima et secunda (cap.

seq. §. I. A, n. 9. 10.) Cf. ibi annott. et vide omnino Lindenbrog. ad Amm. Marc. XVIII. 9, 3.

20) *Cresio* ℭ. Capitolin. Gordian. III. c. ult. „.. *Circeium* castrum ... in fluibus Persidis.“? Amm. Marc. XXIII. 5, 1. „*Cercusium*, ... munimentum tutissimum et fabre politum, cuius moenia Abora et Euphrates ambiunt flumina, velut spatium insulare fingentes.“ Eutrop. IX. 2. (p. 424. ed. Verheyk.) „.. a *Circesso*, quod castrum nunc Romanorum est Euphrati imminens.“ S. Rufi breviar. c. 22. (p. 742. ed. Verh.) „. . a *Circesso* castro, quod et nunc exstat. .“ Zosim. III. 12. „.. *τοῦ Κιρκησίου· φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον . .*“ Procop. de aed. II. 6. „*Ἦν δὲ Ῥωμαίων φρούριον παρὰ ποταμὸν Εὐφράτην ἐν τοῖς Μεσοποταμίας ἐσχάτοις· ἵνα δὴ Ἀβόῤῥας ποταμὸς τῷ Εὐφράτῃ ἀναμιγνύμενος τὴν ἐκβολὴν ἐνταῦθα ποιεῖται. τοῦτο Κιρκήσιον μὲν ὀνομάζεται· βασιλεὺς δὴ αὐτὸ Διοκλητιανὸς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο, Ἰουστινιανὸς δὲ τανῦν βασιλεὺς ... ἐς ὀχύρωμα βεβαιότατον μετεστήσατο κ. τ. λ.*“ In sequentibus historiam eius munimenti prosequitur. Id. de bell. Pers. II. 5. (ed. Bonn. p. 171.): „. . *τὸν Εὐφράτην ἐν δεξιᾷ ἔχων . ἔστι δὲ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ θάτερα Ῥωμαίων φρούριον ἔσχατον, ὃ Κιρκήσιον ἐπικαλεῖται, ἐχυρὸν ἐς τὰ μάλιστα ὄν, ἐπεὶ Ἀβόῤῥας μὲν ποταμὸς μέγας ἐνταῦθα τὰς ἐκβολὰς ἔχων τῷ Εὐφράτῃ ἀναμίγνυται, τὸ δὲ φρούριον τοῦτο πρὸς αὐτῇ που τῇ γωνίᾳ κεῖται, ἣν δὴ τοῖν ποταμοῖν ἡ μίξις ποιεῖται. καὶ τεῖχος δὲ ἄλλο μακρὸν τοῦ φρουρίου ἐκτὸς χώραν τὴν μεταξὺ ποταμοῦ ἑκατέρου ἀπολαμβάνον τρίγωνον ἐνταῦθα ἀμφὶ τὸ Κιρκήσιον ἐπιτελεῖ σχῆμα.*“ Putatur Cercusium *Carchemis* s. *Carcemis* ss. scripturae esse. *Karkesia* a Beniamin Tudelensi, hod. *Kirkesieh* nominatur. Cf. Hieron. Onomast. v. *Charchamis*, Cellar. II. p. 607. sq. §. 10. Mannert. V. 2. p. 289. Georgii I. p. 164.

21) Versum de Apatnensi praesidio excidisse not. 16. monuimus. Si semper sibi constaret ratio libri nostri, Praefectum alicuius legionis *Apatnae* s. *Apatnis* degisse dicendum

foret; cf. ad cap. XXX. not. 25. i. f. Ceterum haec *Apatna*, quem locum Pancirolus „errore librariorum transpositum“ ex sequenti capite inter picturas huius nostri esse putavit, quemque cum „Aphadoma“ Ptolemaei contulit, revera ad hoc nostrum caput pertinet, estque, ut videtur, Ptolemaei V. 18. i. f. *Aphadana*, quae in Chaborae ripa infra Carras sita fuit. *Apadna*, de qua seq. cap. §. I. A, ✝. 4. habebimus, ex duobus castellis est, de quibus Procop. de Aed. II. 4. „*καὶ μὴν καὶ ἀμφὶ πόλιν Ἄμιδαν φρούρια, πηλῷ τε περιβεβλημένα καὶ τοῖς πολεμίοις βάσιμα παντάπασιν ὄντα, ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀνοικοδομησάμενος ἅπαντα ἐς τῆς ἀσφαλείας τὸ ἀκριβέςατον μετεςήσατο· ἐν οἷς τό τε Ἀπάδνας καὶ τὸ Βυρθὸν πολίχνιόν ἐςιν.*“ *Aphphadana*, *Ἀφφαδάνα*, de qua Ptol. V. 18. inter civitates ad Euphratem sitas loquitur, infra Circesium sita (cf. Cellar. II. p. 608. §. 12. Mannert. V. 2. p. 321.), in Notitia nostra non memoratur.

22) *de* omiserunt 𝔈.

23) Cf. ad cap. XXVIII. not. 75.

24) *praeelectorum* 𝔄𝔇𝔈𝔡𝔣𝔣. Cf. ad cap. XXV. not. 46.

25) *Thillacamae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Surita etiam ad It. Ant. p. 192. testatur „in vetusto *Thillacama*“ esse. Oppidum Euphrati imminens fuisse scribit Pancirolus; sed non probat; atque equidem contra sentio: cf. not. 13. Nescio an ad h. l. de Ptol. V. 18. *Arxama* aut de It. Ant. p. 192. *Thilaticomo* s. *Thillaticoma*, quae non ita procul a Zeugmate abfuit (cf. Surit. et Wesseling. ad It. Ant. l. c.; hodie castrum *Scharmely* sec. Mannert. V. 2. p. 275. sq.), aut de *Alama* supra Callinicum (cf. not. 6.) ad Billicham fl. posita recte cogitari non possit. Situs sequentis castelli Suritae, Wesselingii Mannertique sententiam tueri videtur.

26) *Alia* 𝔇.

27) *uictoriatouia* 𝔄𝔅𝔇, *Victoriatorum* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Non dubitavi ex corrupto isto nomine *victoriatovia* efficere *victor. et iovior.*, cum praesertim *Victores Ioviique* saepius iuxta ponantur, e. gr. Not. Occ. cap. V. §. I. C, b, ✝✝. 26. 27. et maxime ap. Amm. Marc. XXV. 6, 3. XXVI. 7, 13. XXVII. 8, 7.

Nihili est quod Pancirolus annotavit: „Haec Ala a *Victoria* Mauritianiae Caesariensis vel Hispaniae dicta, unde est desumpta." Cf. ad cap. IV. nott. 56. 29.

28) *contrabintha* mss., *contra Bintha* editi. *Birtha* sive *Virtha* (*ī* pro *ī*, *ir* pro *in*) legendum est. Optime Wesseling. ad Hierocl. p. 715. v. *Βίρθα* annotavit: „*Virta*, munimentum valde vetustum, in extremo Mesopotamiae situm Ammianus XX. 7, [17.] memorat, quod cum *Birtha* videatur Ptolemaei [V. 18. cf. Cellar. II. p. 613. §. 23.] ad Tigrim [hodie *Tekrit*], nostra esse nequit. Forte haec latet in *Binta*, cui in Osdroëna locum dedit Notitia Imp." Pancirolus autem de hac Ptolemaei ad Tigrim sita civitate cogitavit; non meliori iure, quam siquis de *Byrtho* prope Amidam (cf. Procop. not. 21. cit.) locum nostrum intellegeret. Sita fuit haec *Birtha*, e cuius regione hoc castellum, de quo quaerimus, conditum fuit, ad sinistram Euphratis ripam infra Zeugma, et hodie sec. D'Anvill. *el-Bir* nominatur. Reichardus locum *Thiar* Tab. Peut. XI. D cum *Birtha* sive *Birthis* Hieroclis eumdem locum esse coniecit. Wesselingii sententiae accesserunt etiam Mannert. V. 2. p. 272. et Georgii I. p. 163.

29) *Paphlagonum* AB editi.

30) *Thillaficae* C(?) editi. Ad Euphratem collocat Pancirolus. sed loci situm nescimus. Cf. nott. 13. 25. *Thilapsum* Tab. Peut. XI. E ad Mesopotamiam pertinet.

31) *Panthorum* AB. cf. nott. 19. atque 28.

32) *Resaiae* editi. Totum versum omisit C. Solent cum Pancirolo hunc locum cum *Resaina* seq. cap. (cf. not. 17.) confundere. Situm equidem nescimus. An *Contra-Resaina?* Resaina in sinistra Chaborrae ripa sita fuit, in Mesopotamia; in dextra ripa castellum Osrhoenum fuerit. Cf. etiam not. 34.

33) Cf. ad cap. XXXI. not. 28.

34) *intenthānuri Nethorobā* A, *intenchannuri nethorobam* (*s. nethorobani*) B, *intenthannuri nethorobam* D, *in Terthannurin et Horobam* C. Pro *thannurin* legerim *Thannuriū;* nam Procop. de Aed. II. 6. de utroque *Thannurio*, maiori atque

minori haec habet: „.. *καὶ τὰ φρούρια, ὅσα δὴ ἀμφὶ πόλιν Θεοδοσιούπολιν κεῖται, τὰ μὲν ἀτείχιστα πρότερον ὄντα . . . ἀπρόσβατα τοῖς ἐπιοῦσιν εἰργάσατο· τότε Μαγδαλαθὼν σὺν ἑτεροῖν δυοῖν, ἅπερ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν τυγχάνει ὄντα, καὶ Θαννούριος δύο, μικρόν τε καὶ μέγα, καὶ Βισμιδέων καὶ Θήμερες· ἔτι δὲ καὶ Βιδάμας καὶ Δαυσαρὼν καὶ Θίολλα, Φίλας τε καὶ Ζαμαρθὰς καὶ τὰ λοιπὰ ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. ἦν δέ τις χῶρος παρὰ Θαννούριος μέγα, ᾧ δὴ ἐπιχωριάζειν Σαρακηνοῖς τοῖς πολεμίοις, διαβαίνουσι τὸν ποταμὸν Ἀβόῤῥαν πολλὴ ἐξουσία ἐγένετο, ἔνθεν δὲ ὁρμωμένοις διασκεδάννυσθαι μὲν ἀνά τε τὴν ὕλην δασεῖάν τε καὶ ἀμφιλαφῆ οὖσαν, καὶ τὸ ὄρος ὃ ταύτῃ ἀνέχει καταθεῖν τε ἀδεέστερον τοὺς ᾠκημένους ἀμφὶ τὰ ἐκείνῃ χωρία Ῥωμαίους. κ. τ. λ.*" Ex hoc Procopii loco facile probari potest Reichardum, qui *Tharrana* Tab. Peut. XI. D eumdem locum esse coniecit cum Procopii *Thannurio maiori*, cum anno 1818. tabulam geogr. Asiae Minoris, Syriae, Mesopotamiae et c. ederet, de situ eius loci longe errasse: nam *Thannurium Maius* non procul a Resaina, neque longe a fontibus Chaborrae abfuit, Reichardus autem proximius fecit ad Circesium, quam ad Resainam, quamvis et in Tab. Peut. l. c. ita est: „Tharrana. XVIII. Hostra. XII. Edessa." Silentio praetereundum non est, et inter Mesopotamiae castella (cf. pict. seq. cap. et §. I. A, ✝. 8.) „*Thannuri*" esse, alterum in dextra, alterum in laeva Chaborrae ripa conditum fuisse existimem. — De *Horoba* supra not. 12. dixi.

35) *Getulorum* 𝔄𝔩𝔞𝔢, *Gettulorum* 𝔈. ALA PRIMA FLAVIA GAETVLORVM memoratur in inscr. ap. Orell. n. 3398. ex Gruter. p. 1108. n. 5. et COH. VII. LVSITAN. ET NATION. GETVLIC. ARSEN. ap. Eumd. p. 382. n. 6. — *Gaetulos*, Africae ferocissimos equitatuque celebratissimos populos, a Mauritania Caesariensi usque ad Syrtes Aethiopasque sedisse sive vagatos potius esse referunt veteres scriptores.

36) *Thilla amana (s. aniana)* 𝔈, *Thillaamanae* 𝔈𝔡𝔦𝔱𝔦. Suspicor esse *Aniana* Ptol. V. 18., quam civitatem ad Euphratem ponit inter Porsicam ac Barsampsam sive Barsanam, ut

in cod. Coislin. est. D'Anvillius *Aniana* fere XX M. P. infra *Birtha* ad Euphratem collocat. Cf. Cellar. II. p. 606. §. 4. De nomine *Thilla* cf. not. 13. Si recte coniecimus, aut *Thilla-Aniana* in loco nostro reponendum, aut *Amana* apud Ptolemaeum legendum erit.

37) *Eufratensi* 𝔇, *Euphratensis* 𝔢𝔢.

38) *Marathae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Pancirolus annotavit: „De h. l. Metaphra. in 5. Daniele Stylite.“ Sed Metaphrastam de *Maratho* Phoeniciae ad mediterraneum mare loqui suspicor; librum ad manus non habeo. De *Maratha* sive *Marathis* (*Manatha?*) huius loci nihil legi.

39) Cf. ad cap. XXIX. not. 66.

40) Pancirolus: „*Duodecimum* loci nomen esse puto, posset intelligi post alias XI alas hanc duodecimo loco institutam, nisi ipsa prima nuncuparetur, et nomen oppidi, ubi degebat, non deesset. *Salutariam* urbem esse in Syria supra vidimus.“ Supra verbum *Constituta* idem scriptor pro nomine oppidi sumpsit. cf. ad cap. XXIX. not. 40. — Utrum haec ala ab Edessa, an ab alia Osrhoenae civitate, aut ab Euphrate duodecimo miliario constituta fuerit, non ita facile quis dixerit.

41) Cf. notam praecedentem.

42) *Offitium* 𝔈.

43) *ſcola* 𝔇𝔈.

44) *Agentium* 𝔢[3,4,6,7].

45) *offitiales* 𝔈.

46) *osrhoene* 𝔈.

47) Numerum *V* non habet 𝔈; totum autem versum pro suo more omiserunt 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦.

CAPUT XXXIV.


a) *Meſopotanes* 𝔈. *cum insignibus* addunt 𝔢𝔢. — De finibus Mesopotamicis Armeniaeque atque Osrhoenae non praetermittendus est Procop. bell. Pers. I. 17. (p. 85. ed. Bonn.),

ubi habet: „. . ἣ δὴ [χώρα] αὐτοῦ [τοῦ Εὐφράτου] τε μέση καὶ Τίγριδός ἐστι, Μεσοποταμία, ὡς τὸ εἰκός, ὀνομάζεται· μοῖρα μέντοι αὐτῆς οὐ τούτῳ μόνον τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τισὶν ἐπικαλεῖται. ἥ τε γὰρ ἄχρις Ἀμίδης πόλεως Ἀρμενία πρὸς ἐνίων ὠνόμασται· Ἔδεσά τε ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὴν χωρίοις Ὀσροηνή τε Ὀσρόου ἐπώνυμός ἐστιν κ. τ. λ." Cf. Strab. XI. p. 526. i. f. (p. 798. ed. Almelov.)

Ad tabulam (pag. 92.):

a) De notis mandatorum libro inscriptis cf. ad cap. XXXIII. not. a.

Volumen iuxta eum librum, vacuum in ceteris, in 𝔄 ita habet:



In 𝔄 scriptum est TYGRIS, ubi cum ceteris *Tigris* scripsimus.

g) *Cōstātina* 𝔄, *Constantīa* 𝔇𝔢[1...4].

h) *Charta* 𝔈.

l) *Thilbisme* (*m* pro *in*)? 𝔄𝔇, *Thilbisina* 𝔈.

o) *Thamūm* 𝔄.

Castellorum inscriptiones, quas haec tabula exhibet, vel si recte nomina *Amida* ac *Constantina* bis posita sunt, in eo tamen a ceteris differunt, quod nonnullorum castellorum, ubi de minori laterculo emissae alae (cf. B, ††. 1 ... 3.) praesidio fuerunt, nomina exhibentur. Sed vereor ut iustas nominum formas seriemque tabula picta, ut nunc se habet, exhibeat; ita castellum, cui *Thannuri* inscriptum legitur, postremum esse non debebat. equidem autem nihil mutare ausus sum.

---

1) *Illiriciani* 𝔇. Cf. ad cap. IV. not. 20.

2) Io. Malal. chronogr. XI. (p. 274. ed. Bonn.): „Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς [Traianus] ἐποίησε καὶ τὴν Ἄμιδαν μητρόπολιν, καλέσας ἐπαρχίαν Μεσοποταμίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ Ὀσδροηνῆς, δοὺς καὶ ἄρχοντα αὐτῇ καὶ δίκαιον μητροπόλεως." Amidam πόλιν ἐχυρὰν τῆς μέσης τῶν ποταμῶν nominat Euagr. H. E. III. 37. eamque solam Mesopotamicam

urbem habet Hierocl. p. 715. De ea imprimis videndus est Amm. Marc. XVIII. 9.: „Hanc civitatem olim perquam brevem Caesar etiam tum Constantius, ut accolae suffugium possint habere tutissimum, eo tempore, quo Antoninupolim, oppidum aliud, struxit, turribus circumdedit amplis et moenibus, locatoque ibi conditorio muralium tormentorum fecit hostibus formidatam suoque nomine voluit appellari. Et a latere quidem australi geniculato Tigridis meatu subluitur propius emergentis; qua euri opponitur flatibus, Mesopotamiae plana despectat, unde aquiloni obnoxia est, Nymphaeo amni vicina, verticibus Taurinis umbratur, gentes Transtigritanas dirimentibus et Armeniam . . . . Cuius oppidi praesidio erat semper Quinta Parthica legio destinata cum Indigenarum turma non contemnenda . .“ Constantius anno imperii sui IV. urbem instauravit sec. Theophan.: „τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος οἰκοδομεῖ τειχίσας γενναίως.“ De situ Procop. de aed. III. 2. affirmat, *Amidam* a *Martyropoli* (hod. *Meïa-farekin*) paulo longius abfuisse, quam uno die decurrat vir expeditus. Cf. Interpp. ad Ammian. l. c. et XVIII. 6, 13. et 17. Utrum *Ammaea*, quam Ptol. V. 18. inter civitates in media regione inter Euphratem Tigridemque sitas recenset, idem locus atque Amida sit, quod Mannert. V. 2. p. 248. voluit, necne iam non disputo. Neque inquirere vacat, utrum recte necne D'Anvillius scripserit, vetus Amidae nomen *Carcathiocerta* (Plin. H. N. VI. 9. sect. 10.) fuisse. Strab. XI. p. 527. (p. 799. ed. Almelov.) „Βασίλειον δὲ τῆς Σωφηνῆς Καρκαθιόκερτα.“ Hodie urbs nomen habet *Diarbekir*, sive Turcice *Kara Amid* (= Nigra Amida) „propter arcem eius munitissimam, lapidibus nigris exstructam, in quos nec ferrum, nec ignis valet“, ait Abulfeda. Vid. Le Quien, Or. Christ. II. p. 989. d'Herbelot, bibl. orient. v. *Amed*; de situ cf. Iaubert, Voyage en Arménie p. 476. sq. et adiunctam tab. geogr. Vid. etiam Georgii I. p. 139.

3) Cf. ad cap. IV. not. 6.

4) Pro *Resainae sive*, quod dedimus, *Resam* (sive *Resain.*) habent ABD, *Resaui* C(?) editi, et *Resam* legere codi-

eem vetustum testatur Paneirolus. Supra (ad cap. XXXIII. not. 17. cf. not. 32.) *Resainam* a Theodosio imp. *Theodosiopolin* appellatam esse vidimus; itaque non dubitavi hoc quoque loco voculam *sive* adiicere, ut e. gr. Not. Occ. cap. XXXI. §. I. C, ††. 2. 5. cap. XXXIV. §. I. B. †. 9. scriptum est: nam ita ab initio librum nostrum habuisse putem „*Resain.* s. *Theodosiopoli.*“ possit etiam legi „*Resaina*eorum *Th.*“ sive „*Resaina*tium *Th.*“ Cf. Steph. Byz. l. supra cit. Nam „*Resainae* nune *Th.*“ minus placet, quod indicaret *Resainam Theodosiopolin*que diversas civitates fuisse, equitesque promotos Illyricianos olim Resainae, nunc Theodosiopoli in praesidio fuisse. Cf. etiam seq. not.

5) *Thodosiopoli* ℭ. Secundum D'Anvillium hodiernum Resainae s. Theodosiopoleos (τῆς παρὰ ποταμὸν Ἀβὀῤῥαν γῆς τῆς Ῥωμαίων προβεβλημένης, Proc. de Aed. II. 5.) nomen *Rasaïn* superest; sed dicitur etiam *Aïn-Verdeh.* Apud d'Herbelot. I. p. 140. legimus „*Ain Ouardah*, lieu de Mesopotamie où les gens du pays pretendent que Noë s'embarqua dans l'arche, un peu avant le deluge“, et III. p. 112. „*Ras-ala'in*, source de fontaine. C'est le nom d'une ville appellée vulgairement *Rassalina*, située dans la partie de Mesopotamie, appellée *Diarbekir* ou *Diarbekr*. Cette ville fut saccagée et détruite par Tamerlan, l'an 796. de l'Hegire.“ Cf. Niebuhr. II. p. 390. Veterum auctorum locos supra (ad cap. XXXIII. not. 17.) indicavimus.

6) Insolitum quidem, sed non inexauditum nomen. L. 29. §. 4. D. ad L. Aquil. IX. 2. Ulpianus inter gubernatorem et *ducatorem* navis distinguit atque hoc nomine *proretam*, qui Graecis πρωράτης s. πρωρεύς dicitur, significat; sed ibi *ductorem* habent Haloander et Vulg. Cf. Bynkershoek. Obss. IV. 17. In glossis Graeco-Latinis est „*Ducatores*, ἀγοί, ἡγεμόνες, προηγούμενοι“, et Tertullianus etiam atque Augustinus hoc nomen usurpant. Apud Apuleium (ed. Bip. II. p. 177.), ut alia eiusmodi nomina non pauca, etiam *ducatrix* legitur. Du Cang. v. *Ducator* annotat: δουκάτορες, viae duces, ap. Leon. in Tacticis cap. 8. Pancirolus scribit „*Ducatores* dicti a *ducatu*, sub quo forte erant educati aut illi diu servierant. *ducatus*

enim est ipsius Ducis dignitas . . . sed generaliter pro qualibet militum praefectura ponitur et praefecti *Ductores* vocantur."

7) Hunc versum corruptum esse non dubium est mihi, putemque pro hoc iterato nomine *Ducatores* olim *Contra* scriptum fuisse, ut castellum in sinistra Tigridis ripa e regione Amidae situm significetur. legerim itaque: *Equites Primi Illyriciani Ducatores Contra - Amidae.* Sed cum Apadnense praesidium, item Constantinense, si picturarum inscriptionibus fides habenda est, exciderunt (cf. nott. 13. 14.), fortasse legeris: *Equites Ducatores Illyriciani Apadna,* | Equites *Primi Ducatores Amidae*, sive simile quidpiam auxilium adhibere malis, cui equidem non repugnabo.

8) Cf. nott. 2. 7.

9) *foelices* B.

10) *honoria* C. Cf. ad cap. IV. not. 55.

11) *illiriciani* D, *illy|ritiani* C. Cf. not. 1.

12) *Constantinae* C(?) editi. Pancirolus de Amida ex Ammiano (cf. not. 2.) intellegi vult. Cellarius (II. p. 606. §. 7.) de Nicephorio (cf. ad cap. XXXIII. not. 6.) „posteriori aevo" ait „nomen mutavit, *Constantina* dicta sec. Steph. [Byz. v. *Νικηφόριον, οὕτως ἡ Κωνσταντίνα, ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις..*"] aut *Constantia*, *Κωνστάντεια*, sec. Suidam" [, qui de hoc quoque nomine Stephanum auctorem secutus est]. *Maximianopolim*, Osrhoenae urbem, iterum terrae motu dirutam, ab imp. Constantino instauratam et a nomine suo *Constantinam* vocatam esse relatum est ap. Malal. Chronogr. lib. XIII. (ed. Bonn. p. 323.), cf. eumd. lib. XII. (ed. Bonn. p. 312.). Cellarii opinionem etiam Wesselingius ad Hierocl. p. 714. v. *Κωνσταντία*] defendit. sed iam Thomas de Pinedo Stephanum „sine auctore" loquentem increpat, Mannertusque (V. 2. p. 303. not. q) apertum errorem a Stephano commissum esse affirmat. Equidem non negaverim Nicephorii nomen ornans eam quoque civitatem gessisse, quam Constantinus aut Constantius sibi cognominem fecit, modo ne haec, quod a nonnullis, e. gr. a Le Quien, Or. Christ. II. p. 967., a Wesselingio aliisque

fieri video, cum Nicephorio ad Billichae fl. ostia confundatur. De *Constantina* nostra Amm. Marc. XVIII. 7, 9. oppidum fuisse refert centesimo a Bebasa villa lapide disparatum, ibique sedem habuisse Ducem Mesopotamiae, antequam Darae ea constitueretur, atque iterum post pacem cum Chosroë initam, ut Procopius (bell. Pers. I. 22.) auctor est. Idem (de Aed. II. 5.) de castelli ante Iustinianum infirmitate et loci siccitate, ab Ammiano quoque memorata, refert Nicephorio ad Euphratem sito minime convenientia. Iam Valesium et Wesselingium, summos viros, audiamus: ille ad Amm. l. c. haec annotavit, *Constantinam*, scripturam cod. Florent. [et Colbert.] scripturae *Constantiam* longe praeferendam esse. „Est enim *Constantina* oppidum Mesopotamiae in Osdroene situm haud procul ab Euphrate supra Carras, ut testis est Procopius Pers. II. [13.]." Tum Stephani locum, item Suidae Hieroclisque exhibet atque pergit „In excerptis quoque Procopii ap. Photium *Constantia* dicitur. sed in edd. Procopii perpetuo *Constantina* . . . nominatur. Praeterea in Not. Imp. . . . *Constantia* ponitur et apud Menandrum Protect. hist. II. 8. [ed. Bonn. p. 319. „. . Κωνςαντίναν πόλιν, τὴν μεταξὺ τῶν ποταμῶν . . ." p. 421.: „. . Μονόκαρτον, ἐν ἀγχιθύρῳ Κωνςαντίνης τῆς πόλεως . . ." p. 423.: „. . τὰ πρὸ Κωνςαντίνης πεδία . ." Cf. Theophylact. Simocatt. hist. II. 1. 2. 4. III. 15. 18. IV. 14. 15. V. 2.]. Postremo Euagr. H. E. lib. I. Sophronium memorat Κωνςαντιναίων Episcopum et c." Cf. Le Quien. l. c. Wesselingius ad Hieroclem, qui *Constantiam* inter Edessam Theodosiopolimque Osrhoenae civitatibus adscriptam habet, haec annotavit: „Κωνςαντίνη aliis, Suidae Κωνςάντεια, cuius episcopus Sophronius est [cf. Le Quien l. c.] . . Olim *Nicephorium* dicebatur, Stephano teste, Syris autem *Tela*, quod utrumque nomen mutavit Constantii imp. iussu, quemadmodum Chron. Edessen. Bibl. Or. I. p. 395. refert: quod vero a Chronici auctore additur, *quae olim* Antipolis *dicebatur*, non mihi satis rectum videtur: succurrit Ammianus XVIII. 9., ubi Amidam et Antoninupolin, prorsus ut scriptor Edessenus, eodem tem-

pore a Constantio instauratas fuisse memorat. Male itaque cl. Assemannus . . . reprehendit Cellarium, qui . . . *Nicephorium* a *Constantina* nihil differre recte adfirmaverat. Aberat ad occasum Nisibis et septentrionem Amidae stadiis LVI., si quae fides Theophani Chronogr. p. 124.; quae sane, nisi culpa recidat in librarios, exigua esse debet: longius enim intervallum inter eas urbes interiectum fuisse Peut. Tab. [?] vetat dubitare. Vid. etiam Procop. de aed. II. 5." Ex loco Ammiani supra (not. 2.) recitato et ex chron. Edesseno, de quo Wesselingium modo audivimus, Mannertus (V. 2. p. 303.) „*Constantiae* s. *Constantinae* antiquius nomen *Antoninupolin* fuisse" affirmavit, cumque Reichardus in tab. geogr. Asiae Minoris et c. secutus est. Ceterum conferenda sunt quae de situ Constantinae Mannertus l. c. p. 304. sq. monuit. D'Anvillius ad montem Masium habet „Tel Kiuran: *Tela* sive *Constantia*." Cf. Brunsii Handb. der alten Erdbeschr. III. p. 142. (ed. II. Norimb. 1800. 8°.). Ex his itaque de *Constantina* a Nicephorio diversa civitate satis constabit; *Tela* civitas aut Constantinae aut Constantiae (fortasse etiam promiscue utrumque) nomen gessit, una tantum civitas fuit. Le Quien (Or. Christ. II. p. 1006.) inter Constantiam Mesopotamiae et Constantinam Osrhoenae (Or. Christ. II. p. 967.) distinguendum esse monet; nam hanc civitatem *Nicephorium* esse opinatur scriptor; illud vero Mesopotamicum oppidum *Constantia* idem est atque quod aliis *Constantina* nominatur.

13) Versum excidisse pictum castellum cum inscriptione *Apadna* demonstrat. Cf. not. 7. De hoc castello prope Amidam sito supra (ad cap. XXXIII. not. 21.), ubi de *Apatna* (vel *Apatnis?*) Osrhoenae disputavimus, satis expositum est. Omnino displicet Panciroli opinio „. . Apadna nullum militem habet, quod sub Ducis superioris [Osrhoenae, cf. ad cap. XXXIII. not. 21. cit.] tutela esset."

14) Cf. de loco not. 12. i. f. et de versus omissione not. 13.

15) Pancirolus putat hos fuisse *Arabanenses*, Arabiae

Felicis populum, qui Ptolemaeo [VI. 7.] sunt *Arabanitae.* Sed nemo facile crediderit Arabiae Felicis populum in Mesopotamia nomen ***Indigenarum*** gessisse, ne dicam de incertitudine scripturae *Arabanitae* apud Ptol. l. c., ubi alii *Rhabanitae* habent. Propius fuerit, nomen illud de Cataonibus, quibus *Aravenensibus* nomen inditum fuit, intellegere, qui in Commagena sive Eufratensi sedes habuerunt. sed putaverim *Acrabanenses* legendum esse: *Acraba* oppidum Mesopotamiae fuit ad Chaboram fl., non longe infra Resainam; memoratur etiam Ptol. V. 18. i. f. Sec. D'Anvill. hodie *Aaraban* nomen habet. — De *Oraba* atque *Horoba*, quae nomina fortasse ad h. l. trahenda esse putes, supra (ad cap. XXXIII. nott. 12. 34.) exposuimus.

16) Ita 𝔄𝔅𝔇, *Mesanacharte* 𝔈. *Carthae* (omiss. nom. *Mefana*) 𝔢𝔡iti. sed Pancirolus annotavit „In manuscriptis est *Mephana Cartha.*" „Mepha" addit „est metropolis in Arabia Felici." Itaque nihil ad hunc locum. De *Carthara* Ptol. V. 18. fortasse h. l. intellegendum esse opinatus est Cellar. II. p. 614. §. 24. eumque secuti sunt Bischoff. et Moeller. p. 262. Cum Ammiani (XVIII. 10, 1. XXV. 6, 8.) *Charcha* Pancirolus „antiquum oppidum *Carras*" (Amm. XXIII. 3, 1. cf. XVIII. 7, 3.) confundit, cuius posterioris civitatis praeter Zosimum (III. 13. „ἡ δὲ πόλις διορίζει Ῥωμαίους καὶ Ἀσσυρίους") et S. Hieronym. (Onomast. v. *Charran*) ceterosque a Pancirolo nominatos auctores permulti alii meminerunt, e. gr. Plin. H. N. V. 24. sect. 21. Ptol. V. 18. It. Ant. p. 192. Hierocl. p. 714. Tab. Peut. X. D, et qui laudantur ab Interprr. ad ll. cc. atque Cellar. II. p. 614. §. 25. Le Quien Or. Christ. II. p. 974. sq. Mannert. V. 2. p. 282. Bischoff. et Moeller. l. c. Georgii I. p. 164. Carrarum vetus nomen in hodierno *Haran* superest. Sed hic de alia civitate, quam Osrhoenis Carris sermo est, atque nomen quidem urbis in *Mefana* (sive *Mesana?*) quaerendum esse videtur: nam, „Κέρτα, πόλις, ὑπὸ Ἀρμενίων" habet Hesychius, atque, ut Bocharti (Geogr. sacr. II. cap. 10.) verba mea faciam, *Cartha* Poenorum lingua *urbs* est in genere, ut

apud Armenos *Certa.* et paulo infra idem „*Kartha*" inquit „in genere urbem sonat [Punice]. parum inflexa voce Armeni, Medi et Parthi *Certa*; unde *Dadocerta, Carcathiocerta, Arcesicerta, Tigranocerta*", *Vologesocerta, Artagicerta,* etc. Atque idem de Tigranocertis Steph. Byz. Quadrati testimonio confirmat „Τιγρανόκερτα (τά) . . . τὸ δ' ἐςὶ τῇ Πάρθυαίων φωνῇ Τιγράνου πόλις." Fuerit igitur castellum, de quo quaerimus, ex insignioribus Mesopotamiae oppidis, cum *urbis* nomine praecipue ornaretur. Neque magni facio quod in picti castelli inscriptione solum nomen *Cartha* legitur. *Cartha* paulo post (B, ✝. 1.) iterum nominatur, sed neque constat utrumque nomen ad idem castellum referendum esse, neque *Charcha*, τὸ Χαρχάς, de quo Amm. ll. citt. et Theophyl. Simoc. V. 1. 13. habent, idem esse atque *Cartha*, de quo paulo post sermo erit. sed hoc verius esse crediderim, ut crediderunt Vales. ad Amm. XVIII. 10, 1. Mannert. V. 2. p. 302., qui hodiernum castellum *Gargar* provinciae Amidae, de quo Assemann. II. p. 369., eumdem locum esse coniecit, quem ita descripsit Theophylactus: „κώμη δ' αὕτη παμφορωτάτη ὁμοῦ καὶ πολύανδρος." Fortasse Tab. Peut. XI. E huc pertinet „Ressaina. XXXVI. Rene. XXVIII. *Macharta.* XXIIII. Nisibi."

17) *Pauenses* €. Pancirolus: „Indigenae *Paphenses*, a *Papho*, Cypri oppido, ubi diu morati fuerant [?]. sed scribendum esset *Paphienses.*" In Mesopotamia versamur. magis itaque placet scriptura *Safenses;* a *Sapha*, oppido ad Tigridem infra Castrum Cepha sito, quod sec. d'Anvill. hodieque nomen *Safa* retinet, denominatos esse putem. Cf. Ptol. V. 18., ubi Σαφῇ editum est, Σάπφη ms. Coislin. habet, et Plutarch. Lucull. c. 22. i. f. Tab. Peut. XI. E, „*Sapham*". Minus recte, opinor, Mannertus V. 2. p. 307. hanc *Sapham* cum *Bezabda* (cf. B, ✝. 5.) confundit.

18) *Afsarae* €diti. Neque cum Pancirolo de Steph. Byz. *Asseris* (cf. v. Ἄσσηρα, τά), Chalcidicae oppido, neque de *Auzara (s. Auzaris)* ad Euphratem sita civitate a Ptol. V. 19. recensita, cogitare licet; ceterum de *Assara* s. *Assaris* Meso-

potamiae nihil comperi. *Σαυρὰς* Procopio (ad cap. XXXIII. not. 8. transcr.) inter castella est, quae regionem ab Amida Daram usque tuebantur, atque ex quibus *Κίφας* quoque et *Ῥιπάλθας* (cf. nott. 26. et 31.) fuerunt. *Sisara* cum *Castris Maurorum* (*Mororum* = Arabice *Kaphartuta?*) Amm. Marc. XVIII. 6, 9. inter collimitia Amidae recenset. Haec *Sisara* cum *Saura* Procopii fortasse eadem sunt. minus mihi dubium superest, quin *Assara* nostra a *Sisaris* Ammiani diversa non sint.

19) *Thilbithenses* ε[2,3,4,6,7]. Pancirolus „*Thilbin* in Albania collocat Ptolemaeus; sed hi a loco Mesopotamiae, ubi morabantur, sunt nominati." Hos *Thibithenses* a *Thebitha* (vel *Thebithis?*) nomen gessisse non dubito. Steph. Byz. „*Θεβηθά* [all. *Θεβιθά*], *φρούριον Μεσοποταμίας* . ." Tab. Peut. XI. E „Nisibi. XXXIII. *Thebeta*. XVIIII. Baba. XXXIII. Singara." Idem fortasse est castellum *Thebothum* [*τὸ Θεβοθών*], non longe a Dara situm sec. Theophylact. Simoc. III. 10.

20) *Thilbisine* 𝔄𝔅𝔈, *Thilbifme* (= *Thilbifine*) 𝔇. Nomen corruptum atque *Thibithis* scribendum esse putem. cf. not. 19. De *Thilsaphatis* (Amm. Marc. XXV. 8, 16.), quae sec. D'Anvill. *Tellaafar* hodie appellantur, non tam situs, quam soni nominis diversitas, quae tamen cuius momenti sit nescio, cogitare velet.

21) De *Thannuri* cf. ad cap. XXXIII. not. 34.

22) *Praefecturae* omnes. Cf. ad cap. XXXV. not. 3.

23) *parthicae nisibene* 𝔄, *Parthicaeni Sibenae* 𝔅, *Parthicae nisilene* 𝔇, *Parthiceñsibene* 𝔈. Nomen *Nisibenae*, quod ad legionem I. Parthicam pertinet, ad civitatem Constantinam perperam traxit Pancirolus. Amm. Marc. XX. 6, 8. „Tuebantur autem hanc civitatem [*Singaram*] legiones duae, Prima Flavia Primaque Parthica et Indigenae plures cum Auxilio Equitum." Et Dio Cass. LV. 24. Severum Parthicas Primam et Tertiam in Mesopotamia, Secundamque mediam (cf. not. 25.) in Italia constituisse testatur. *Nisibis* s. *Nasibis* (cf. Steph. Byz. v. *Νίσιβις*) s. *Nesibis*, hodie *Nizibin* sec. Iaubert., *Nesbin* sec. D'Anvill. dicitur. De nominibus *Achar* s. *Achad* et

Zoba atque *Sibapoli* cf. Brunsii Handb. der alten Erdbeschr. tom. III. p. 144. sq. (ed. II. Norimb. 1800.) ibique nominatos scriptores. Apud Strabon. XVI. p. 747. (p. 1083. ed Almel.) *Ἀντιόχεια ἡ ἐν τῇ Μυγδονίᾳ, ὑπὸ τῷ Μασίῳ ὄρει κειμένη* dicitur. cf. Plutarch. in Lucull. et quod *ἡ πρὸς τῷ Μυγδονίῳ Ἀντιόχεια* dicebatur, antequam a Persis caperetur ac *Nisibis* nomen acciperet, etiam Ioan. Lyd. de magg. III. 34. rettulit. Innumeris aliis veterum auctorum locis haec urbs, quae cum aliis, inter quas etiam *Singara*, Persis post Iuliani mortem a Ioviano tradita est (cf. Amm. Marc. XXV. 6. sqq. Zosim. III. 31.), memoratur. Vid. Spanhem. de praest. et usu numism. tom. I. Londin. 1706. fol. p. 605. sqq. Cellar. II. p. 622. sq. §. 35. Bruns. l. c. Mannert. V. 2. p. 295. sqq. Georgii I. p. 165. sq.

24) *Constantinae* 𝕮(?) 𝖊𝖉𝖎𝖙𝖎. Cf. supra not. 12.

25) Quae de *Secunda* Parthica legione Dio Cassius refert (cf. not. 23.) iam ante nostri libri tempora immutata erant: nam ad ann. CCCLX. Ammianus Marc. XX. 7, 1. ad *Bezabdae* „tutelam" ait „tres legiones sunt deputatae, Secunda Flavia, Secundaque Armeniaca et *Parthica* itidem *Secunda* cum Sagittariis pluribus Zabdicenis, in quorum solo tunc nobis obtemperantium hoc est municipium positum." Cf. B, ✝. 5.

26] *Cephae* 𝖊𝖉𝖎𝖙𝖎. *Κίφας* Procop. de aedif. II. 4. (cf. ad cap. XXXIII. not. 8.), ad dextram Tigridis ripam, inter Amidam (cf. not. 2.) Saphamque (cf. not. 17.) situm castrum, hod. *Hesn-Keïfa* dictum. Cf. Bruns. ad D'Anvill. (p. 107. 137.) et Iauberti Voyage en Arménie p. 76. cum adiuncta tab. geogr. item Hassel. p. 307. v. *Hosnkeif.* Reichardus perperam „*Ciphas (Sita T. P.)*"; nam *Sitae* Tab. Peut. XI. A in sinistra Tigridis ripa ad h. l. non pertinent. *Cepha castrum* etiam in conciliorum subscriptionibus occurrit. cf. Harduin. Coll. concilior. II. p. 373. C, Le Quien, Or. Christ. II. p. 1006., qui in Graeca notitia eccl. *Κάστρον Ῥισκήφας* nominari annotavit. *Cepha* Syriace *rupem, petram* significare memini me legere.

27) *Et* omisit 𝕬.

28) Cf. cap. XXV. §. I. C, ✝. 2.

29) *Carthae* E(?,d, *Chartae* ccff. *Charcha* Amminiani, *Χαρχάς* Theophylacti? Cf. not. 16. i. f.

30) Cf. cap. XXVIII. §. I. B, †. 9. et cap. XXXI. §. I. B, †. 3.

31) *Ripaltae* E(?) editi. *Ῥιπάλθας* Procopio de aed. inter castella regionem inter Rhabdium Daramque et Amidam defendentia est. cf. ad cap. XXXIII. not. 8. Ceterum a nullo alio scriptore, quem sciam, memoratur, et sine teste scripsit Pancirolus „Ripalthae cis Eufratem.“ De nomine Wesselingius ad It. Ant. p. 244. „Nominis causa“ inquit „est in aperto, repetita a loci situ, qui cum et alibi consimilis esse possit, mirandum non est in Gallia, Brittannia, atque aliis in provinciis loca itidem ab *alta ripa* appellari.“

32) *Cordueni*, qui et *Cardueni* scribuntur (cf. Not. Occ. cap. VI. §. I. B, †. 30. cap. VII. †. ult.), *Gordyaei*, *Gordeni* (cf. Ptol. V. 13.) *Carduchi*, a Traiano occupati (Eutrop. VIII. 3.), hodierni *Kurdistan* populi, *Curdi* hodie nominantur. Saepissime etiam a scriptoribus hist. Byz. memorantur. Plin. H. N. VI. c. 15. sect. 17. „Adiabenis connectuntur *Carduchi* quondam dicti, nunc *Cardueni*, praefluente Tigri.“ Cf. Xenoph. Anab. IV. 1. et passim, item Diodor. passim, Strab. XVI. p. 747. (ed. Almelov. p. 1083.) „. . *τῶν Παρθυαίων, . . οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον* . .“ Iidem paulo post *Γορδυαῖοι* ab eodem nominantur. *Corduena* inter quinque regiones Transtigritanas fuit. cf. supra ad cap. VI. §. I. D, †. 10. not. 40. Provinciae caput fuit *Tigranocerta* (hod. *Sert* s. *Sered*, i. e. urbs. cf. not. 16.). cf. Bocharti geogr. sacr. I. c. 3. (col. 17. sqq. ed. III. Opp. L. B. 1692. fol.), Cellar. II. 324. 327. Bruns. III. p. 104. Iaubert, Voyage en Arménie p. 77. 257. Mannert. V. 2. p. 223. sq. Georgii I. p. 137.

33) Ita omnes, nisi forte *Cami* scripti codices habent. Nisi, quod verum esse puto, unde *Cainis* vel *Caenis* legerim, *Caenae* sunt Xenophontis (de exp. Cyri II. 4, 28. „*ἐν δὲ τῷ πρώτῳ σταθμῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ [Τίγρητος] πόλις ᾤκειτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, ὄνομα Καιναί*“), quas fortasse cum

Sinna, a Ptol. V. 18. inter Zamam Gorbathamque recensita, idem oppidum fuisse coniecerunt (cf. Mannert. V. 2. p. 333.), nostrum castellum ubi situm fuerit nescio. Σκηνὰς Strabonis XVI. p. 748. (ed. Almelov. p. 1085.), a Seleucia ad Tigrim octodecim schoenos distantes, cum his Caenis eamdem fuisse civitatem, numerumque apud Strabonem perperam a librariis descriptum minoremque redditum esse sumpsit Brunsius tom. III. p. 138. *Caenarum* hodiernum nomen *Senn* est sec. D'Anvill. recentioresque geographos.

34) *Cohortes* 𝕮.

35) Omnino *Quingenaria* s. *Quingentaria* legendum est, ut supra ad cap. XXIX. not. 47. ostendimus. Panciroli commentarius hunc versum praeteriit.

36) *Bethallahae* 𝕮(?) ebiti. Crediderim hunc locum esse, qui Tab. Peut. XI. E *Thallaba* dicitur: „Edessa. XXVI. Charra. XXVII. Fons Scabore. XLIIII. Birrali. XXVIII. Thallaba. XXVIII. Thubida. XVIII. Lacus Beberaci.“ Syllabam *Beth*, i. e. *domus*, multis urbium nominibus praepositam iam habuimus. Sec. D'Anvill. hodieque nomen *Thalaban* superest, locusque ad sinistram Chaborrae (*Khabour*) fl. ripam infra Theodosiopolin (cf. not. 5.) situs est.

37) *Valeriae* omnes, ut in fine nominum *e* et *a* permultis locis permutaverunt librarii; vide seq. not. et cf. ad cap. XXVIII. not. 75.

38) Pancirolus de *Zabidinis*, ex *Zabida* oriundis, vico in mediterraneis Arabiae Felicis (cf. Steph. Byz. v. Ζάβιδα), in quam infeliciter evagari solet, fabulatus est, quamvis Ammianum Zosimumque recte allegaverit. A *Zabda* vel *Bezabda* (*Bethzabda*) *Zabdenorum* populus, Βαβδικηνῶν ἔθνος (Zosim. III. 31.), nomen accepit. Cf. ad cap. VI. not. 40. Amm. Marc. XX. 7, 1. „. . *Bezabden*, quam *Phoenicam* quoque institutores veteres appellarunt, . . . munimentum impendio validum, in colle mediocriter edito positum vergensque in margines Tigridis, atque ubi loca suspecta sunt et humilia, duplici muro vallatum: ad cuius tutelam“ rell. cf. not. 25. Hieronym. Chron.

ad a. XI. Constantii: „*Bizabda* et Amida captae sunt.“ *Zabdeni* quidem sive *Zabdiceni* (in provincia Zabdicena ad utramque Tigridis ripam sedentes) cum castellis suis a Romanis sub Ioviano imp. dicioni Persarum traditi sunt anno p. Chr. CCCLXIII. (cf. not. 40. cit.); sed hoc non impediebat, quo minus Zabdicenorum cohors etiam postea inter Romanum exercitum esset, quod Mannerto (V. 2. p. 306.) difficile explicatu esse visum est. *Valeria* (nam ita, non *Valeriae*, aperte h. l. legendum est: cf. not. 37.) *Zabdenorum* haec cohors XIV. nominari potuit, aut quia non ita longe ante tempora libri nostri conscripti ex Zabdicenis constiterat, aut quia Zabdicenae contra Persas defendendae destinata fuerat. Scripturam *Valeriae* siquis retinendam esse censeret, ad nomen *Zabdenorum* referre et de oppido Zabdenorum, quasi *Valeria Zabdenorum* appellata fuisset, accipere deberet, ut significaretur Cohortem XIV., antequam Maiocariren ea transponeretur, Valeriae Zabd., i. e. Bezabdae, stativa habuisse. quod non ferendum est. Ceterum in eo quoque Mannertus (V. 2. p. 307.) erravit, quod Bezabden cum Ptolemaei *Sappha* (cf. not. 17.) confudit. Bezabdae, cuius episcopi et archiepiscopus in conciliorum subscriptionibus memorantur (cf. Le Quien, Or. Christ. II. p. 1003.) hodiernum nomen est *Dschezireh s. Dsjesireh;* Syriace *Gazarta Zabdaea*, *Beth Cardu*, *Gazarta Cardu* sive *Cardoa*, Arabice etiam *Bakerda* appellatur. Vid. Cellar. II. p. 623. §. 37. Bruns. III. p. 137. Iaubert. p. 76. 121. 467. et adiect. tab. geogr. Mannert. I. c. Georgii I. p. 166.

39) Amm. Marc. XVIII. 6, 16. „. . cum ad nemorosum quemdam locum, vineis arbustisque pomiferis consitum, *Meiacarire* nomine, venissemus, cui fontes dedere vocabulum gelidi . .“ Id. XVIII. 10, 1. „. . . rex . . a Bebase loco itinere flexo dextrorsus per Horren et *Meiacariren* [*Meiacarire* edidit Wagner.] et Charcha [cf. nott. 16. i. f. 29.], ut transiturus Amidam, cum prope castella Romana venisset, quorum unum Reman, alterum Busan appellatur . .“ Theophylact. Simoc. I. 13. (p. 59. ed. Bonn.) „. . ἐπύθετο Καρδαριγὰν τοῦ ὄρους

τοῦ Ἰζαλὰ ἐπιβῆσεσθαι μέλλειν διὰ τῶν ἐχυρωμάτων τῶν Μαϊακαριρί." Reichardus in tab. geogr. Asiae Minoris et c. Norimb. a. 1818. edita *Meiacarire* X M. P. a Tigranocertis aquilonem versus, prope Colchana collocavit; vereor ne minus recte, ut Theophylacti locus ostendit. Locus a sinistro Tigridis non fuit. Cf. sis etiam Mannert. V. 2. p. 302.

40) *Offitium* 𝔈.

41) *fcola* 𝔇𝔈.

42) *Agentium* 𝔠[3,4,6,7].

43) *Offitiales* 𝔈.

44) *Mesopotamie* (omisso seq. numero VIII.) 𝔈.


45) Evectionum indicationem 𝔢diti non habent.

CAPUT XXXV.

α) *Armenie* 𝔈. *cum insignibus.* add. 𝔠𝔠. — De duce utriusque Armeniae sermo est Leonis et Zenonis impp. L. 10. i. f. C. de div. off. XII. 60. Cf. ad cap. I. nott. 140. 141. et ad cap. XXXIV. not. α, et vide de nova quattuor Armeniarum descriptione, breviter supra delineata, Iustiniani Nov. XXXI. Le Quien, Or. Christ. I. p. 440.

Ad tabulam (p. 95.):

De notis quae in mandatorum libro sunt vide ad cap. XXXIII. not. a. Volumen prope eum librum in 𝔄 ita habet:



in ceteris vacuum est.

a) *Sabu* 𝔈𝔠[6,7].

c) *Apollinaris* 𝔈.

e) *Avax.* 𝔡𝔠𝔠.

f) *Sÿlũanis* 𝔄.

g) *Trapezũnta* 𝔄, *Trapezunta* 𝔈.

1) *Sabu* editi; sed *Sabbu* mss. Oppidum in itinere „a Satala Melitenam per ripam" in occidentali Euphratis ripa situm fuit, a Dascusa XVI M. P. remotum, sec. It. Ant. p. 209., ubi *Sabus* legitur; XVIII. M. P. a Dascusa *Saba* est in Tab. Peut. X. C. Loci nomen sec. d'Anvill. hodieque *Sepou* est. Cf. Mannert. VI. 2. p. 306. sq. Iter a Satala Melitenam, quoniam compluribus huius cap. locis de eo sermo esse debebit, ex It. Ant. p. 207. sqq. hic describimus: „Satala. Suissa M. P. XVII. Arauracos. M. P. XVIII. Carsagis. M. P. XXIIII. Sinervas. M. P. XXVIII. Analiba. M. P. XXVIII. Zimara. M. P. XVI. Teucila. M. P. XVI. Sabus. M. P. XXVIII. Dascusa. M. P. XVI. Ciaca. M. P. XXXII. Melitena. M. P. XVIII."

2) *Domanae* C(?) editi. Ptol. V. 7. Sec. It. Ant. p. 217. in itinere a Trapezunte Satalam, XVIII M. P. ab hoc oppido disparata; consentit Tab. Peut. X. B. In eadem cum Sabu ripa Euphratis. Situs cum hod. vico *Ak-Deghiren* (cf. Iauberti tab. geogr. Armen.) fere convenit. Videsis Cellar. II. p. 335. §. 27. Mannert. VI. 2. p. 315. — Pancirolus de *Davana* Ammiani, quae omnino ad nostrum locum non pertinet (cf. ad cap. XXXIII. not. 8.), verba fecit.

3) *Praefecturae* omnes; nam *e* et *a* in scriptis codd. facile permutatae sunt, maxime in extremis vocum finibus. Ab initio in libro nostro, sive potius in cod. Spirensi eiusve parenti, modo *Praefectus*, modo *Praefectura* scriptum fuisse comparatio eorum versuum, in quibus hoc nomen occurrit, me docuit. Cf. e. gr. ad cap. XXIX. not. 22., ad cap. XXX. nott. 17. 21., ad cap. XXXI. nott. 19. 22., ad cap. XXXII. nott. 13. 23., ad cap. XXXIII. not. 18. et ad cap. XXXIV. not. 22., sequentem not. 7. cett.

4) *quindecimae* B. De Quintadecimanis vide etiam Taciti Ann. XV. 26.

5) *Apolinaris* B. Dio Cass. LV. 23. „. . τό,τε πεντεκαιδέκατον [στρατόπεδον], τὸ Ἀπολλώνειον, τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ [i. e. secundum ea, quae tempore libri nostri optinebant, *in Armenia Prima*]." Lapides etiam *Legionem XV. Apollina-*

rem saepissime celebrant: solus ad Gruterum factus index quattuordecim eiusmodi inscriptiones indicat, et Graecam repetiit Wesseling. ad It. Ant. p. 183. verba „*Satala. Leg. XV. Apollinaris.*“

6) *Satalae* 𝕰(?) *editi*. De situ in plano ad dextram Euphratis, multis collibus circum editis, et de munimentis ibi conditis cf. ll. not. 2. citt. atque It. Ant. p. 183. 206. sq. 216. et Procop. de aedif. III. 4. Variant in genere nominis scriptores: Dio Cass. LXVIII. 19. cf. 18. et Procop. l. c. *τὰ Σάταλα* habent, ut in conciliorum subscriptionibus genit. plur. *Σατάλων*, *Satalorum*, saepe legitur (cf. Le Quien, Or. Christ. I. p. 432. sq.); feminini generis nomen est apud Procop. bell. Pers. I. 15. (ed. Bonn. p. 75.), in It. Ant. pagg. 181. 207. 215. 216., et ap. Iustinian. Nov. XXXI. c. 1. pr.; *Σάταλα* Hierocl. p. 703. inter Armeniae I. urbes habet, et Steph. Byz. „*Σάταλα*, inquit, *πόλις Ἀρμενίας*“; in Novell. Theodos. II. lib. I. tit. 3. const. 3. §. 1. (ed. Berol. p. 1224.) „*Satalena civitas* Armeniae tractus, in ipso paene limitis aditu Persarum“ memoratur. Cf. Le Quien et Wesseling. ll. cc. Cellar. II. p. 334. §. 25. Mannert. V. 2. p. 313. sqq. Urbem cognomen *Apollinaris* habuisse error Bischoffii Moellerique (p. 897.) est. cf. not. 5. Iaubertus (p. 114. cf. tab. geogr. adiect.) post D'Anvillium docet hodiernum Satalorum nomen esse *Erz-Inghian*.

7) Dio Cass. not. 5. cit. „*τὸ δωδέκατον* [*στρατόπεδον*], *τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ* [cf. not. 5.], *τὸ Κεραυνοφόρον*.“ Xiphilin. ex cod. LXXI. 9. „. . *τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ Κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενον*“, et paulo post „*τάγμα ἦν τῷ Μάρκῳ* (*καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα*) *τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν*.“ Cf. Ioseph. bell. Iud. IV. 1, 3. Euseb. H. E. V. 5. hanc legionem a Melitena nomen habuisse refert, laudatque „*τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Μελιτηνῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας*.“ Cf.sis Salmas. Plin. exerc. p. 492. Procop. de aed. I. 7. „. . *οἳ* [i. e. sancti quadraginta, quorum reliquiae Iustinianum imp. ab aegritudine liberaverunt; scilicet si Procopio fidem habes] *στρατιῶται μὲν Ῥωμαῖοι*

ἐτύγχανον ὄντες, ἐν λεγεῶνι δὲ δυοκαιδεκάτῳ ἐτάττοιτο, ἢ ἐν πόλει Μελιτηνῇ τῆς Ἀρμενίας τὸ παλαιὸν ἵδρυτο." Id. de aed. III. 4. „. . ἐφ' οὗ [χωρίου, i. e. Militenae] δὴ λόχος Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἵδρυτο."

8) *fulminae* ABD, *Fulmineae* C(?) editi. FVLMINAT. (i. e. *Fulminatricis*), ut in inscriptionibus saepe offendimus (cf. Gruter. 547, 6. 567, 10. 1090, 13. Murator. 869, 1. 874, 4. Orell. 517. 3174.), olim librum nostrum habuisse palam est. Cf. not. 7. Perperam Reimarus ad Xiphilin l. c. litteras inscriptionis Gruter. 193, 3. LEG. XII. FVLM. resolvit „Legio XII. *Fulminea*"; debebat *Fulminatrix* scribere. De hac legione videndum esse, quem ad manus non habemus, Iablonsk. Opusc. IV. 3 ... 37. monet Forcellin. v. *Fulminatrix*, et Reimarus ad Xiphilin l. c. ad Dan. Larroquanum de leg. Fulminatrice lectores ablegat. Adde I. N. Hardtschmidt (praes. Ulr. Obrecht) exercit. acad. de legione fulminatrice M. Antonini Philos. imp. Argentorati a. 1677. 4.

9) *Melitenae* C(?) editi. Urbs nobilissima, post Traianum (Procop. de aed. III. 4.) Armeniae Minoris (Procop. bell. Pers. I. 17.) sive Secundae (Hierocl. p. 703.), quam Iustinianus imp. Tertiam fecit (Nov. XXXI. c. 1. §. 2.), caput, a multis scriptoribus celebratum. Utrum Strabo XI. p. 521. (p. 791. ed. Almelov.), de urbe, an de praefectura Melitena loquatur, disputant docti. Cf. Plin. H. N. VI. 3. sect. 3., quem locum repetiit Solin. polyhist. c. 45. („*Melitam*, a Semiramide conditam, haud procul Euphrate"); idem Plinius V. 24. sect. 20. „*Melitenen* Cappadociae" appellavit. Tac. Ann. XV. 26. Ptol. V. 7. Amm. Marc. XIX. 8, 12. XX. 11, 4. „*Melitinam* Armeniae Minoris oppidum" nominat. It. Ant. p. 177. 209. 211. 214. sq. Tab. Peut. X. C „*Melentenis*." Steph. Byz. v. Μελιτηνή („πόλις Καππαδοκίας." cf. not. 5.). Theophylact. Simoc. III. 14. (p. 145. ed. Bonn.). Cf. not. 7. Etiam in concilior. subscriptt. Melitenae episcopi multi memorantur, quos recenset Le Quien, Or. Christ. I. p. 439. sqq. Loci nomen hodieque *Malatia* est. Vid. d'Herbelot. II. p. 530. sq. v. *Malathie*, Iaubert. tab. geogr. cf. p. 475. Cellar. II. p. 299. §. 127. Salmas.

Plin. exercc. p. 441. 444. Harduin. ad Plin. l. c. Wesseling. ad It. Ant. p. 209. Mannert. VI. 2. p. 290. sqq. Georgii I. p. 44. sq.

10) *Pontus,* cui suum a Polemonis nomine, (quo plerique antiquitus tyranni usi sunt, ut testatur Iustinianus Nov. XXVIII. cap. 1.) venit, quodque regnum a Nerone, ut Sueton. c. 18. et Eutrop. VII. 14. (p. 330. ed. Verheyk.) referunt, concedente Polemone [II.] in provinciae formam redactum est, postea in duas provincias divisus est, quarum altera a matre Constantini (cf. Nov. XXVIII. cit.) *Helenopontus* sive a capitali urbe *Amasia* (ut in Notitia Provinciarum habetur) dicta est, altera vetus Polemoniaci nomen retinuit. Suum utramque *Praesidem* eo tempore, quo liber hic compositus est, habuisse is ipse testatur cap. I. ✝. 22. d, ✝✝. 4. 5. cap. II. §. I. d, ✝✝. 6. 7. Militarem autem in Ponto potestatem, quam eodem tempore *Ducem Armeniae* gessisse hoc ipso loco docemur, ante occidentalis imperii interitum proprio *„utriusque Ponti“ Duci* commissam fuisse Leo et Zeno impp. L. 10. i. f. C. de div. off. XII. 60. testes sunt. Iustinianus denique utramque provinciam in unam contractam *Moderatori Helenoponti*, quem spectabilem fecit, subdidit eidemque etiam militares copias per eas provincias constitutas obtemperare iussit Nov. XXVIII. Cf. ad cap. I. nott. 138. 139. Videsis Cellar. II. p. 282. sqq. Mannert. VI. 2. p. 353. sqq. Georgii I. p. 45. sqq.

11) Hanc legionem, auxiliarem procul dubio, ab aliis scriptoribus memoratam non memini me legere.

12) *Trapezunte* E(?) editi. Trapezus, ad pontum Euxinum sita urbs, Ponti Cappadocii olim metropolis, hodieque vetus fere nomen retinet, *Trebisonde* vel *Tarabosan.* d'Herbelot. III. p. 484. v. *Tharabozan,* Iaubert. p. 380. sq. 467. 474. Xenoph. Anab. IV. 8, 22. *Τραπεζοῦντα* nominat *πόλιν Ἑλληνίδα οἰκουμένην, ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, Σινωπέων ἀποικίαν, ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ.* Consentiunt Scylax (p. 79. ed. Iac. Gronov. L. B. 1700. 4°.), Diod. Sic. XIV. 31., Tacit. Hist. II. 47. Arrian. peripl. Pont. Eux. init. et Eustath. ad Dionys. perieg. ✝. 687. item Steph. Byz. v. *Τραπεζοῦς,* ubi inter alia

„*ἐκαλεῖτο καὶ Οἰζηνίς.*“ Cf. etiam Pompon. Mela I. 19. Strab. VII. p. 309. XII. p. 548. Plin. H. N. VI. 4. sect. 4. „*Trapezus* liberum, vasto monte clausum [oppidum]“, Ptol. V. 6. It. Ant. p. 216. Hierocl. p. 702. Tab. Peut. IX. C, item Amm. Marc. XXII. 8, 16. „.. insulaeque arduae, Trapezunta et Pityunta continentes, oppida non obscura.“ Zosim. I. 33. „.. *τῷ Τραπεζοῦντι .., πόλει μεγάλῃ καὶ πολυανθρώπῳ ..*“ Iustinianus Nov. XXXI. cap. 1. pr. Trapezunta, quam urbem Ponti Polemoniaci (Nov. XXVIII. praef. med.) Moderatori Helenoponti anno 535. subiecerat, ad eam Armeniam, quam ipse Primam constituit, anno 536. assumpsit. Procop. bell. Goth. IV. 2. de Aed. IV. 7. Episcopos metropolitasque Trapezuntios memoratos lege ap. Le Quien, Or. Christ. I. p. 509. sqq. 1344. et de nnmis Trapezuntinis adi Eckhel. Vid. etiam Cellar. II. p. 276. §. 78. Wesseling. ad It. Ant. p. 216. Mannert. VI. 2. p. 376. Georgii I. p. 52.

13) Quasi religio fuisset sine falsi admixtione rectum non proferre Pancirolus annotavit „ex *Risana* Illyridis oppido, nunc *Rudine* dicto, haec ala est contracta; vel potius ex *Rizeo* loco post Trapezuntiorum fines, ut ait Procop. de aed. III.“ [7.]. A *Rhizunte*, Ponti Cappadocii portu ad Rhizii fl. ostia, hanc alam nomen habuisse in aprico est. Eiusdem loci saepius meminit praeter Agath. V. 1. etiam Procop., e. gr. bell. Pers. II. 29. (p. 289. ed. Bonn.) „*ἐκ δὲ Πέτρας πόλεως ἰόντι εὐθὺς πρὸς ἄνεμον νότον οἱ Ῥωμαίων ὅροι ἐκδέχονται, χωρία τε πολυάνθρωπα ἐνταῦθά ἐςι, τό τε Ῥιζαῖον καλούμενον καὶ Ἀθῆναι, ἄλλα τε ἄττα μέχρι Τραπεζουντίων.*“ Bell. Goth. IV. 2. „.. *τὸ Ῥιζαῖον καλούμενον χωρίον· ὅπερ Τραπεζουντίων διέχει δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ, διὰ τῆς παραλίας ἐς Λαζικὴν ἰόντι.*“ et de Aedif. l. c. „*μετὰ δὲ τοὺς Τραπεζουντίων ὅρους χωρίον ἐςὶ Ῥιζαῖον ὄνομα· ὃ δὴ καινουργήσας αὐτὸς* [Iustinianus] *ὀχύρωμα περιβέβληκε λόγου τε καὶ ἀκοῆς κρεῖσσον. πόλεων γὰρ τῶν Πέρσαις ὁμόρων οὐδεμιᾶς ἧσσον μεγέθους πέρι καὶ ἀσφαλείας δεδημιούργηται.*“ *Reila* Tab. Peut. X. A cum nostro oppido convenire videtur. De episcopis Rhizaei

vide Le Quien, Or. Christ. I. p. 520. Hodieque sec. Iauberti tab. geogr. loci nomen est *Rizéh* vel *Irisch*. Vid. Mannert. VI. 2. p. 373.

14) *Ala dale ariza* AB, *Ala dade ariza* D, *Ala dale arizae (s. arize?)* C, *Dalearizae* editi, omissis syllabis *Ala*. Pancirolus annotavit: *Daleariza* ignobile oppidum fuisse puto, quia inter urbes Ponti a Iustiniano Nov. XXVIII. recensitas omittitur. In mss., quos mendosos puto, pro una, duae alae ponuntur, videlicet *Ala Rizena* et *Ala Daleariza*. vetustus codex legit *Alcadeariza*." Antequam Wesselingii exemplo Itinerariorum uti mihi contigerat, loco nostro nomen illius Pontici oppidi, quod in scriptis It. Ant. codd. pervarie expressum reperitur, quodque apud Wesseling. p. 183. 207. 215. *Olotoedariza* sonat, annotaveram; itaque non sine quadam laetitia animadverti iam Suritam Wesselingiumque hunc nostrum Notitiae imp. locum ad explicandum It. Ant. adhibuisse. Diversissimae nominis scripturae in codd. mss. It. Ant. fere hae sunt: *Olitto Eulariza*, *Olito Eurializa*, *Oloto* s. *Olotho* s. *Oleto Edariza*, *Clotoedarisa*, *Olotoaelariza*, *Clotedariza*, *Oluto eulanza*, *Olote dariza*, *Oluto Eulariza*. In It. Ant. ex libro nostro reponendum esse *Ala Daleariza* Suritae (ad It. Ant. p. 215. ed. Wesseling.) opinio fuit; Wesselingius autem putavit „in *Alcadeariza* castelli sive mansionis, de qua agitur, latere cognomen." Fuit autem illa It. Ant. *Olotoedariza* XXIV M. P. a Nicopoli, LXXVI M. P. a Satalis (sec. It. Ant. p. 183. 207.), sive alio itinere per Suissa XCVIII M. P. (sec. p. 215. sq.). nam hic locus ita habet: „Iter a Nicopoli Satalam M. P. CXXII. Sic: Olotoedariza M. P. XXIIII. Carsat. M. P. XXIIII. Aauracos. M. P. XXIIII. Suissa M. P. XXIIII. Satala M. P. XXVI." In Tab. Peut. X. B legimus: „Nicopoli. XXI. Ole oberda. XV. Caleorsissa. XXIIII. Analiba. XV." (sed linea ab Analiba ad Zimaram ducta non est. cf. not. 36.) ut Caleorsissa XXXVI M. P. a Nicopoli distet. Simlerus autem et Wesselingius (p. 182. 183. It. Ant.) eumdem locum, qui nominatur apud Ptol. V. 7. *Caltiorissa*, in illo repperisse sibi visi sunt, atque recte, opinor.

Ita etiam D'Anvillius *Caltiorissam* ad eumdem locum collocatam habet, ubi secundum It. Ant. *Olotoedariza* ponenda foret, idque etiam Mannertus VI. 2. p. 317. comprobavit. Reichardus autem *Caleorsissa* et *Olotoedariza* tamquam duo oppida fere L M. P. inter se distantia in tabulam geograph. assumpsit. Inter alia Ponti castella a Iustiniano imp. renovata Procopius (de aed. III. 4.) etiam unum recenset, cuius nomen *Ἀνταραρίζων* fuit; atque de eo quoque Wesselingius (p. 183.) cogitavit, sed adiecit „hanc esse non dixero"; ego vero idem castellum fuisse putem. Fortasse ad explicandum nomen *Aladaleariza* alicuius usus esse potest quod Procop. de aed. II. 8. monet, *πτερά*, *alas*, munimenti genus, fastigio murorum ad tegendos propugnatores adstructum, quod quasi muro suspensum videretur (*ἐπεὶ ὥσπερ ἀποκρέμασθαι τοῦ τείχους δοκεῖ*), nominari.

15) Cf. ad cap. IV. not. 57. et ad cap. V. not. 40.

16) Ita omnes. Nescio an de loco Cappadocico, *Armaxa* ad Halyn fl., per quem iter a Caesarea Cappadociae Satalam, et Sebastiam, et Sebastopolin ducebat (It. Ant. p. 206. sq. 178. sq. 214.) et qui ab *Eulepa* XXIV M. P., a *Malandara* s. *Marandara* XXVIII M. P. disparatus fuit, hic sermo non sit. Ex *ãmaxa* levi neglegentia *auaxa* fieri potuisse non nego. Eumdem locum Tab. Peut. X. A in itinere a *Mazaca Caesarea Magalassum Seuastiamque* habet sub nomine *Armaza* (non *Armaha*, ut etiam Wesseling. ad It. Ant. p. 179. legit), XLI M. P. a Mazaca, XLVIII M. P. a Magalasso, CII M. P. a Sebastia distantem. Forte Ptolemaei [V. 6.] *Ἄρχαμα* esse opinatus est Wesselingius. Pro *Ἄρχαμα* in cod. Coislin. *Ἀρχάλλα* legitur. Is locus in praefectura Cilicia situs fuit, neque male cum *Armaxa* convenit, quod oppidum in hod. *Emlar* aut non ita procul ab hoc loco quaerendum esse videtur (cf. Iauberti tab. geogr. Armen.): atque est in regio It. Ant. ms., ut Surita annotavit, *Ermata* pro *Armaxa*. Ceterum in Leakii tab. geogr. Asiae Min. Londin. 1822. *Emlar* ad sinistram Halyos fl. ripam, paulo supra *Kesaria* (Caesaria s. Mazaca) conspicitur, et ad nomina „*Erkle* or *Elégri*" adscriptum est nomen

Archalla, tamquam hic locus longe ab hodierno *Emlar* versus meridiem situs fuisset. Mihi magis de eo loco hic sermonem esse placet, quem Ptol. V. 7. inter Armeniae Minoris civitates montanas, ab Euphrate remotas, recenset, atque cui *Charax* nomen est: is non ita procul a *Caltiorissa* (cf. not. 14.), in Ponto, ad Antitaurum montem, situs fuit. Certiora exspectamus ab aliis.

17) *Foelix* B.

18) *Sylvanis* B editi. De loco nihil constat . in Antitauri montibus eum quaesierim.

19) Pancirolus: „Haec ala ex oppido *Colonia* est desumpta, quod in Prima Armenia fuisse Iustinianus memorat Nov. XXXI.“ cap. 1. pr. De hac *Colonia* Procop. de aed. III. 4.: „*Ἦν δέ τι φρούριον ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ* [in Armenia Minori] *ἐν ἀκρωνυχίᾳ λόφου κατακρήμνου πεποιημένον τοῖς πάλαι ἀνθρώποις . ὃ δὴ Πομπήϊος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις . . . ἐξελὼν καὶ τῆς χώρας τῷ πολέμῳ κύριος γεγονὼς ἐκρατύνατό τε ὡς μάλιςα, καὶ Κολώνειαν ἐπωνόμασε, καὶ τοῦτο οὖν χρόνῳ πεπονηκὸς τοσούτῳ τὸ πλῆθος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀνεσώσατο δυνάμει τῇ πάσῃ.*“ Eamdem Coloniam memorat Hierocl. p. 703. Per errorem Le Quien (Or. Christ. I. p. 429.) verba Plinii VI. 3. sect. 3., ex quibus nomen „Archelaidem“ omisit, de *Colonia* nostra intellexit: Plinius ita habet „Cappadocia intus habet coloniam Claudii Caesaris Archelaidem, quam praeterfluit Halys.“ Haec *Archelais colonia* hodie *Akserai* dicitur et ad montem sita est, qui nomen *Hassan-Daghi* habet. cf. Leak. Neque mihi constat, recte eumdem Le Quien Melitenae civitatem iuxta Euphratem, quae *Σινὶς Κολωνεία* a Ptol. V. 7. nominata est, pro eadem *Colonia*, de qua Procop. l. c. loquitur, accepisse; id quod Cellarius quoque fecit II. p. 299. sq. §. 128., dum Mannertus (VI. 2. p. 304.) ipsa *Chiaca* sub illis Ptolemaei vocabulis latere putat. Quae Mannertus VI. 2. p. 312. de hac Colonia recte dixit, ex Wesselingio sumpta sunt; sed quod adiecit, nomen urbis per medium aevum *Taxaris* fuisse, id quod Reichardus in delineanda tab. geogr.

Asiae Minoris et c. secutus est, certe ex Procop. bell. Pers. I. 17. ab ipso ad testimonium vocato probari nequit. Nicetas Choniat. (ed. Bonn. p. 72.) habet: „τὰ Τάξαρα, ἅ ἐστιν ἡ πάλαι λεγομένη Κολώνεια", et iterum Taxarorum meminit de Isaac. Ang. II. 7. (ed. Bonn. p. 541.); et de Alexio III. 4. (p. 689. ed. Bonn.) inter πόλεις Ποντικὰς εὐδαίμονας recenset Μελιτηνὴν δὲ καὶ σὺν Καισαρείᾳ Κολώνειαν, ἣ νῦν Τάξαρα λέγεται. Inde Le Quien duas Colonias statuit, alteram Cappadociae III. attribuens (Or. Christ. I. p. 413.), Armeniae I. alteram (ib. p. 429.). D'Anvillius *Coloniam* XXX fere M. P. a Nicopoli, orientem versus, ad sinistram Lyci fl. ripam, Reichardus ad dextram posuit. Wesselingius denique ad Hierocl. l. c. annotavit: „Liberatus Breviar. c. 6. Cappadociae II. nihil dissidente Conc. Chalced. p. 557. transcribit: at Basilius epist. 228. ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τῆς Ἀρμενίας, et epist. 195. μακρὰν ἀπῳκίσθαι τῶν ὁδευομένων τόπων τὴν Κολώνειαν, longe disparatam ab illis esse locis adfirmat, quae frequenter adeuntur. ergo circa Chalcedon. concilii tempora *Colonia* Cappadociae fuit contributa; rediisse dein ad Armeniam I. ante Iustinianum Novella XXXI. docemur."

20) *Chiatae (s. Chiace?)* C, *Chiacae* editi. *Κιακίς, Ciacis,* Ptol. V. 7. In It. Ant. p. 209. legimus: Sabus [cf. not. 1.] Dascusa [cf. not. 22.] M. P. XVI. *Ciaca* [ita regium exemplar, cetera *Chiaca*] M. P. XXXII. Melitena. M. P. XVIII." Tab. Peut. X. C, F „Saba. XVIII. Dascusa. XVIII. Hispa. XVIII. Arangas. VIIII. *Craca.* XXVIII. Melentenis." Cf. Salmas. Plin. exerc. p. 441. Cellar. II. p. 298. §. 126. Mannert. VI. 2. p. 304. Locus cum hodierno *Hassan-Batric*, ut Iaubertus, vel *Hassan-Bedriek*, ut Leakius scribit, fere convenire videtur. D'Anvillius (tab. geogr. Euphrat. et Tigrid.) *Hesn-Batrik* veteri *Praetorio* (cf. not. 29.) adscripsit.

21) Pancirolus: „*Auria* oppidum est Hispaniae [Callaeciae, hod. *Orense* dictum], unde haec ala est collecta." Vereor ne hoc verum non sit, quamvis meliorem explicationem suppeditare nequeam. Ale. (alae) avr. mentio facta est in lapide,

qui in Norico Ripensi repertus est; sed dubito utrum *Aurianae*, an *Aurelianae* significetur. Gruter. 54, 7. Facit autem locus Tac. Hist. III. 5., ut illam interpretationem veriorem esse putem. nam haec Tacitus: „Sextilius Felix cum Ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus.“ Nomen alae a quodam suo praefecto inditum esse opinatus est Lipsius ad Tac. l. c. Alii pro *ala Auriana* scripserunt *ala Tauriana*, nulla iure, quantum video.

22) *Dascutae (Dascute?)* 𝔈, *Dascusae* 𝔢𝔡iti. Plin. V. 24. sect. 20. „*Dascusa* abest a Zimara LXXV M. P.; inde navigatur Pastonam (al. Sartonam) L M. P., Melitenen Cappadociae XXIV M. P., Elegiam Armeniae X M. P.“ Ptol. V. 7. inter civitates Armeniae Minor. ad Euphr. *Δάσκοντα* s. *Δασκούτα*, s. sec. cod. Palat. *Δάσκουσα*. De It. Ant. et Tab. Peut. cf. not. 20. Orosii (hist. I. 2. ed. Haverc. p. 15.) „*Dacusa*, quae in confinio Cappadociae et Armeniae sita est haud procul a loco, ubi Euphrates nascitur“, aut a loco nostro diversa, aut ab Orosio perperam collocata est. Cf. Wesseling. ad It. Ant. p. 209. Recentius loci nomen geographi non exhibent. Vid. etiam Cellar. II. p. 335. §. 26. Mannert. VI. 2. p. 305.

23) *Dacoruorum* 𝔅. Cf. ad cap. XXXII. not. 34.

24) *Suifsae* 𝔈(?) 𝔢𝔡iti; sed Surita etiam testatur (ad It. Ant. p. 207.) manu scriptam Notit. imp. habere *Suissa*. It. Ant. l. c. in itinere „a Satala Melitenam per ripam“ habet „*Suissa* M. P. XVII. Arauracos M. P. XVIII.“ sed p. 216. in itinere a Nicopoli Satalam ab Arauracis [usque ad] *Suissa* M. P. XXIV. Satala M. P. XXVI.“ *Suisa* et *Soissa* alii It. Ant. codd. pro *Suissa* habent.

25) Cf. ad cap. IV. not. 19. et ad cap. XXV. §. I. B, ✝. 5.

26) *Aelianae* 𝔈(?) 𝔢𝔡iti. Fortasse *eliana* et *arana* commixta sunt, ut in libro nostro iustum eius loci nomen habeamus, qui *Arane* a Ptolemaeo V. 7. nominatur. eumdem locum It. Ant. p. 177. in itinere a Sebastia (hod. *Sivas*) Melitenam habet: „Blandos M. P. XXIIII. Euspoena M. P. XXVIII. *Aranis*

M. P. XXIIII. Ad Praetorium M. P. XXVIII. Pisonos M. P. XXXII. Melitena M. P. XXXII." Tabulae Peut. X. C „*Arangas*" (cf. not. 20.) huc non pertinet, si recte XXXIX M. P. cum locum a Melitena abfuisse indicatum est. Situs loci secundum It. Ant. fere cum eo loco convenit, quem Iauberti tab. geogr. *Aladja-khan* nominat; et fortasse ipsa nominis similitudo huic coniecturae favet.

27) Quod Wesselingius ad nomen *Blandos* Itinerarii (cf. not. 26.) annotavit, se nusquam hanc invenisse, de hoc castello mihi annotandum est; sed id ipsum in eodem fere loco quaesierim, ad quem illud nomen pertinet.

28) Cf. ad cap. XXIX. not. 40.

29) Pancirolus annotavit: „Forte legendum *Praetoria* ab *Augusta Praetoria*. huic oppidi nomen deest, quod nuper constituta nondum ad certum locum esset destinata, vel *Praetorica* locus praesidii vocatur." Ego certe cum Simlero, quidquid Wesselingius dubitat, huius alae nomen ab eo loco deducendum esse opinor, qui *Ad Praetorium* in It. Ant. not. 26. cit. vocatur, cuius situs satis bene cum *Hekim-khan* tabulae geogr. Iauberti convenit. Aliter D'Anvillius. cf. not. 20. i. f.

30) *tercia* 𝔇.

31) Ab Ulpio Traiano appellata. Cf. ad cap. XXXII. not. 34.

32) *milliaria* ε[2,3,4]. Sed vetustum codicem hic et infra (ϯϯ. 9. 10.) legere *militaria* testatur Pancirolus. Rem explicavimus ad cap. XXVIII. not. 24.

33) *Petreorum* 𝔄𝔅. Fallitur Pancirolus, quod a Ptolemaeo [V. 7.] „in Armenia Minore sub Laviniensi praefectura" Petram, a qua haec cohors nomen accepisse videtur, locari scripsit. Sed Procopius compluribus locis (bell. Pers. II. 17. bell. Goth. IV. 2. 11. 12. de aedif. III. 7.) de hoc portu oppidoque et castello dixit, item Iustinianus Nov. XXVIII. praef. Ille Pers. l. c. "Ἐστι δὲ Πέτρα, inquit, *πόλις ἐπιθαλασσία ἐν Κόλχοις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ καλουμένῳ, ἣν δὴ φαῦλόν τι χωρίον τὰ πρότερα οὖσαν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῷ τε περιβόλῳ καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐχυρὰν τε καὶ ἄλλως ἐπιφανῆ κατεστήσατο . . .*" Id. de aed. l. c. „. .

καὶ Πέτραν ἐν Λαζοῖς πόλιν ἀξιοθέατον κατεστάσατο· ἥνπερ Λαζοὶ μὲν ἀβουλίᾳ παρέδοσαν Πέρσαις κ. τ. λ. Et de situ oppidi Id. bell. Goth. IV. 2. „. . Ἐκ δὲ Ἀψαροῦντος πόλεως ἐς Πέτραν τε πόλιν καὶ τοὺς Λαζῶν ὅρους, ου δὴ τελευτᾷ ὁ Εὔξεινος πόντος, μιᾶς ἐςιν ἡμέρας ὁδός." Et ipse Iustinianus l. c. „. . ἐν ᾗ [Λαζικῇ], inquit, ἡ Πετραιῶν ἐςι πόλις, ὑφ' ἡμῶν τὸ πόλις εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι προσλαβοῦσα, κεχρημένη τε τῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὀνόματι καὶ Ἰουςινιανὴ καλουμένη." Castellum non ita procul ab Acinasis fl. ostiis situm fuit, ad fines hodiernae Imeretiae. Episcopi Armeni sedes Petrae fuit. Cf. Le Quien, Or. Christ. I. p. 1441. Et in subscrr. conc. quini sexti Ἰωάννης ἐπίσκοπος Πετρῶν τῆς Λαζῶν χώρας memoratur. Cf. Id. I. p. 1345. Vid. etiam Mannert. VI. 2. p. 361. sq.

34) *Melitae* 𝕮(?) editi. *Μέτειτα* apud Ptol. V. 7. inter Lavianae oppida ad Euphratem legitur, et Tab. Peut. X. F XI. D habet: „Melentenis (cf. not. 9.) VIII. Corne. XIIII. *Melita*. XII. Glaudia." cf. ad cap. XXXII. not. 35. De hodierno loci nomine nihil mihi constat. Vid. Cellar. II. p. 295. §. 120. Mannert. VI. 2. p. 294.

35) *Rhetorum* 𝔄𝔅𝔇, *Retorum* 𝕮 editi. Cf. ad cap. XXV. not. 37.

36) *Analibae* 𝕮(?) editi. Apud Ptol. V. 7. inter Armeniae Minoris oppida montana *Analiba* sive sec. alios (e. gr. cod. Coislin. et vet. edit.) *Analibla* est. It. Ant. p. 208. (cf. not. 1.) *Analiba*. item Tab. Peut. X. C (cf. not. 14.) *Analiba*. Quod Wesselingius ad It. Ant. l. c. annotavit, in Tab. Analibam XV M. P. a Zimara removeri, non ita certum est; nam inter utrumque locum linea, qua in tabula iter ab uno loco ad alterum designari solet, non exstat. Cellario (II. p. 335. §. 27.) Analiba ex solo Ptolemaeo nota fuit, et Mannertus eam omnino praeteriit. In D'Anvillii tab. geogr. Asiae Minoris suo loco collocata est, his verbis „*Analibla* vel *Danaralis*." Quod ita explicabitur: inter subscriptiones sexti concilii generalis legitur: Γεωργίου ἐπισκόπου Δαρανάλεως ἤτοι τῶν Καμάχων, atque

Latina translatio addit *sive Analiblorum*; iterum verba *Γεώργιος . . ἐπίσκοπος τοῦ κλίματος Δαραυάλεως τῆς μεγάλης Ἀρμενίας* Latine sic reddita sunt „*Georgius . . episcopus territorii Daranalis sive Analiblae, Magnae Armeniae regionis.*" Cf. Le Quien, Or. Christ. I. p. 436.

37) *militaria* ABC, *milliaria* $c^{2,3,4}$. Cf. not. 32.

38) Pancirolus: „Lego *Bosphorana*, ex populis Bosphoranis, supra Bosphorum Cimmerium lecta." Ego quoque hanc cohortem ex iis fuisse puto, quos hodie *Czernomorische und Donische Kosacken* appellamus; nam Bosporum Cimmerium habitantes *κατ' ἐξοχὴν Bosporani* s. *Bosphorani* nominantur. cf. Cic. Man. c. 4. Tac. Ann. XII. 16.; sed scriptura nominis sine aspiratione, Graecorum consuetudini consentiens, tenenda est. Vid. ad cap. XXV. not. 67.

39) *Araraucae (Ararauce?)* C, *Arauracae* editi. Sed *Arauraca*, ut ABD, habet etiam a Simlero (ad It. Ant. p. 208.) collatus codex. *Arauracos* habet It. Ant. p. 208. (cf. not. 1.) et p. 216. (cf. not. 14.). In numeris autem parva discrepantia est. *Arasaucos* et *Asauracos* tamquam duas mansiones complures Itinerarii mss. codices habent; sed Simlerus ex cod. reg. recte reposuit *Arauracos*. Wesseling. p. 208. annotavit „*Atauracae* [ita operarum errore pro *Arauracae*] Notitia imp. Or. Panciroli praefert; sed quae vir doctus ad eam notat, illa unius assis non sunt." (Pancirolus de *Aravena* Euphratesiae regione ad h. l. verba fecit). Et in addendis ad Itineraria a se edita Wesselingius adiecit: „*Arauracos* rectum esse Nicephorus II. E. VIII. 14. ostendit, et Eusebius monachus in Actis S. Eustratii et Sociorum, quorum partem exscripsit Leo Allatius Diss. de Simeon. Scriptis p. 83., etsi male ibi *ἡ Ἀραυρακτωῶν.*" Utraque forma, *Arauraca* plur. num. et *Arauraci*, defendi posse videtur. Vid. Mannert. VI. 2. p. 312.

40) Ita h. l. mss. omnes. *milliaria* $c^{2,3,4}$. Cf. nott. 37. 32.

41) *Sisilae* C(?) editi. Procop. de Aed. III. 6. *castellum Sisilissorum* memorat, in Tzanica olim conditum, a Iustiniano reparatum. Id ipsum castellum h. l. indicari Panciroli sen-

tentia est, et fortasse recta, utut Iustinianus, refragante Agathia V. 1., de Tzanis a se dicioni Romanorum primum subactis gloriatus est. nam inter sequentia castellorum nomina complura ad easdem regiones pertinent, et *Sisila* atque *Sisilissa* eiusdem nominis variae formae videntur esse. Olim de „*Teucila*" It. Ant. not. 1. cit. fortasse h. l. dici suspicabar. Procopii locus hic est: *μετὰ δὲ τοῦ ὄρους* [Tzanorum Ocenitarum, ad quem montem etiam *φρούριον*, *Βαρχὼν ὄνομα*, a Iustiniano reparatum est] *τὸν πρόποδα, οὗ Κενὰ τὸ χωρίον ἐν τῷ ὁμαλῷ ξυμβαίνει εἶναι. ἐνθένδε τοι ἰόντι ἐπὶ δύοντά που τὸν ἥλιον τὸ Σισιλισσῶν ὄνομα φρούριόν ἐςιν. ὅπερ ἐκ παλαιοῦ μὲν πεποιημένον, ἔρημον δὲ διὰ χρόνου μῆκος γεγενημένον ἀνανεωσάμενος Ἰουςινιανὸς βασιλεὺς διαρκὲς Ῥωμαίων στρατιωτῶν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, φυλακτήριον κατεςήσατο. ἐνθένδε δὲ ἰόντι ἐν ἀριςερᾷ πρὸς βοῤῥᾶν ἄνεμον χῶρός τίς ἐςιν, ὅνπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Λογγίνου φοσσᾶτον· ἐπεὶ Λογγῖνος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαίων στρατηγός, Ἴσαυρος γένος, στρατεύσας ἐπὶ Τζανούς ποτε τῇδε πεποίηται τὸ στρατόπεδον. ἐνταῦθα φρούριον ὁ βασιλεὺς οὗτος ὄνομα Βουῤγοὺς νόης δεδημιούργηκεν, ἡμέρας ὁδῷ Σισιλισσῶν διέχον. ὅπερ Σισιλισσῶν φρούριόν ἐςι καὶ αὐτὸ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ βασίλεως . . . ἐξειργασμένον βεβαιότατα. ἐντεῦθεν ὅρια τῶν Τζανῶν τῶν Κοξυλίνων καλουμένων ἐςίν . . .*" Videant alii, utrum locus *Kizil-Kilissiah*, quem in tab. geogr. Iauberti in ea regione, quam Tzani olim habitaverunt, conspicimus, cum nostro castello conveniat necne.

42) *Touia* B. Cf. ad cap. IV. not. 29.

43) *Foelix* AB.

44) Nomen omisit C. Cf. not. 45. *Chaszanenicae* dc¹ff, *Chaszanicae* c²,³,⁴,⁶,⁷. sed Pancirolus etiam in commentario c¹ *Chaszanicae* habet. Complura Ponticorum Armeniacorumque oppidorum nomina in *nenica* exeuntia invenimus, e. gr. in itinere a Trapezunte Domanam Satalamque Tab. Peut. X. A, B habet *Gizenenica* et *Solonenica* et Ptol. V. 7. *Ciamica* inter Melitenae oppida habet. Fortasse ipsa Tabulae *Gizenenica*

atque nostra *Chaszanenica* idem oppidum fuerunt. D'Anvillius et Reichardus „*Zigana*“ (cf. ✝✝. 17. sq.) in eo ipso loco habent, ubi secundum Tab. *Gizenenica* fuit, atque hic quidem nomini *Zigana* adscripsit „*(Gizenenica)*.“ Male: cf. infra not. 58. Tabula ita habet: „Trapezunte. XX. Magnana. X. Gizenenica. XVIII. Bylae. VI. Frigdarium. VIII. Patara. XIIII. Medocia. XII. Solonenica. XVIII. Domana. XVIII. Satala.“ Locus *Ghevizlik*, quem Iauberti tab. geogr. repraesentat, proprior ad Trapezunta est, quam Tabulae Peut. *Gizenenica*.

45) *Foelix* 𝔄𝔅. In 𝔈 per *ὁμοιοτέλευτον* verba *Chaszanenica | Ala Prima Felix* exciderunt.

46) Cf. supra not. 15.

47) *Pithicae* 𝔄. Scripserim *Pityusae* pro *Pithicae*. Nihil ad h. l. facit Ptolemaei V. 18. *Bithias*, Osrhoenae civitas. cf. Wesseling. ad It. Ant. p. 192. v. *Bathnas*. Sed recte de *Pityunte* Cappadociae, quam tamen male cum cognomine Colchidis oppido confundit, in quem errorem alii quoque inciderunt (e. gr. Le Quien, Or. Christ. I. p. 520.), locum intellexit etiam Pancirolus, Iustinianumque de eodem castello Nov. XXVIII. praef. dicere facile apparebit. *Pityusa*, de qua hic sermo est, Ptolemaeo V. 6. inter Trapezunta et Rhizum portum, Ponti Cappadocii civitates, iuxta Cissios est. *Ὀπιοῦς* in cod. Palat. et in ed. L. B. 1618. habetur; sed cod. Coislin. *Πιτιοῦσα* habet. Surita ad It. Ant. p. 217. v. *Thia* (in itinere a Trapezunte Satalam. cf. not. 58.) nostrum Notitiae imp. locum adscripsit. Iustinianus cum Nov. XXVIII. cit. Ponti Polemoniaci loca, „*Πιτυοῦντα.. καὶ Σεβαςόπολιν*“, dicit, „*ἐν φρουρίοις μᾶλλον ἀριθμητέον ἢ πόλεσιν*“, minime de *Sebastopoli*, Ponti Galatici mediterranea civitate (Ptol. V. 6.), inter Amasiam Comanamque Cappadociam ad Isidem fl. (hod. *Iechil-Ermak*) sita, quae *Turkhal* hodie nomen habet, intellegendus est; sed de ea *Sebastopoli*, quam Ptol. l. c. antea recenset, extremo loco inter Ponti Cappadocii civitates; et ipse Iustinianus paulo inferius dicit „*μεθ' οὓς ἥ τε ἡμετέρα καθέςηκε Λαζική, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πετραιῶν ἐςι πόλις.*“ Lazica septemtrionem versus post

illa castella est. Et eamdem Sebastopolim, de qua Nov. XXVIII. habet, Nov. XXXI. cap. 1. §. 1. Armeniae Primae desumptam Secundae attribuit: alia nulla ad Armeniam umquam pertinuit, neque Colchis, de qua infra dicendum erit, neque Galatica illa, de qua diximus. Sed revertamur ad *Pityusam*, sive *Opiunta:* illam formam tuentur Amm. Marc. XXII. 8, 16. (cf. not. 12.), (ad quem locum turpem errorem Wagnerus commisit,) et Theodoret. H. E. V. 34. (qui Pityunta sec. Valesii versionem Lat. „oppidum situm in extremis finibus Ponti et imperii Romani, quod accolunt crudelissimi barbari“ nominat), hanc Tab. Peut. X. A; eidemque tabulae debemus accuratiorem de situ loci notitiam: „Trapezunte. XXIIII. Hyssillime [= Ὑσσοῦ λιμήν. cf. not. 51.] XVIII. Opiunte. XV. Reila. [Rhizaeum? cf. not. 13.]. XVIII. Ardineo. XVI. Atheni.“ Fuerit itaque Opius s. Pityusa ad *καλὸν πόταμον*, fere ubi hodie *Erikliman* sec. Iauberti tabul. geogr. sita est, et secundum recentiores quosdam hodieque *Of* dicitur. Videsis Mannert. VI. 2. p. 374. sq. Situm loci non intellexit Cellar. II. p. 308. §. 23., ut nec Le Quien l. c. Nihil ad hunc nostrum locum faciunt de *Pityunte* Colchica s. Magna loquentes Strab. XI. p. 496. sq. (ed. Almelov. p. 760.), Plin. H. N. V. 5. sect. 5. Zosim. I. 32. Procop. bell. Goth. IV. 4. bell. Pers. II. 29. de Aed. III. 7. Hic quidem fusius de duobus Sagidarum maritimis castellis, *Sebastopoli* et *Pityunte*, bidui itinere invicem disparatis, militaribusque Romanorum praesidiis munitis disputavit, omnemque oram maritimam a Trapezuntiis finibus ad Sagidas usque Romanos milites olim habuisse testatur, atque a Iustiniano illa castella, quae Romani diruerant, ut Chosroi regi nocerent, reaedificata esse enarrat. atque ipse Iustinianus Edict. XIII. cap. 11. §. 2. de exsilio in „*Σεβαςουπολιτῶν καὶ Πιτυούντων, ἥπερ ἐςὶν ἐπ' ἐσχάτου τῆς τοῦ Εὐξείνου Πόντου*“ loquitur; verum tamen, opinor, erraret qui in his regionibus, in provinciae formam non redactis, ea castella quaesierit, de quibus liber noster h. l. dicit, quorumque situs in ipsa Armenia Minori demonstrari potest.

48) *Valentiae* 𝔈(?)𝔯𝔡𝔦𝔱𝔦. De loco nihil constat. Panci-

rolus *Valentiam* a *Valente* dictam fuisse „qui eam aedificavit" affirmat, quasi ipse interfuisset. De *Ischopoli* (Strab. XII. p. 548. ed. Almel. 825. ,et Ptol. V. 6.) cogitarem, si Ἰσχυόπολις nomen eius oppidi, neque id inter Pharnaciam ac Cerasunta situm fuisset. Et contra Καρτερὸν τεῖχος, *Fortia moenia* apud Ptol. V. 9., quod castellum non ita procul a Pityunte Magna disparatum fuit, h. l. indicatum esse nequit propterea quod ad has regiones Romanum imperium eo tempore, cui librum nostrum debemus, non extendebatur. Etiam de *Nova Valentia* Osrhoenae, de qua Hierocl. p. 714., Wesselingius se nusquam eam reperire potuisse fatetur.

49) *Apuleta* AE et ita mss. habere testatur etiam Pancirolus. *Apuleia* BD et editi habent. Item Pancirolus annotavit: „Hanc cohortem ex *Apulo* Daciae oppido contractam puto, quae colonia civium Romanorum fuit a Traiano deducta. L. 1. §. 9. D. de censib. [L. 15. „. . eiusdem iuris *(Italici)* est . . et Apulensis et Patavicensium vicus, qui a D. Severo ius coloniae impetravit." Cf. Gruter. p. 346. num. 5.] et ideo cives Romanos se vocant." Annotationes male scribere haud raro optime cessit bono Pancirolo. Ceterum si nomen *Apuleia* recte se habet, nec *Apula* s. *Apulica* legendum est, quod non crediderim, equidem neque a quonam ex gente Apuleia haec cohors nomen habuit, neque ab aliis scriptoribus aut lapidibus eam memorari scio.

50) In lapidibus *Cohortes civium Romanorum* (C. R. sive CIV. ROM.) passim memorantur, e. gr. apud Gruter. 130, 1. (Orell. n. 3881.) XV. VOLVNT. 388, 3. III. ASTVRVM EQ. 389, 2. (Orell. n. 798.) SECVNDA. 459, 9. I. AFR. C. R. EQ. 499, 3. III. GALLICA. 574, 5. VIII. VOLVNTARIORVM. 1108, 5. (Orell. n. 3398.) I. EQVITATA. CIV. ROM. IN. GERMANIA. INFERIORE. apud Orell. n. 2543. II. ROMANA VASCONVM CIVIVM ROMANORVM. Cf. not. seq. Arriani locum.

51) Ita omnes; dubium nullum superest, quin h. l. de *Hyssi portu* sermo sit. Arrian. peripl. Ponti Eux. (p. 3. Hudson. geogr. min.) „ἐκ Τραπεζοῦντος δὲ ὁρμηθέντες τῇ μὲν

πρώτῃ εἰς Ὕσσου λιμένα κατήραμεν, καὶ τοὺς πεζοὺς τοὺς ταύτῃ ἐγυμνάσαμεν. ἡ γὰρ τάξις αὕτη . . πεζῶν ἐστιν, καὶ ἱππέας εἴκοσιν ὅσον εἰς διακονίαν ἔχει· ἀλλὰ καὶ τούτους τὰς λόγχας ἀκοντίσαι ἐδέησεν." Id. ibid. p. 6. „*ποταμοὺς δὲ παρημείψαμεν ἐν τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Τραπεζοῦντος τόν τε Ὕσσον, ὅτου ἐπώνυμος Ὕσσου λιμὴν, ὅς ἀπέχει Τραπεζοῦντος σταδίους ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν . . .*" Ptol. V. 6. "*Ὕσσου λιμήν*. Tab. Peut. not. 47. cit. *Hyssillime*. Procopii (do bell. Goth. IV. 2.) *vicum Susurmaenam* („*Τραπεζουντίων δὲ τὰ ὅρια διήκει ἔς τε κώμην Σουσούρμαιναν καὶ τὸ Ῥιζαῖον καλούμενον χωρίον . .*" cf. not. 13.) eumdem locum fuisse, atque *Hyssi portum*, bonum factum est Anonymi descriptiono Ponti Eux. (Geogr. Graeci Min. tom. III. p. 14.) nos edoceri: „*ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Ὕσσου λιμένα, τὴν νῦν λεγομένην Σουσάρμια στάδια ρπ.*" Mannertus (VI. 2. p. 376.) postquam recte affirmavit, locum quattuor et dimidium miliaria geogr. a Trapezunte versus orientem disparatum fuisse, hodie nomen *Eshet* habere ex mappa quadam geogr. (Turkey in Europe, by Faden. a. 1795.) annotavit. sed sine dubio rectius in Iauberti tab. geograph. Armeniae in eodem loco nomen *Sourmani* legitur. Unde Mannertus *ψωρῶν λιμένα* Macrocephalorum apud Scylac. (p. 79. ed. Iac. Gronov. L. B. 1700. 4.) eumdem atque hunc Hyssi portum fuisse affirmaverit, quod Reichardus in tabul. geogr. Asiae Minoris recepit, me quidem latet.

52) *Laepidiana* 𝔄𝔇. Utrum „a *Regio Lepidi* extracta" fuerit haec cohors, ut Pancirolus putavit, an a Lepido vel Lepidio quodam aut a lepore dexteritateque inditum nomen habuerit, in medio relinquendum est. Alias, quod sciam, huius cohortis mentio nulla facta est. *Regium Lepidum* sive *Lepidi* (Ptol. III. 1.) quae „*Regio Civitas*" It. Ant. p. 99., vel „*Civitas Regio*" It. Hierosol. p. 616. scribitur, hodiernam civitatem *Reggio*, cognominis ducatus Mutinensis caput esse notissimum est. Videsis Mannert. IX. 1. p. 221. Hassel. Erdb. Ital. p. 514. sq.

53) *Caene Parembole* 𝔄𝔅𝔇. Verborum significationem, neque eam quidem recte, non loci situm Pancirolus explicavit

his verbis „est communis tentoriorum ordo consertus et continuata series, ex metatione castrensi constans.“ *Nova* (non *communia*) *castra* verba significant. Dubium esse nequit, quin *Caena* Tab. Peut. IX. C ad h. l. pertinere nequeat: nam ea versus occidentem a Polemonio sita fuit. sed utrum *Κενὰ τὸ χωρίον* Tzanicae (ap. Procop. not. 41. transcr.) ad h. l. faciat necne, vix definire ausim, neque situm huius oppidi accuratius indicare possum.

54) *Cohortis Primae Equitatae civium Romanorum in Germania inferiore* mentionem in lapidibus factam invenimus (cf. not. 50.), *Claudiae* autem, quod sciam, nullam. *Legio XI. Claudia* memoratur cap. XXXVII.

55) Cf. ad cap. XXIX. not. 55.

56) *Sebastopoli* ditti. Mirum in modum tres Sebastopoles, quarum una in Colchide fuit, altera in Ponto Galatico, tertia, de qua hic agi puto, in Armenia Minori, inter se confudit Le Quien, Or. Christ. l. p. 425. Item Pancirolus Colchicam cum nostra et cum *Sebastia* confudit. cf. not. 47. De nostra verba faciunt Iustinian. Novv. XXVIII. et XXXI. et Ptol. V. 6. (cf. not. 47. cit.) Hierocl. p. 703. *Σεβαςούπολις*, quam etiam Wesselingius a Sebastopoli in itinere „a Tavia Sebastiam“ (It. Ant. p. 205.) perperam non distinxit, et ipsa verba, quae ex Gregorio Nysseno (Vita S. Macrinae p. 202.) attulit „de viro quodam militari copiarumque praefecto, quae in statione erant *ἐν πολίχνῃ τινὶ τῶν κατὰ τὸν Πόντον, ᾗ Σεβαςόπολις ὄνομα*“, ad nostram Armeniacam, vel ad Colchicam, non ad Galaticam Sebastopolin trahenda esse videntur: liber mihi ad manus non est. — De *Sebastopoli Colchidis* sunt hi loci: Strab. XII. p. 557. (p. 835. ed. Almelov.), ubi de *Cabira* s. *Diopoli* refert Pompeium eam *Σεβαςὴν* appellavisse; Plin. VI. 4. sect. 4. „Gens Absilae, castellum Sebastopolis, a Phaside C M. P.“ et in corrupto loco cap. 5. sect. 5. „A Dioscuriade oppidum Heracleum: distat a Sebastopoli LXX M. P.“ Arrian. peripl. Pont. Eux. p. 11. 18. Geogr. min. Hudson. Dioscuriada nunc *Σεβαςόπολιν* nominari affirmat eamque Milesiorum colo-

niam et finem imperii Romani appellat; item Ptol. V. 10. „*Διοσκουριὰς ἢ καὶ Σεβαςόπολις.*“ Steph. Byz. v. *Διοσκουριάς*, . . . „*ἔστι καὶ ἑτέρα περὶ τὸν Πόντον, ἥτις Σεβαστόπολις καλεῖται· καὶ πρότερον δὲ Αἶα ἐπικλήσκετο.*“ Tab. Peut. XI. A. Procop. locc. not. 47. citt. Vid. Cellar. II. p. 306. §. 17. Mannertus (VI. 2. p. 359.) *Phasin* oppidum (hod. *Poli*) *Sebastopolin* Ptolemaei V. 6. primo loco recensitam esse coniectavit, minus feliciter, ut mihi quidem videtur. — De *Ponti Galatici Sebastopoli* habent Plin. VI. 3. sect. 3. „Cappadocia habet . . . in Colopena Sebastiam et Sebastopolin. haec parva . . .“ et It. Ant. p. 205. 214. Vid. Cellar. II. p. 279. §. 84. Mannert. VI. 2. p. 483., qui uterque hanc cum nostra *Armeniaca Sebastopoli* confuderunt; unde de finibus Armeniae et Cappadociae rectum videre nequiverunt. Nostram Sebastopolin non ita procul ab Opiunte (cf. not. 47.) et Ilyssi portu (cf. not. 51.) quaesierim; nam numeris, qui apud Ptolemaeum in editis sunt, non multum tribuo.

57) *Valentiniana et. Valentiana*, ut ceteri omnes habent, etiam Surita ad It. Ant. p. 216. ed. Wesseling. dedit. Cf. ad cap. XXX. not. 34. ibique citt.

58) *Ziganne* **AGD**. It. Ant. l. c. „Iter a Trapezunte Satalam M. P. CXXXV. Sic: Ad Vicensimum M. P. XX. *Zigana* M. P. XXXII. Thia M. P. XXIIII. Sedisscapifonti M. P. XVII. Domana M. P. XXIIII.“ Male numeris Itinerarii et Tabulae Peut. not. 44. transcriptae convenit locus, quem D'Anvillius et Reichardus Ziganae attribuerunt: remotior enim a Trapezunte fuit. Wesselingius annotavit ad v. *Zigana* „Peut. Tab. h. l. habet *Frigidarium* [Frigdarium]. Fuit uterque mansionis locus in Armenia, quam frigidissimam esse . . . . describit Gregor. Nyss. Orat. in XL. Martyres. p. 107.“ Videsis Mannert. VI. 2. p. 315. sq. Miror Strabonis (XII. p. 548. ed. Almel. p. 825.) locum „. . *ἡ Τραπεζοῦς· εἶθ' ἡ Κολχίς· ἐνταῦθα δέ που ἐςὶ καὶ Ζυγόπολίς τις λεγομένη κατοικία*“ in auxilium vocatum non esse. Ad eum respexit Steph. Byz. v. *Ζυγοί* „*Τούτων ἔοικε καὶ ἡ Ζυγόπολις παρὰ Τραπεζοῦντα . . . Τοῦ Ζυγοὶ τὸ ἐθνικὸν Ζυγιανός.*“ Igitur nomen loci nostri fuerit

Zygiana. Apud Le Quien, Or. Christ. I. p. 1346. legimus: „In Notitia veteri altera Lazicae episcopolis civitas est *Zygana*, *ὁ Τζυγανέων*, Episcopus *Tzyganeorum.* Canonibus Quini-sextae synodi subscripsit ante Ioannem Petrarum Faustinus episcopus *Gyganorum* regionis, *Φαυστῖνος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Γιγάνων χώρας.* Emendandum, *Τζυγάνων τῆς Λαζῶν χώρας.*" Si recte in tabula Iauberti „*Bylae*" ad nomen oppidi *Gumuchkhânéh* adscriptae sunt, facile situs etiam Frigidarii definiri potest, quum utrumque nomen in Tab. Peut. legatur.

59) Nomen cohortis excidisse etiam Pancirolus vidit; sed lacunae indicatio neque in scriptis, neque in editis libris est.

60) *Mochorae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Pancirolus pro suo more in Arabiam Felicem exspatiatus est; *γιγανταῖον* iter. Simlerus ad v. *Mogaro* It. Ant. p. 205., qui locus „a Tavia" M. P. XXX, a Sebastopoli in Ponto Galatico (cf. nott. 47. 56.) LXIV M. P. disparatus fuit, annotavit „Lib. Notit. *Mochera.*" quod merito Wesselingius reprehendit. Lazica regio „*ἣ ἐπικαλεῖται Μουχείρησις* [al. *Μοχήρισις*]", de qua Procopius compluribus locis (bell. Gotth. IV. 2. 14. 16. 17.) loquitur, ad h. l. non pertinere videtur, quippe quae in hod. Mingrelia fuit; neque magis Lazica nobilissima urbs *Μοχόρησις*, de qua Id. bell. Pers. II. 29. In incerto igitur huius castelli situm relinquimus.

61) *scola* 𝔅𝔈.

62) *Agentium* 𝔢[3,4,6,7].

63) *Armenie* 𝔈, omisso sequenti numero VII.


65) Hunc de evectionibus versum pro suo more omiserunt 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. Arcadius et Honorius L. 57. Th. C. de cursu publ. VIII. 5. Remistheo, duci Armeniae. „Repetita lege sancimus, ne experientiae tuae posthac prorsus sit licentia aut evectiones facere, aut *sine evectionibus nostris* facultatem cursus publici vindicare . . . ." (Dat. ann. 397.) Gothofredus ad h. l. de septem duci Armeniae ab imperatoribus datis annualibus evectionibus nihil scire potuit, quum scriptis libri nostri codicibus usus non esset.

CAPUT XXXVI.

a) *Cithiae* 𝔅𝔇, *Cythyo* 𝔈. *cum insignibus.* add. *tt.*

Ad tabulam (pag. 98.):

De notis libri mandatorum repete ad cap. XXXIII. not. a. Volumen iuxta cum sive potius folium revolutum in 𝔄 ita habet:



a) *flauiana* 𝔄.

b) *Capidna* 𝔈.

c) *Birco* 𝔱^{6,7}.

d) *Arubie* 𝔄, *Arubio* 𝔇𝔈𝔡, *Arurbio* *tt.*

e) *Cij* 𝔄𝔈.

f) *Egiffos* 𝔈, *Aegyfsos* 𝔇(?) 𝔡𝔱$^{1..4}$, *Aegyfso* 𝔱^{5,7}.

g) *Thalamonio* 𝔇.

---

1) *cithiae* 𝔇.

2) *Sacidauae* 𝔈(?) 𝔱𝔡iti. Simlerus ad It. Ant. p. 222. v. *Scaidava* librum nostrum allegavit, quod merito reprehendit Wesselingius; nam id oppidum in Moesia II. situm fuit, inter Novas Trimammiumque. *Sucidava* legendum esse videtur (quod nomen etiam infra cap. XXXVII. §. I. A, a, ✝. 7. et cap. XXXIX. §. I. C, ✝. 9. recurrit, ad quos locos vide annotata nostra). Moesiae II. et Scythiae fines cum finibus ***Danubii*** et ***Istri*** nominum, quos Ptolemaeus (III. 10.) indicat, fere conveniunt; nam inter Durostorum (cf. cap. seq. §. I. A, b, ✝. 8.) et Axiupolin (cf. hoc cap. B, ✝. 2.) secundum librum nostrum (quocum Hierocles bene convenit, qui Dorostolum Mysiae [= Moesiae], Axiupolin Scythiae attribuit; cf. p. 636. sq. ed. Wesseling.) fuerunt, aliter atque sec. It. Ant., ex cuius comparatione cum Tab. Peut. probabitur h. l. de *Sucidava Scythiae* dici; itaque minus recte Suritam ad It. Ant. p. 224. locos ex capp. XXXVII. et XXXIX. adscripsisse, cum hunc, de quo agimus, annotare deberet. Comparatio utriusque itinerarii haec est:

ITINERAR. ANT. p. 223 ... 27.	M. P.	M. P.	TABULA PEUT. VII. C...VIII. A.
Dorostoro. LEG. XI. CL.			Durostero.
	XVIII.	XVIII.	Sagadava.
Sucidava.		XII.	Sucidava.
Axiopoli.	XII.	XVII.	Axiopolis.
Capidava.	XVIII.	XVIII.	Calidava.
Carso.	XVIII.	XVIII.	Carsio.
Cio.	X.	XXV.	
Biroc.	XVIII.		Berco.
Trosmis. LEG. I. IOVIA.	XVIII.	XXI.	Troesmis.
SCYTHIA. Arrubio.	IX.	VIII.	Arubio.
Diniguttia.	IX.	XXVI.	
Novioduno. LEG. II.	XX.		Noviodum [s. Novi-
HERCULEA.	XXIIII.		oduni.]
Aegyso.	XVII.	XLI.	
Salsovia.	IX.		Salsovia.
Salmorude.	XVII.	XXIIII.	
Valle Domitiana.	XXVI.		Ad Stoma.
Ad Salices.	XXV.	LX.	
Historio.	XXXVI.	XL.	Histriopoli.
Tomos.			Tomis.

Etiam ap. Ptol. III. 10. *Σουκιδάουα* et *Ἀξιούπολις* iuxtim recensentur, et Procop. de Aed. IV. 7. „*ἔςι δὲ τρία ἐξῆς ὀχυρώματα παρὰ τὴν τοῦ Ἴςρου ἠιόνα, Σαλτουπύργος τε καὶ Δορος όλος καὶ Συκιδάβα. ὧν δὴ ἑκάςου τὰ πεπονθότα οὐκ ἀπημελημένως ὁ βασιλεὺς* [Iustinianus] *ἐπηνώρθωσε.*" Archiepiscopalem urbem *Sugdaeam*, *Σουγδαΐαν*, cum nostra *Sucidava* eamdem fuisse putat Le Quien, Or. Christ. I. p. 1229. Secundum It. Ant. *Dorostorum* a *Capidava* 48. M. P. abfuit, sec. Tab. Peut. 65; Sucidava a Dorostoro sec. illud 18, sec. hanc 30 M. P. disparata fuit: Durostorum autem in hod *Silistrija* (cf. ad cap. XXXVII. not. 31.), Capidava procul dubio in *Czernawode* (cf. seq. not. 4.) quaeri debet; de *Sucidava* nostra nihil statuere ausim propter numerorum illorum discrepan-

tiam. Vid. Cellar. I. p. 468. §. 66. Mannert. VII. p. 116. Bischoff. et Moeller. Sucidavam hodie *Osenik* s. *Assenik* vocari affirmant, sed testem non habent ipsi suspecti testes.

3) *Solentium* mss. Cf. ad cap. VII. not. 14.

4) *Capidauae* C(?) editi. In pictorum castellorum inscriptionibus *Capidana* legitur. *Capidava* It. Ant. not. 2. cit. *Calidava* Tab. Peut. ibid. *Καπιδάβα* Hierocl. p. 637. et Constantin. Porphyr. de Themat. II. 1. Vid. Cellar. et Mannert. not. 2. citt. Pag. 117. hic tamquam rem certam adiicit „Hodie *Tschernawode.*" Oppidum id est in Rumeliae sandschakatu Silistriano, ad Traiani vallum, neque confundi debet cum vico fere deserto prope *Ruscsuk* in sandschakatu Nicopolitano, cui vico nomen *Csernawode* est.

5) Cf. ad cap. VI. not. 9.

6) *Cio* (al. *Cion*) It. Ant. not. 2. a Carso X, a Biroe XVIII M. P. removet. Tab. Peut. locum non habet, neque alii veteres scriptores. Apud D'Anvillium (in tab. geogr. adiecta commentationi „Déscription de la Dace, conquise par Trajan" in Commentar. academ. inscriptionum tom. XXVIII.) est „*Cion* (vel *Dion*)", et in tab. geogr. adiecta F. C. H. Krusii Diss. de Istri ostiis (part. I. Vratisl. 1820. 8°.) affirmatur, *Cium* hodie *Salikici* [*Galaduke* aliis?] nominari.

7) *Biroe* (*Beroe* exempl. Longolian.) It. Ant. p. 225. not. 2. cit. *Bereo* Tab. Peut. ibid. *Τὴν Βερόην* appellat Theophylact. Simoc. II. 16. Sec. plerosque, inter quos etiam Mannert. VII. p. 118., prope hodiernum oppidum *Matschin* (*Macsin*) fuit; Krusius vero l. c. „Bereum, *Taschburn*" tria mill. geogr. ab oppido Matschin removit.

8) *cataphrattariorum* AB, *cathafractariorum* C, *Cataphractariorum* c⁸,⁹ff. Cf. ad cap. IV. nott. 9. 16.

9) Ita omnes per simplicem *r*, consentiente Tab. Peut. not. 2. cit. et It. Ant. ibid. cit. sec. cod. Neapolit., sed sec. codd. reg. et Blaudinian. *Arrubio* scribendum est; Longolianum *Arabio* habet. Praetulerim formam per duplicem *rr*, ut *ārubio* scriptum fuisse sumamus. Vid. Mannert. VII. p. 119.

Crediderim cum D'Anvillio locum fere contra Bessarabicum oppidum *Reni*, ad dextram Istri ripam quaerendum esse, paulo supra hunc locum. cf. cum not. 2. not. 25. Krusius autem l. c. „Arubium, *Rubeken*" 4½ mill. geogr. ab oppido *Dojan*, versus orientem habet, fere in medio inter hoc oppidum et *Babadag*.

10) *armigenorum* ABD. Cf. ad cap. IV. not. 18.

11) *aegissos* B, *Aegyfso* editi. *Aegyssus* apud Ovid. ex Ponto lib. I. ep. VIII. v. 13. multi codices habent, alii *Aegypsos*, alii *Aegisos*, *Aegirus*, *Egitos* et similia. Cf. eund. lib. IV. ep. VII. vv. 21. 53. Procop. de aed. IV. 7. (p. 293. ed. Bonn.) „φρούριον . . , ὅπερ Αἴγιςον ὀνομάζουσι . ." Αἴγισσος habent Hierocl. p. 637. et Constantin. Porphyr. Themat. II. 1. *Aegyso* It. Ant. not. 2. cit., sed alii codd. *Aegiso*, *Egiso*. Vid. Cellar. I. p. 468. §. 68. See. Mannert. VII. p. 122. (qui non vidit nomen *Aegyssos* etiam in libro nostro exstare, ideoque de solo nomine *Accisso*, quod infra C, v. 6. legitur, verba fecit) oppidum *Tulcza* (*Tuldscha*) [cf. Hassel. p. 640.] ibi conditum est, ubi *Aegissus* olim fuit. Longe aliter Krusius l. c.; nam is habet, „*Babadag*, Aegyssus"; *Tultzscha* vero *Tilicium* (φρούριον τὸ Τιλικίων Procop. l. c.) ad quartam Istri scissionem fuisse idem scripsit. *Tilicion castellum* equidem in hod. vico *Teliza*, qui inter *Isaczi* et *Babatag* situs est, quaerendum esse vel propter nominis similitudinem crediderim, Mannertique sententiam Itinerario Ant. confirmari putem.

12) Cf. ad cap. IV. not. 12.

13) *Thalamonio* C, ut etiam ceteri mss. codd. in picturae inscriptione *Thalamonios* habent. *Talamodio* $\varepsilon^{1,3,4}$. Crediderim de *Halmyride* h. l. sermonem esse, sec. It. Ant. not. 2. cit. XXVI M. P. ab Aegisso, IX M. P. a Salsovia distante; nam *Salmorude* Itinerarii ab *Halmyride* nisi nominis sono non differt (cf. Wesseling. p. 226.), atque librarios saepissime *n* et *r* inter se permutasse sexcenta exempla docent: cf. e. gr. supra not. 10. et infra nott. 18. 25. 27. et c. *Salmurios* s. *Halmurios* olim scriptum fuisse videtur. Etiam Procop. l. c.

postquam de Aegisso dixit, statim subiicit „καὶ ἄλλο δὲ φρούριον Σκυθίας ἐν ὕδατι κεῖται, Ἄλμυρις ὄνομα, κ. τ. λ." Ἁλμυρίς habent Hierocl. p. 637. et Constantin. Porphyr. de Them. I. i. f. De Gothofredi annot. ad Philostorg. H. E. lib. X. c. 6. („. τὸν δὲ Εὐνόμιον . . . πρὸς τὴν Ἁλμυρίδα φυγάδα ποιεῖν ἐγκελεύεται τὸ δὲ χωρίον τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας ἐςίν, ἐν χώρᾳ τοῦ Ἴςρου διακείμενον, ἀλλ' ἡ μὲν Ἁλμυρὶς κρυςαλλωθέντος τοῦ Ἴςρου ὑπὸ τῶν διαβάντων αὐτὸν βαρβάρων ἁλίσκεται.") cf. Wesseling. l. c. et Vales. ad Philost. Mannertus VII. p. 123. putat, Salmyridem ad cognominem lacum situm vetus castellum esse, quod *Iegni Sala* (*Ienisale*, ad lacum *Ramsin*. cf. Hassel. p. 638.) hodie nominant; Salsoviam autem (cf. It. Ant. et Tab. Peut. not. 2. citt.) aut prope civitatem *Babatag*, aut hanc ipsam atque fortasse eumdem locum esse, quem Ptol. III. 10. *Sitioenta* [al. *Sitioteuta*] nominat. sed cf. nott. 11. et 29. Krusius l. c. „Talamonum [sic], *Samora*" inter primam secundamque Istri scissionem posuit, inter oppida *Isaczi* et *Tulcza*, V fere mill. geogr. ab illo, atque ab hoc paulo plus quam III distantem. Ego locum *Samora* nusquam invenio, sed *Somovo* prope *Tulcza* in Khatoflii tab. geogr. Vallachiae, Bulgariae Rumeliaeque, quae compendiaria forma Berolini a. 1829. edita est. *Samora* cum *Salmyride* maximam soni similitudinem habet; *Somova*, cuius neque situs cum Krusii *Samora* convenit, omnino fere nullam. Igitur de hoc quoque loco Mannerti sententiam veriorem esse putem.

14) Cf. ad cap. IV. not. 37.

15) In mss. hoc nomen ubique *Mitt.* per compendium scriptum est.

16) *Naudarii* 𝔄𝔇, *Naudari* 𝔅 habere videntur; nam formae *d* et *cl* inter se simillimae sunt. Nomen, quod lexicis inserendum est, ex nomine *navicularius* contractum, neque ex Graeco ναύκληρος deducendum esse videtur; neque vero hi *nauclarii* (i. q. *nautici*) *milites* cum iis confundendi sunt, quibus civile munus rei navicularis, quod patrimonii fuit (cf. Hermogenian. L. 1. §. 1. D de munerib. L. 4.) iniunctum erat, de

quibus videas titt. De Navicnlariis Th. C. XIII. 5. Iust. Cod. XI. 1. item Valentiniani III. Novell. de Naviculariis amnicis (LXXII. s. Novell. Posttheod. lib. II. tit. 29.) atque Gothofredi paratitl. ad Th. C. tit. cit. Similes hi *nauclarii milites* eorum videntur fuisse, de quibus Not. Occ. cap. XXXIII. sub *Liburnariorum* nomine dictum est, nisi quod nauclarii inter Auxiliares, Liburnarii contra inter Legiones, ut videtur Riparienses, memorantur atque diversis navium speciebus utrique utebantur: nam quod Salmas. ad Vopisc. Aurelian. c. 38. in universum affirmat, id non perpetuum fuisse, vel unus Notit. Occ. locus demonstrat: Salmasius „Classium" inquit, duo erant genera, unum maris, alterum fluminum; in mari *liburnis*, in fluminibus *lembis* vel *lusoriis* utebantur . . .". Alii transvectioni specierum deputati erant milites, ut vehiculis munere suo fungerentur. itemque ii milites diversi fuerunt ab iis hominibus, quibus rei vehicularis munus, item civile ac patrimonii, iniunctum fuit. cf. Not. Occ. cap. XXXIV. §. I. B, ✝✝. 5. 6. Paneirolus: „Forte quod naves CXXV classis Danubii sequerentur et tuerentur, *nauclarii* sunt vocati. Erant et *Milites Tertii Nauclarii* sub sequenti Duce Moesiae II." Cf. cap. seq. §. I. A, b, ✝. 4. Vid. omnino Honorii et Theodosii L. un. Th. C. de lusoriis Danubii VII. 17., quae anno 412. emissa est, atque Gothofr. Comment. ad h. L. item Commentarii nostri „Praepositurae Mag. Mil." Bonn. 1838. 4°. editi p. 18. sqq.

17) *Flavianae* 𝔈(?)𝔢𝔡iti. Pancirolus „*Flanianae* (*Flaviae* c[1,2]) trans Danubium." Exactius dixisset loci situm incognitum esse: nam de *Valentiniana* s. *Valentinianis* Procopii (cf. not. 19.) cogitare, quamvis a Flavio Valentiniano castellum utrumque nomen habere potuit, audacius esse videtur, cum praesertim *Flaviana* a Constantino M. potius, quam a Valentiniano nomen accepisse videantur, ut ad cap. XXXVIII. not. 5. demonstrabitur. Cf. not. 31.

18) *superuertores* 𝔄𝔅𝔇. Cf. nott. 10. 13. *Superventores* ac *Praeventores*, levioris armaturae milites, Ammianus XVIII. 9, 3. inter sex legiones recenset, quae Amidam (cf. ad

cap. XXXIV. not. 2.) a. p. Chr. 359. defenderunt. Memorantur etiam *Superventores* Notit. Occid. capp. V. VII. XXXVI. Milites navales fuisse crediderim propter locum quem in Not. Dignn. optinent. Cf. Veget. de re mil. V. 7. „Scaphae tamen maioribus Liburnis exploratoriae socientur, quae vicenos prope remiges in singulis partibus habeant, quas Britanni *Pictas* vocant. per has et superventus fieri et commeatus adversariorum navium aliquando intercipi assolet, et speculandi studio adventus earum vel consilium deprehendi."

19) *Axiopoli* 𝔄, ut etiam Itinerarii Ant. codices mss. inter Graecam Romanamque formam nutant. Ptol. III. 10. inde ab hoc oppido, ad *Axii* fl. ostia condito, Danubium nomen Istri usque ad ponti ostia habere affirmat. Cf. It. Ant. et Tab. Peut. not. 2. citt. item Hierocl. p. 637. et Constantin. Porph. l. c. Apud Procop. (de Aed. IV. 11. i. f.) inter Thracica (Scythica) castella regionis mediterraneae recensentur etiam „*Βαλεντινιανά, Ἄξιοπα, Καρσώ, Γρατιανά.*" Quod Wesselingius ad It. Ant. p. 224. nomine „*Ἄξιοπα*" Axiopolim designari suspicatus est, aperte non refutatur eo quod Procopius „*ἐν τῇ μεσογείᾳ*" locum fuisse scripsit; nam id parum accurate factum esse alia ibidem enumerata oppida evincunt. Cf. etiam Le Quien, Or. Christ. I. p. 1231. Mannertus VII. p. 116. situm oppidi cum hod. „vico *Rischorat*" convenire scripsit. De oppido munito *Riszovat* s. *Rassowa* (cf. Hassel. p. 639.) cogitavit, et recte. Bischoffius et Moeller. Axiopolim fortasse hodiernam urbem *Galatsch* (*Galacz* sive *Galatz*) esse incogitanter, ut alia multa, scripserunt; nam haec longe abest, in sinistra Istri ripa, in hodierna Moldavia.

20) *Scithici* 𝔇𝔈. Indigenae an Scythae sensu latiori? Neutrum illo nomine, sed id significari puto, hos milites ab initio ad Scythiam Minorem defendendam ibi in praesidiis collocatos fuisse. Cf. ad cap. V. not. 21. atque ad cap. IV. not. 20. Pancirolus citat Amm. Marc. XX. 8, 1. „auxilia ... Scytharum poscebat [Constantius] mercede vel gratia . ."

21) *Carseum* vocari in Itin. minus recte annotavit Pan-

cirolus. cf. not. 2.; inter scripturas *Carso*, *Carro* et *Garso* variant scripti codices; sed Tab. Peut. (not. 2. cit.) *Carsio* habet. *Καρσούμ* Ptol. III. 10. *Κάρσος* Hierocl. p. 637. *Καρσώ* Procop. not. 19. cit. *Κάρπος* Constantin. Porph. l. c. Consentiunt Mannert. VII. p. 117. et Krusius l. c. locum in hod. oppido *Hirsova*, *Hirschova* s. *Kerschova* sandschakatus Silistriani quaerendum esse.

22) *Constantini* ε[6,7]ff. Cf. ad cap. VII. not. 23.

23) Frustra Pancirolus suspicatus est, fortasse *Tomis* legendum esse. Ovid. Pont. IV. 9. *v.* 79. „. . captam *Trosmin* . ." Apud Ptol. III. 10. est *Τρισμίς*, sed sec. all. codd. *Τροισμίς*. It. Ant. *Trosmis*, Tab. Peut. *Troesmis* (cf. not. 2.), Hierocl. *Τροσμίς*, Procop. de Aed. IV. 11. *Τροσμής*, Constantin. Porph. l. c. *Τρώσμις*. Oppidum sec. It. Ant. et Tab. Peut. XLVI M. P. a Carso (not. 21.), IX M. P. ab Arrubio (not. 9.) disparatum fuit, quod satis bene Mannerti VII. p. 119. opinionem confirmat, qui, ut D'Anvillius quoque posuit, illud contra ostia fluvii *Sireth [Seret]*, qui Moldaviam a Valachia seiungit, situm fuisse scribit. Krusius autem l. c. „Troesmis, *Schimschiller*" III mill. geogr. a Cio (not. 6.), in itinere ab *Hirsova* ad *Babadag* (Carso Aegyssum), fere in medio inter utrumque oppidum collocavit.

24) *Scythici* h. l. omnes. Cf. not. 20.

25) *Dirigothia* mss. (etiam teste Surita ad It. Ant. p. 225.) et editi. Reposui *n* litteram totiens cum littera canina confusam (*dĩig* pro *dũg.*). cf. supra not. 13. et infra not. 27. Ptol. III. 8. 10. *Δινογέτεια*, It. Ant. not. 2. cit. *Diniguttia* (al. *Dinigutia*, *Dimiguttia*, *Dimiguthia*, *Dangutia*). Ex Ptol. III. 8. discimus oppidum contra Hierasi fl. (hod. *Pruth*, qui Moldaviam a Bessarabia dividit) ostia situm fuisse, ibique Istri flexionem sive conversionem esse. Vid. Mannert. VII. p. 119. Krusius l. c. ad eum locum quem indicavimus, atque e cuius regione in sinistra Istri ripa oppidum *Reni* situm est, habet „Dinogetia, *Lukow*."

26) *Constantini* ε[3,3,4]. et Surita ad It. Ant. p. 226. cf.

not. 22. A Flavio Constantio imp. nominatos esse palam est. Cf. cap. VI. §. I. C, ††. 6. 7.

27) *Novioduro* 𝔄𝔅ℭ. cf. nott. 25. 13. Ptol. III. 10. *Νοviόδουνον*, Procop. de Aed. IV. c. 11. *Ναιοδουνώ*, Hierocl. et Constantin. Porph. ll. cc. *Νοβιόδουνος*. De It. Ant. et Tab. Peut. vid. not. 2. Apud Ammian. XXVII. 5, 6. *Novidunum* scriptum est, et scc. Wesseling. ad Itin. p. 226. apud Hieronym. *Neveduno*, apud Notker. *Leviduno*. Perperam *Nebiodumi* habet L. 1. Th. C. de vestib. olover. X. 21., sed recte *Novioduni* (vel *Novioduno*) L. 2. Th. C. de fisci debitoribus X. 16. Cluver. et alii ad Amm. l. c. hoc Noviodunum hodie *Nivors* in Bulgaria esse scripserunt et Wesseling. l. c. annotavit „Vocabulum est mere Germanicum *Neudun* sive *Nudun*, ut bene monuit Cluverius III. 43.“ Quae omnia nomina inter Bulgariae oppidorum appellationes frustra quaesieris. Recte, opinor, Mannertus VII. p. 121. et Krusius l. c. *Noviodunum* hoc nostrum in hod. oppido *Isakcsi* s. *Isaczi (Isakdschi)* quaesiverunt, de quod vid. Hassel. p. 639. Parum diligenter, ut solent, Bischoff. et Moeller. v. *Novidunum* hoc Scythicum oppidum cum cognomine Pannonico, de quo Itin. Ant. p. 259., confundentes Ammianum l. c. de hod. oppido *Gurkfeld in der Windischmark* loqui putaverunt; nam id *Noviodunum*, quod ad Gurciae Savique confluentes situm fuisse videtur, Pannonicum dico, cum hod. *Gurkfeld* prope Aemonam (Laibach) convenire nonnulli putant, e. gr. Cellar. I. p. 453. §. 32. et Hassel Erdb. des Oesterreich. Kaiserth. (Vinar. 1819. 8°.) p. 261., dum alii vetera *Quadrata* (It. Ant. p. 260.) ibi stetisse opinantur.

28) *Constantini* c...ᵗ. et Surita ad It. Ant. p. 226. Cf. not. 26.

29) Cf. It. Ant. et Tab. Peut. not. 2. citt. et vid. quae not. 13. disputavimus. Secundum ll. citt. Salsovia a Novioduno XLI M. P. disparata fuit, in itinere Histriopolin Tomosque, quod non male cum Mannerti sententia, prope oppidum *Babadag* aut in hoc ipso *Salsoviam* quaerentis (cf. not. 13.) quadrat. *Babatag* scribit Hasselius (Erdbeschr. des Osmann.

Reichs in Europa) p. 638. Bischoff. et Moellerus *Salsoviam* hod. opp. *Tulcza* esse rettulerunt, Reichardum secuti, qui hanc sententiam, aperte falsam, non tam strenue, quam immodeste denuo defendit in libro cui inscripsit „Sammlung kleiner geogr. Schriften.“ Güns. 1836. 8°. p. 202. Krusius, qui, ut supra (not. 11.) relatum est, *Babadag* veterem Aegyssum esse sumpsit, *Salsoviam*, ab ipso II mill. geogr. ab Aegysso, neque multo propius ad Halmyridis castelli reliquias collocatam, in castello diruto quaerit, cui hodie *Ieni-Sale (Iegni-Sala, Ienisalai, Ienisaie* apud alios) nomen est.

30) *Gracianenses* B. Pancirolus annotavit „Gratianam [Gratiana] tuebantur, unde sunt appellati.“ Gratiana (castra) et Gratianenses (milites) ab eodem imperatore nomen habent. Cf. ad cap. VII. not. 38.

31) Ita etiam editi, non *Gratianae*. cf. not. praeced. *Γρατιανά* habet Procop. not. 19. cit., neque ab alio veteri scriptore, quem sciam, memoratur. nam hoc castellum a cognomine Moesiae Superioris (cap. XXXVIII. §. I. B, ✝. 6.) non minus diversum fuit, quam Flaviana Scythica, de quibus not. 17. diximus, a Moesiacis Flavianis (cap. cit. §. I. A, ✝. 2.). Quod Pancirolus ad h. l. citavit Procop. de bell. Gotth. I. [3.] atque de *Gradisca* Illyrica, praefecturae Tergestinae oppido, verba fecit, fecit quasi librarius nihil cogitans; scilicet Lazius Hungaricum aut Slavonicum oppidum *Gradisca* ad Savum vetera *Gratiana* Moesiae Primae, minus recte, scripserat esse. Nomen *Gradisca* valde usitatum est in regionibus ad Danubium, significatque Slavonice *Arcis locum*. Ex recentioribus unus Krusius ad haec Gratiana nostra respexit; nam tab. geogr. libro ipsius adiecta ad lacum *Rasem* [s. *Ramsin*] habet „Gratiana, *Guarza*“, tria fere miliaria geogr. supra Sacrum ostium atque vicum *Zof*, pauloque longius ab hod. *Bice vienze*, quem locum veteres *Ad Salices* nominarunt.

32) *Reparienses* B. Herodian. II. 2, 19. eos appellat τοὺς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἱδρυμένους, et II. 9, 1. τὸ στρατιωτικόν, ὃ

ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου καὶ Ῥήνου ἐπικείμενον, ἀπεῖργον τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους, φρουρεῖ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν." Forcellin. h. v. „*Riparensis* et *Ripariensis*, *e*, adi. a *ripa*. *Ripa- rienses milites* dicebantur qui in ripis fluminum, praesertim Danubii seu Istri, ubi termini imperii Rom. erant, stationem habebant ad hostium incursiones prohibendas. Vopisc. Aurelian. c. 38.", ubi legitur „.. septem milibus Hiberorum [cod. *Iembariorum*, unde recte *Lembariorum* restituit Salmasius, Gothofr. ad L. ult. Th. C. de re mil. VII. 1. voluit *Liburnariorum*] Ripariensium et Castrianorum et Daciscorum interemptis." Etiam L. 18. Th. C. de re mil. VII. 1. de legionibus Ripariensibus Castricianisque dictum est, ad quem locum hanc Gothofredi annotationem transcribere iuvat: „De *Ripariensibus* agitur L. 14. Th. C. de erog. mil. ann. VII. 4., et L. 7. Th. C. de tironib. VII. 13. Dicuntur iidem et *Ripenses* L. 4. Th. C. de veteranis VII. 20.; neque enim alii sunt *Ripenses* quam *Riparienses* (quidquid Casaubonus tradiderit), qui scil. in Ripa per Cuneos et Auxilia constituti erant, dict. L. 7. de veteran.: unde et *Ripensis militia* L. 8. Th. C. de fil. mil. app. VII. 22., cuius minor dignitas erat quam Comitatensium, quibus et opponuntur d. L. 7. et d. L. 8. et L. 4. de veteranis. Eadem vero forma et provinciae *Ripenses* dictae: Dacia Ripensis, quae et Ripariensis dicitur in Notitia imp. [? cf. infra ad cap. XXXIX. not. *a*.], Noricum item, Valeria et Gallia Ripensis."

33) *Praefecturae* 𝔄𝔅𝔇𝔈 𝔢𝔡iti, et ita in seqq. ubi nihil annotatum est; *praefectus* aut *praefectura* ab initio scriptum fuisse iam supra diximus, et Pancirolus testatur „In vetusto codice hic et in sequentibus legitur *Praefectus*." Cf. ad cap. XXXV. not. 3.

34) Hoc quoque loco, ut in seqq. habetur, legerim *Herculiae*. It. Ant. not. 2. cit. habet „Trosmis, Leg. I. Iovia" et paulo post „Novioduno, Leg. II. Herculea." Cf. seqq. ✝✝. Discrepantiam iam Surita observavit, et Wesseling. ad nomen *Trosmis* annotavit: „De legione in libris magna est discordia. Dextre rem gessit qui occasionem viro docto praebuit, ut mar-

gini Fabriciani exemplaris allinere posset *Trosmis Leg. I. Iovia* et c. Nam Leg. I. Ioviam in his oris hiberna habuisse Notitia imp. perspicue docet: dat quidem illa *Leg. II. Herculeam* huic mansioni, nec id tamen Itinerario nocebit, si quidem ex usu temporis . . . in Legionum stationibus et hibernis saepe variatum fuit.“ Verum tamen in It. Ant. nomina legionum permixta esse magis equidem crediderim. Mannerto (VII. p. 118.) etiam Notitiae imp. quam Itinerarii verior visa est indicatio: legionem enim II. Herculiam Scythiae occidentales regiones, orientalem vero ripam usque ad ponti ostia legionem I. Ioviam defendisse. De nomine harum legionum dictum est supra ad cap. IV. not 29.

35) *Trosimis* $\mathfrak{c}^{1,3,4}$ foedo errore. Cf. supra not. 23.

36) *Praefectus* 𝔄. Cf. not. 33.

37) *Hercule* 𝔇, *Herculis* $\mathfrak{c}^{4}$. Cf. not. 34.

38) *predaturae* 𝔈. Pancirolus „*Pedaturam* vocat pedationem seu munitionem ex aggeribus et pedamentis factam ad ripam. *Pedationem* enim Columella lib. IV. cap. 12. pro fulcimento, quo pedamentis vinea sustinetur, accipit. *Pedaturam* ergo *inferiorem* intelligit, ubi stabat quinta cohors secundae legionis Herculiae, non tota legio, cuius pars erat etiam Trosmis, ut in sequenti.“ Ita Veget. de re mil. III. 8.„ Stativa autem castra aestate vel hieme, hoste vicino, maiore cura ac labore firmantur; nam singulae centuriae, dividentibus campi doctoribus et principiis, accipiunt pedaturas, et scutis ac sarcinis suis in orbem circa propria signa dispositis cincti gladio fossam aperiunt latam aut IX aut XI aut XIII pedibus, vel, si maior adversariorum vis metuitur, pedibus XVII.“ et c. Ad quem locum Stewechius „Certa pedum mensura *Pedatura* vocatur, militibus distributa per podismum. Sic apud Cassiodor. Varr. V. 9.“ Pari sensu Hyginus Gromat. de castramet. (Graev. thes. antiqq. Romm. X. p. 1021.), ubi de variis pedaturis agitur, vocabulo *pedatura* saepius usus est. Cf. Schel. ad Hygin. l. c. p. 1034. sq. Inscriptiones denique sepulcrales eo nomine utuntur ad designandum locum certo pedum numero definitum.“

38ᵃ) *Inferioris* omnes; sed omnino *Superioris* legendum esse videtur, ut ✝✝. 1...3. cum ✝✝. 4...6. quadrent, ut etiam cap. seq. §. I. A, c, ✝✝. 1...3. cum 4...6. conspirant.

39) *Auxiupoli* 𝕮. Cf. supra not. 19.

39ᵃ) *Ripae* excidisse apparet. Cf. ad seq. cap. not. 48.

40) *Secundae* excidisse manifestum est; sed nullum lacunae indicium neque in mss. neque in editis libris factum est.

41) Cf. supra not. 34.

42) *paedaturae* 𝕬, *predaturae* 𝕮. Cf. not. 38.

43) *Prosmis* 𝕬𝕮, ~*profmif* 𝕯. Cf. supra not. 23.

44) *primaei* 𝕬 et ita, sive *prunaei* 𝕭.

45) Cf. supra not. 34. Id solum h. l. addendum est, Wesselingium ad It. Ant. p. 225., ubi inter medias Scythicas mansiones nomen *Scythia* legitur (cf. not. 2.), pro quo maior codicum scriptorum pars *Scythica* habet, hoc vocabulum rectius esse, ut Legionis Primae Ioviae sit cognomen, coniecisse. De *legione quarta Scythica* habuimus cap. XXXII. §. I. A, a, ✝. 8., atque huic soli, quod sciam, Scythicae cognomen inditum fuit. Magis esse videtur, ut illud nomen *Scythia*, quod ante nomen *Sucidava* collocandum fuerit, ex margine in locum sibi non debitum irrepsisse sumamus.

46) Cf. supra not. 27.

47) *Praefectus* 𝕬. Cf. nott. 33. 36.

48) *Novioduno* omiserunt 𝕭. Cf. not. 27. cit.

49) *Ioutae cohors quinte* 𝕯. Pancirolus quam sibi excogitavit difficultatem facile ex superioribus solvere poterat; haec annotavit: „oportuit hanc quintam cohortem legionis primae Ioviae divisam fuisse, quia duobus in locis statuitur, aut alter numerus pro quinta substituendus."

50) *accasso* 𝕮. Mannertus de Aegysso scribens (cf. not. 11.) de forma *Accisso*, quasi ea sola liber noster uteretur pro Aegysso, scripsit. In eo eidem adstipulor, quod hoc quoque loco de Aegysso dici putavit. Krusius autem oppidum *Matschin* olim Accissi nomen gessisse opinatur; de quo vid. supra not. 7.

51) *cohortis et secundae* habent 𝔄𝔅ℭ𝔇𝔈. Sine lacunae indicatione *τὸ et* omiserunt editi. Locum mancum esse palam est; neque vitium sustulit et ne contegit quidem Pancirolus his verbis „Huius legionis [primae Ioviae] Cohors secunda *Herculia* est dicta, cum legio Iovia cognominaretur, et praeerat musculis, id est minoribus machinis, quibus tecti milites fossas complanabant.“ Legendum esse videtur *Legionis Primae Ioviae Cohortis Quintae et Legionis Secundae* et c., sive quod melius loco conveniat, *Legionis Primae Ioviae et Secundae Herculiae Cohortis Quintae*, ut de utriusque legionis cohortis quintae musculis sermo sit.

52) Non de bellicis machinis, de quibus mox dicam, sed de lembis sive curtis navigiis h. l. dici mihi persuasum est. In notis Tironis p. 178. est „Cymbula, *musculus*, lembus“, et Isidor. Or. XIX. 1, 14. „Longae naves sunt, quas *dromones* vocamus, dictae eo quod longiores sunt ceteris, cui contrarius est *musculus*, curtum navigium.“ et hodieque Veneti parvam navem *topo* (murem) appellant sec. Furlanett. ap. Forcellin. h. v. De bellicis machinis h. l. dici negaverim, quoniam eae cuius praecipui usus in Scythia atque Massiliae Graecorum (cf. Not. Occ. cap. XL. §. II. A, ✝. 3.) fuerint, ego certe non video; easdemque prout necessitas urgebat factas, non in armamentariis, ut praesto essent, si quando adhibendae viderentur, servatas fuisse res ipsa docet. atque praecipue me movet, quod musculorum et muscularioram liber noster inter ripensia praesidia, ubi de lemborum usu nemo dubitabit, mentionem facit. Pancirolus de terrestri machina in commentario dixit, cuiusmodi *Musculi* formam gromaticorum tacticorumque princeps ipse descriptam nobis reliquit, Caes. de bell. civ. II. 10. (cf. bell. Gall. VII. 84.) „... musculum pedum LX longum ex materia bipedali, quem a turri latericia ad hostium turrim murumque perducerent, facere instituerunt; cuius musculi haec erat forma: Duae primum trabes in solo, aeque longae, distantes inter se pedes IV conlocantur, inque eis columellae pedum in altitudinem V defiguntur. has inter se capreolis molli fastigio coniungunt,

ubi tigna, quae musculi tegendi causa ponant, conlocentur. eo super tigna bipedalia iniciunt, eaque laminis clavisque religant. ad extremum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas, IV patentis digitos, defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigato atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus lutoque musculus, ut ab igni qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur; super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua inmissa lateres diluere posset; coria autem ne rursus igni aut lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne, tectum vineis, ad ipsam turrim perficiunt, subitoque, inopinantibus hostibus, machinatione navali, phalangis subiectis ad turrim hostium admovent, ut aedificio iungatur.“ Ad hanc Caesaris descriptionem musculi compositionem figuramque descripsit ac depinxit Car. Guischardt. Mémoires milit. Lugd. 1760. 4°. tom. II. p. 23. sqq. et tab. I. Cf. etiam de his musculis Veget. IV. 16. cum Stewechii comm., item Isidor. Or. XVIII. 11, 4. et videsis Turneb. Adversarr. XI. 24. Lipsii Poliorect. I. dial. 9.

53) Cf. quae nott. 16. et 32. disputavimus.

54) Ita (s. *in plateypegus*) 𝔄𝔅, *ipplateipegiis* 𝔇, *in Platypegiis* 𝔈(?) editi, et Pancirolus annotavit: „In Ursini codice mendose legitur *Xyplateypegiis.*“ Latam plagam Latine nomen *Platypegia* significare, locumque ad pontum Euxinum positum fuisse affirmat, sed sine teste, ipse in rebus ad geographiam pertinentibus intestabilis homo, quamvis non improbus. Utrum τὸ τῶν πηγῶν πλάτος, an laterum sive plagarum (τῶν πλάγων) latitudo nomen loco dederit, ut Pancirolus *Platyplegiis*, non *Platypegiis* per *latam plagam* vertit, non definio; pari iure πεδία πλατῆ indicari putes, quod aut planitiem latam significat (ut L. un. Th. C. de lusor. Danubii VII. 17. de Scythico limite imperatores eum „in latius diffusiusque porrigi“ scripserunt) aut salsam: nam πλατὺς etiam i. q. *salsus.* Vel si cui de πλατυϊππηγίοις cogitare placeret, liberam ei coniectationem permitterem. De situ loci aeque constat, atque de nomine. Krusius „Platypegia, *Filibega*“ tria fere mill. geogr.

infra opp. *Tulcza*, meridiem versus, ad quintam Istri scissionem habet; quonam iure nescio. De Istri ostiis insulisque inter ipsa vid. Strabon. VII. p. 305. (468. ed. Almelov.), Plin. IV. 12. sect. 24., aliosque quos nominant Cellar. I. p. 469. §§. 70. sq., Mannert. VII. p. 227. sqq. et Krusius Diss. cit. de Istri ostiis.

55) *Offitium* 𝔈.

56) Ita omnes; sed hanc scripturam ferendam non esse iam Pancirolus et Gothofredus observaverunt. Fortasse legendum erit *pro protectore*, i. e. *adorata clementia principali princeps officii fit protector.* Pancirolus annotavit: Princeps officii „adorabat, i. e. salutabat, Protectorem; sed forte legendum *Principem*, vel *Purpuram inter protectores*, quia solus princeps, non alii, adorabantur. Praeterea cum plures essent protectores, non diceret Protectorem in singulari, quia de quo loqueretur non constaret. Simile privilegium datur Apparitoribus P. Urb., ut singulis annis adorent sacram purpuram, et Cornicnlariis P. Praet., non aliis.“ Cf. trium seqq. capp. §§. II. ✝✝. 1., item capp. XIX. ... XXIII. et cap. XXV. §§. II. ✝✝. 1. Gothofredus postquam ad L. un. Th. C. de Pp. s. cubic. VI. 8. adorationis vel προσκυνήσεως ritum docte explicavit, et „male *adorat Protectorem* editum“ in Not. imp. esse editum dixit, ad LL. 4. sqq. Th. C. de div. off. VIII. 7. haec annotavit „Datum id quoque nonnullis Officialibus Vicariorum, uti singulis annis Purpuram attingerent et venerarentur. Itemque aliorum spectabilium magistratuum Officialibus, veluti Proconsulum, Comitum rei militaris, Praefectorum Augustalium, Ducum, puta principibus officii ipsorum, qui transacto principatu adorata clementia principali exibant. Varie autem: alii quippe *cum insignibus*, i. e. cum consulari dignitate, veluti Princeps officii Proconsulis Achaiae, Comitis Orientis, Praefecti Augustalis, Vicariorum [cf. capp. XIX.... XXIII. ll. cc., sed contra cap. XXIV. §. II. ✝. 1. et cap. 24^A. §. II. ✝. 1.?] et Comitis Aegyptiaci limitis [cap. XXV. l. c.]. alii vero *inter Protectores* tantum (ita enim reponendum in Notitia: non *adorat Protectorem*, verum *adorat Protector*, vel *inter Protectores*), veluti Principes

officii Ducis Scythiae *et c.* [cf. hoc cap. et seqq. usque ad XXXIX.]. Denegatus autem is honos penitus Officialibus Rectorum provinciarum, clarissimorum, etiam Principibus officii eorum, ut diserte statuitur L. 16. [Th. C. eod. i. e. de div. off.] et videre quoque est in Notitia Imperii. " Similia fere repetit ad L. 3. Th. C. de fabricensibus X. 22.

57) *offitiales* 𝕮.

58) *Scythie*

59) Numerum *V.* ex mss. solus cod. 𝕮 non habet. 𝕰diti omnes pro suo more evectionum indicationem omiserunt.


CAPUT XXXVII.

α) Pancirolus monet: „Duae sunt . . Moesiae, seu Mysiae: prima quae superior, et secunda quae inferior vocatur. . . . Quaelibet proprium Ducem habebat, et utriusque eadem erant insignia [, quod non per omnia verum est], et officium. . . . Ursini codex, etsi turbata ostendit eorum insignia, Ducem tamen Moesiae primae Duci Moesiae secundae, ut puto rectius praemittit . ego vero impressi [i. e. 𝔡] ordinem sequor. " Male putavit et bene egit Pancirolus: ab Armeniae Duce ad Scythiae Ducem venimus, et ita versus occidentem porro ad Ducem Inferioris sive Secundae, deinde ad Primae, et sic deinceps pergit expositio.

β) *Mœsiæ fcdæ.* 𝔄, *Mesie scde* 𝕮. *cum insignibus.* add. 𝔢𝔢.

Ad tabulam (p. 101.):

De notis libro mandatorum inscriptis ad cap. XXXIII. not. a annotata repetenda sunt. Signa in folio revoluto 𝔄 haec exhibet:



in 𝔡𝔢$^{1\ldots4}$ idem folium sine notis ita depictum est, ac si separatum volumen esset.

a) *Prifta* 𝔇(?)𝔡𝔢𝔢.

d) *Dimo* 𝔄 (cf. infra not. 4.), *Dunum* 𝔡𝔠𝔢.

e) *Sueidaua* $\mathfrak{e}^{3,4}$.

1) *Maesiae* 𝔄. Statim subiicio eos It. Ant. et Tab. Peut. locos qui omnino ad hoc caput faciunt:

ITINERAR. ANTON. p. 221...23.	M. P.	M. P.	TABULA PEUTING. VII. B, C.
Uto. *[cf. cap. XXXIX. §. I. A. †. 9.]*	XII.	VIIII.	Vio [l. Uto].
Securisca.	XII.	XVII.	Anasamo.
Dimo.	XVII.	XIII.	Securispa.
Novas. LEG. I. ITALICA.	XVIII.	XVI.	Dimo.
Scaidava.	VII.	VIIII.	Ad Novas.
Trimammio.	VII.	XVI.	Lairo.
Sexantapristis.	IX.	XII.	Trimamio.
Tigra.	XIII.	VIIII.	Pristis.
Appiaria.	XVI.	XIIII.	Tegris.
Transmariscam.	XIII.	XIII.	Appiaris.
Candidiana.	XII.	XII.	Trasmarisca.
Teglicio.	XII.	XIII.	Nigrinianis.
Dorostoro. LEG. XI. CL. *[cf. cap. XXXVI. not. 2.]*		XI.	Tegulicio.
			Durostero.

2) *Securiscae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. *Securisca* (al. *Sesurisca*) It. Ant. not. 1. cit. et Procop., *Securispa* Tab. Peut. ibid. Procop. de Aed. IV. 7. „. . *ἐπὶ Μυσοὺς ἴωμεν . . ἐπεὶ καὶ χώραν τὴν Ἰλλυριοῖς ὅμορον ἔχουσι . μετὰ τὸν χῶρον οὖν, ὅνπερ Λουκερναριαβοῦργον καλοῦσι, Σεκούρισκα τὸ φρούριον ᾠκοδομήσατο Ἰουςινιανὸς βασιλεὺς, καινουργήσας αὐτός. ἐπέκεινά τε τὰ πεπονηκότα ἐν Κυντοδήμου ἀνενεώσατο. καὶ μετὰ τοῦτο πόλιν ἐδείματο οὐ πρότερον οὖσαν, ἥνπερ ὁμωνύμως τῇ βασιλίδι Θεοδωρόπολιν ἐπωνόμασεν.*“ Theophyl. Simoc. *Curiscam* et alio loco *Cariscam* hoc castellum nominat: VII. 2. „. . *ἐπὶ τὴν Θεοδώρου* [scribere debebat *Θεοδώρας*] *πόλιν τάφρον ἐχαράξεν, ὑπὸ πρώτην δὲ ἕω ἐν τῇ λεγομένῃ Κουρίσκᾳ φοιτᾷ ..τρίτῃ δὲ ἡμέρα, καὶ ἐν Ἀσίμῳ τῇ πόλει τὰς*

ἐπαύλεις ποιεῖται.“ Id. VIII. 6. „. . . *τὰ Ἄσημα παραμείψαντες (φρούριον δὲ τοῦτο) γίνονται ἐν Καρίσκᾳ, ὅθεν διαπορθμεύσασθαι ἤμελλον εἰς τὰς τῶν βαρβάρων σκηνώσεις.“* Mannert. VII. p. 111. Securiscam ibi positum fuisse scribit, ubi hod. oppidum *Sistov* (*Sistowa*, *Schistab*, sandschakatus Nicopolitani. cf. Hassel. p. 643.) veteris nominis vestigia exhibet.

3) *Solentium* ABD. Cf. ad cap. VII. not. 14.

4) Hunc versum omisit C. In B *dimo* pro *Duno* esse videtur, ut *Dimo* etiam It. Ant. et Tab. Peut. not. 1. citt. exhibere videntur; sed rectius *Duno* legendum (nam in scriptis *dimo* et *duno* vix inter se differunt) esse puto. Apud Procop. de Aed. IV. 11. inter castella ad Istrum sita *Διμώ* nominatur, quod Wesselingius ad It. Ant. l. c. *Διμοῦ* legendum esse coniectavit; utrum recte necne, non facile definiri potest, quoniam quo ordine Procopius eo loco castella recensuerit non apparet, immo nullum plane ordinem observatum esse magis est ut dicamus. Mannert. l. c. p. 110. locum quaerit apud hod. vic. *Vardia* (*Wardin s. Wardina*), qui infra oppidum *Schistow* fere VII M. P. remotus, itaque propius positus est, quam secundum Itineraria Dimum a Securisca abfuit. Cf. not. 1.

5) *Latius* s. *Latuis* AD, *Latiis* B. *Latro* Tab. Peut. not. 1. cit. Procop. post loc. not. 3. transcr. pergit: *ἔτι μέντοι φρουρίων τοῦ τε Ἰατρῶν καλουμένου καὶ Τιγᾶς τὰ πεπονθότα νέᾳ τινὶ διεσώσατο οἰκοδομίᾳ . .“* Et Theophylact. VII. 2. „. . *ἐπὶ τὸ Πίζου γίνεται φρούριον, μετὰ τοῦτο πρὸς τὰ Ζαλδαπὰ ἀφικνεῖται . δευτέρα δὲ ἡμέρα, καὶ πρὸς τὴν Ἰατρὸν τὴν πόλιν φοιτᾷ, καὶ δῆτα τὸ Λαταρκίου φρούριον παραμείψας εἰς Νοβὰς στρατοπεδεύεται.“* Id. VII. 13. „. . *ἐπὶ τὴν Μυσίαν χωρεῖ, ἐπί τε Ζικίδιβα τὰς σκηνὰς συνεπήξατο. ἑβδομαῖος δὲ εἰς Ἰατρὸν ἀφικνεῖται τὴν πόλιν.“* Cum idem sequenti cap. *τὸν λεγόμενον Ἰατρὸν ποταμὸν* nominat, quem Plinius III. c. ult. sect. 29. *Ieterus*, Reichardus *Iantrus*, hod. *Iantra* appellant, rectius *Iatris* pro *Latris* scribendum locique situm, quanquam Tabulae Peut. numeri non conveniant, ad ostia Iantrae II. quaerendum esse puto. Cf. locum contra

hodiernum *Rostzig* in sinistra Iantrae ripa apud Marsil. Danub. I. tab. 20. sect. XVIII. D'Anvillius in eo fere loco, ubi *Iatrus*, quae *Iatrorum* nomen etiam gessit, quaerenda esse nobis videtur, posuit *Ad Iatrum*. Videsis Mannert. VII. p. 111. sq.

6) Eodem quo nos exhibuimus ordine versus 4. et 5. in 𝔄 exhibentur. In 𝔅𝔈 omissus est versus noster 6. In 𝔇 et editis hi duo versus inverso ordine exstant.

7) *armigerorum* S·R· 𝔄, *Secundorum* omisit 𝔅. De Armigeris diximus ad cap. IV. not. 18.

8) *Tegrae* 𝔈(?) editi. *Tigra* It. Ant. not. 1. cit. et *Τίγρα* Procop. de Aed. IV. 11., sed *Τιγὰ* not. 5. transcr. loco. *Tegris* Tab. Peut. not. 1. cit. Vid. Mannert. VII. p. 113. Locus inter *Ruscsuc* et *Turtukai* (Hassel. p. 642. sq.) fuit, fere ubi hodie vicus *Tabak* situs est. Bischoff. et Moeller. habent „prope hod. *Olughissar* sec. Reich."

9) *Sexaginta Presta* 𝔄. De 𝔅𝔈 cf. not. 6. „Ursini codex" ait Pancirolus, „*Sexaginta* habet, sine alia dictione, ut intelligantur hi equites LX fuisse." *Sexagintapristae* editi. *Τιριςὴ* [*Πριςὴ*] *πόλις* Ptol. III. 10. *Pristis* Tab. Peut. not. 1. cit. *Sexantapristis (Sexantapistis, Sexanprisos)* It. Ant. ibid. cit. *Ἐξεντάπριςα* Procop. de Aed. IV. 11. *Ἑξανταπριςὶν* nominat Niceph. Callist. XIV. 39., ex Socrat. H. E. VII. 36. „. . *ἀπὸ Σεξανταπρίςων τῆς Μυσίας.*" Cf. Suritam et Wesseling. ad Itin. Ant. l. c. et Le Quien, Or. Christ. I. p. 1221. Suritae haec annotatio est: „Ab immani piscium magnitudine, quos in Danubio gigni Plinius auctor est, uti marionem, quem protelis boum extrahi memorat; an a navigiorum numero et classe nomen invenerit hoc oppidum, res videtur explicatu difficilis." *Pristis* enim (a. v. *πρίζειν*) belluam marinam longi et angusti corporis significat, ab eaque certa navigiorum species nomen accepit. Cf. Forcellin. v. *Pistrix*. Mannert. VII. p. 113. oppidum versus occidentem ab hodierno vico *Lipnik*, qui non ita procul ab oppido *Ruscsuc* abest, situm fuisse putavit. sed certe ad Danubii ripam locus situs fuit, si a navigiis, quod verum habeo, nomen ei inditum fuit.

10) *Appiariae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. *Appiaria* It. Ant. not. 1. cit. *'Αππιάρια* Hierocl. p. 636. item Ioan. Chrysost. et epist. ad Leonem imp. apud Le Quien, Or. Christ. I. p. 1225. citt. et subscr. L. 3. Hermog. Cod. de deposito. *Appiaris* Tab. Peut. not. 1. cit. *'Αππίαρα* Procop. de Aed. IV. 11. Idem castellum *τὸ φρούριον τὴν 'Αππέρειαν* appellare videtur Theophyl. Simoc. II. 15. i. f. Mannertus VII. p. 114. prope hod. vic. *Kiliman* fuisse scripsit. Itinerariorum numeri faciunt, ut de vico *Karasul* ad Danubium cogitem.

11) Cf. ad cap. VI. not. 9.

12) *Sucidavae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. *Scaidava* legendum esse videtur. Cf. ad cap. XXXVI. not. 2. et ad h. c. not. 1. Pancirolus putavit, fortasse hanc *Sucidavam* eamdem atque prioris cap. §. I. A, ✝. 1. *Sacidavam* atque utrumque Ducem, Scythiae Moesiaeque Inferioris „prope hoc oppidum castrametatum fuisse.“ *Σκεδεβὰ* et *Νόβας* apud Procop. de Aed. IV. 11. inter castella ad Danubium post Tigram (cf. not. 8.) leguntur. *Ζικίδιβα* Theophylacti (cf. not. 5.) idem castellum esse apparet atque Procop. l. c. *Ζικίδεβα*, quod hic post Nicopolim (cf. not. 16.) recenset. Sed fallitur certe Mannertus VII. p. 112. coniectans *Scaidavam* idem oppidum fuisse, atque quod Iustinianus imp. in honorem Theodorae suae condidit nominavitque: distincte Procopius Theodoropolin *πόλιν οὐ πρότερον οὖσαν* appellat. Locus non procul ab opp. *Ruscsuc* situs fuisse videtur, quod Mannertus quoque putavit.

13) Cf. cap. XXXVI. §. I. B. et ad cap. IV. not. 37.

14) *Mitt* 𝔄𝔊, et ita in sqq. versibus. Cf. ad cap. XXXVI. not. 15.

15) *Preventores* 𝔄. Cf. ad cap. XXXVI. not. 18.

16) *Anasamo* Tab. Peut. not. 1. cit. Apud Theophyl. not. 2. cit. *ἡ Ἄσιμος πόλις* et *τὰ Ἄσημα* dicitur, quod probat locum ad *Escami* (Plin. III. 26.; hodie *Osma*, sive ut Marsilius habet, *Otzuma*, sive sec. Mannert. *Osuma* vel *Ostru*) fl. ostia, prope hod. civitatem *Nicopoli* (cf. Hassel. p. 641. sq.) situm fuisse, puto in sinistra Osmae s. Escami Danubio sese miscentis

ripa. D'Anvillius ibidem *ad Osmum* posuit, iuxta Nicopolim ad Istrum. Cf. Marsil. Danub. I. tab. 19. sect. XVII. Mannert. VII. p. 111. *Nicopolis* ea memoratur a Procopio not. 12. cit. Alia est quam Hieroclis *p.* 636., ad quem locum non bene Wesselingius annotavit, eam ad confluentes Istri et Iatri sitam fuisse; nam Hierocles de hodierna *Nikobi* sive *Nikup* prope Iantrae et Russitae confluentes locutus esse videtur. simili modo erravit Le Quien, Or. Christ. I. p. 1224. scribens, Nicopolin ad Iatri fluminis in Danubium confluentiam positam videri in Tab. Peut. Tabulae VII. C *Nicopolistro* [non *Nicopolisero*] ad h. l. non pertinet, sed in iter a Marcianopoli Philippopolin. Idem dicendum est de Nicopoli Moesiae, de qua Ammian. Marc. XXVII. 4, 12. et XXXI. 5, 16. „*Nicopolis*, quam indicium victoriae contra Dacos Traianus condidit imperator.“ Cf. Iornand. Get. c. 18. D'Anvillius tres Nicopoles Moesiae Inferiori attribuit, unam *ad Istrum*, quae hodie vetus nomen retinet, alteram *ad Iatrum*, *Nikobi*, tertiam *ad Haemum* (Ptol. III. 11.). Sed secundam et tertiam eamdem fuisse cum Mannerto VII. p. 140. et Reichardo putaverim, a quo priori tamen in eo dissentiendum est, quod Nicopolim ad Iatrum sive ad Haemum in hod. oppido *Ternowa s. Tirnawa* quaerendam esse scripsit, dubitans, ut videtur, an *Nikopi* a D'Anvillio adhuc exstare minus recte affirmatum fuisset. Vid. Hassel. p. 643. Unum h. l. non annotare nequeo, nomen Nicopoleos *ad Iatrum* et *ad Istrum* utrumque recte se habere idemque oppidum significare, infra quod *Iantra* fl. navigabilis esse incipit, viamque ad Istrum facit. Ita de numis qui Nicopoleos ad Istrum, *πρὸς Ἴστρον*, mentionem faciunt, fortasse aliud atque solent, statuendum erit. Cf. Wesseling. ad Hierocl. l. c. Eckhel. I. 2. p. 17. Mannert. l. c.

17) Cf. ad cap. VII. not. 23.

18) *trimaminio* B habere videtur. *Τριμμάνιον* sive *Τριμάνιον* Ptol. III. 10. *Trimammio (Triamanmio*, *Triammanuo, Triamamnio)* It. Ant. not. 1. cit. *Trimamio* Tab. Peut. ibid. cit. Mannertus VII. p. 112. putat hoc castellum fuisse prope hod.

Murotin (al. *Maretin* s. *Marotin*), qui vicus duo fere mill. geogr. infra *Ruscsuc* situs est ad Danubium. Bischoff. et Moeller. „apud *Pirgo* [? *Burgos* supra *Ruscsuc*?) sec. Reich.“ Mirarer si nomen loci ex situs proprietate explicari non posset.

19) *Daciscii* AB. Recte quidem Salmas. ad Vopisc. Aurelian. c. 38. „*Daci* et *Dacisci*, ut *Hunni*, *Hunnisci*“ et c.; sed minus recte *equites* fuisse Daciscos generaliter affirmavit; nam quod „in veteribus saxis“ *alae Dacorum* memorantur, non probat Dacos Daciscosque omnes non nisi in equitatu habitos a Romanis fuisse.

20) *Mediolano* C(?) editi. Fortasse *Δεοντάνα* Procopii de Aed. IV. 11. post Appiariam et Sexagintapristin (cf. nott. 9. 10.) recensita ad h. l. faciunt. Mihi de hoc castello nihil constat. Pancirolus annotavit „significat haec vox secundum Goropium lib. I. Gallicor. i. f. lingua Cimbrica regionem suppeditantem magnam copiam metedorum [*metendorum*? *metodorum* c[2,3], *methodorum* c[4,6,7]].“ Meliora de nominis significatione alii. *Mediana*, suburbanum Naesi (hod. *Nissa*. cf. ad cap. X. not. 48.), a civitate tertio lapide disparatum (Amm. Marc. XXVI. 5, 1.), palam est ad h. l. non pertinere. itaque nunc non disquiro utrum recte Gothofredus ad L. 13. Th. C. de operib. publ. XV. 1. et L. 8. Th. C. de iure fisci X. 1. litteras *Med.*, quae habentur in multis aliis quoque constitutionum, in topographia C. Th. sub v. *Mediolanum* magnam partem indicatarum subscriptionibus, *Medianae* significare scripserit, necne. Nullum Gothofredus Cellario I. p. 464. §. 54. dubium reliquit.

21) *tercii* D.

22) *naucharii* D. Cf. ad cap. XXXVI. not. 16.

23) *Appiariae* C(?) editi. Cf. supra not. 10.

24) Cf. infra not. 40.

25) *Transmariscae* omnes. *Τρομάρισκα* Ptol. III. 10. *Transmariscam* It. Ant. *Trasmarisca* Tab. Peut. not. 1. citt. Procop. de Aed. IV. 7. loco supra (ad cap. VII. not. 28.) transcripto *Tramacariscam* appellat; sed paulo post *Trasma-*

ricam; cf. sq. not. 27. „In Notitia Leonis Aug. episcopus urbis ὁ *Τραμαρίσκων* dicitur“ annotavit Wesseling. ad It. Ant. l. c. Locum contra fluvii *Ardschisch* Danubiique confluentes, in quo angulo *Daphne* Constantini (cf. ad cap. VII. not. 28.) condita fuit, id est ubi hodie oppidum *Turtukai* sive *Tolorkan* (cf. Hassel. p. 643.) positum est, olim exstitisse consentiunt Dd.; sed unde Mannertus VII. p. 114. et Reichardus sibi sumpserint, fluvium *Ardsisch* s. *Ardschisch* olim *Marisci* nomen gessisse atque inde Transmariscae vocabulum enatum esse ipsi non dixerunt, neque equidem dixerim. Sec. D'Anvill. fluvii *Ardschisch* vetus nomen *Ordessus* s. *Ardeiscus* fuit. Vid. eius Comm. de Dacia Traiani in „Mémoires de l'Académie des Inscriptions“ tom. XXVIII. p. 461. sq.

26) *Moesiaci* A. Amm. Marc. XX. 1, 3. „Moto velitari auxilio, Aerulis [*l.* Herulis] scilicet et Batavis, numerisque Moesiacorum duobus ...“ Vid. de Moesiacis Vales. ad hunc Ammiani locum et cf. supra ad cap. VII. not. 32.

27) *Candidianae* C(?) editi. Secundum It. Ant. not. 1. cit. XIII M. P. infra Transmariscam *Candidiana*, sec. Tab. Peut. ibid. cit. XII M. P. infra Transmariscam *Nigriniana* conditae fuerunt, et Procopius etiam (de Aed. IV. 7.) „*μετὰ δὲ Τρασμαρικὰν*, inquit, *ἔρυμά τε τὸ Ἀλτηνῶν καὶ ὅπερ καλοῦσι Κανδιδιανά, καθῃρημένα πρὸς αὐτῶν πολεμίων πολλῷ πρότερον, ἐπιμελείας ἠξίωσε* [*Ἰουστινιανὸς*] *κατὰ λόγον τῆς χρείας.*“ Ita solent tum locis inter se vicinis, tum etiam iisdem ipsis locis, occasione nominis mutandi data, sibi contraria oppositaque nomina imponere. Neque cum Toinardo ad Lactant. de mort. persecc. cap. 20., ut Wesseling. ad Itin. Ant. l. c. refert, a Candidiano, Galerii Maximiani filio, nomen castelli deduxerim. Contra Cellar. I. p. 467. sq. §. 66. rettulit Toinardi coniecturam esse, Galerii filium a castello, in quo vel natus vel educatus fuerit, nomen accepisse. Utrum *Nigriniana* et *Candidiana* vicina castella fuerint, ut D'Anvillius et Reichardus sumpserunt, an eiusdem castelli diversa nomina, cum Mannerto VII. p. 114. in medio relinquendum esse videtur.

Quaesierim *Candidiana*, sive *Candidianam* mavelis, in hod. vico *Kadikioi* aut in vicinia huius loci.

28) „Forte hi milites *Secundi Moesiaci* appellandi, ad differentiam praecedentium“ annotavit Paneirolus, et ipse opinarer, nisi totiens horum locorum plane similes offendissemus. Cf. c. gr. huius cap. §. I. A, a, ✝✝. 4. 5.

29) *Teglitio* D. *Teglicio* (*Teclitio* s. *Teditio*) It. Ant. not. 1. cit. *Tegulicio* Tab. Peut. ibid. cit. Illud corruptum nomen esse videtur; utrumque rectum esse puto. Post Procopii locum not. 27. recitatum sequitur ille quem ad cap. XXXVI. not. 2. rettulimus de Saltopyrgo, Dorostolo et Sycidaba; deinde de quibusdam castellis a ripa remotis refert, atque addit „*καὶ φρούριον δὲ τὸ Τιλικίων ᾠκοδομήσατο καὶ αὐτοῦ ἐν ἀριςερᾷ κείμενον ἔρυμα.*“ Mannertus VII. p. 115. inde coniectavit Saltopyrgum Procopii cum Teglicio nostro idem castellum fuisse, quod probari non posse crediderim; sed nec (quod Reichardus fecit) Procopii „*τὸ Τιλικίων*“, neque castellum in regione mediterranea situm, quod Id. IV. 11. „*Τιλλιτώ*“ appellat, ad locum nostrum traxerim, sed forte ad vicos *Telitza* dictos, qui in Scythiae Minoris regionibus, hodiernoque sandschakatu Silistriano sunt. Bischoff. et Moeller. Teglicium sec. Reich. apud hod. *Veterniczam* esse scripserunt, quod satis bene cum Itinerariorum computatione convenit; nam vicus *Weternitze* fere $2\frac{1}{2}$ mill. geogr. supra *Silistrijam* ad Danubium situs est, non procul a vico *Tschitalja* s. *Tschitalscha*.

30) Cf. ad cap. XXXVI. not. 26.

31) Ptol. III. 10. *Δουρόςολον* (*Δουρόςορον* cod. Palat.) *λεγιὼν πρωτὴ Ἰταλική.* Cf. not. 39. sq. It. Ant. not. 1. cit. *Dorostoro Leg. XI. Cl.*, Tab. Peut. ibid. cit. *Durostero*. Inter quattuor Mysiae urbes ab Amm. Marc. XXVII. 4, 12. celebratas altera est *Dorostorus*. *Dorostoli* habent subscriptiones constitutionum imperialium ibi emissarum, L. 14. Th. C. de susceptorib. XII. 6. (ubi Gothofr. temere *Dorostori* reponi voluit), L. 4. C. si quis ignorans V. 73. L. 6. C. de novationib. VIII. 42. L. 20. C. ad L. Corn. de fals. IX. 22. Uni

L. 11. Th. C. de iure fisci X. 1. *Dorostori* subscriptum est. Ita forma per *l* etiam apud Graecos scriptores posteriorum temporum magis in usu fuisse videtur: Procop. ad cap. XXXVI. not. 2. cit. *Δοροςόλος*, item Hierocl. p. 636. et Theophyl. Sim. VII. 6. (qui I. 8. *Δορόςυλον* habet), alii. Etiam formas *Δωρό-ςολον*, ac more Byzantinorum transpositis syllabarum initialibus litteris, *'Ροδόςολον* invenimus. cf. Wesseling. ad Itin. Ant. l. c. Per medium aevum nomen civitatis *Drystra* sive *Dristra*, quod hodieque superest, in usum venit, ut Zonaras et loci apud Le Quien, Or. Christ. I. p. 1228. sq. citt. probant: ille in Annal. XVI. c. 12. (ed. Du Fresne II. p. 177.) „ἐν Δοροςόλῳ, ait, τοῦτο δ' ἡ Δρίςρα ἐςί"; hic autem de situ loci valde erravit, cum „inter Succidavam et Axiopolim" positam fuisse Dorostorum scripsit. cf. ad cap. XXXVI. not. 2. citt. ll. Inter omnes constat Dorostoli hodierna nomina *Dristra* sive, quod magis notum est, *Silistrija* vel *Silistra*, eamque cognominis sandschakatus caput esse. cf. Hassel. p. 637. sq. et videsis Mannert. VII. p. 115. sq.

32) Aperte a loco, ubi in praesidio fuerunt, denominati sunt. *Cimbriani* inter legiones Palatinas memorantur Not. Occ. cap. V. §. I. C, a, ✝. 11.; sed dubito, an ab his Moesiacis diversi non fuerint, etiam quod ad nominis causam pertinet.

33) Hunc versum omisit 𝕮. Haec *Cimbriana* apud alios veteres scriptores non invenio. Pancirolus ex orientalibus Bulgariae partibus nullo labore ad Hungariae occidentales fines transmigrat ad *Cimbriana*, quae in itinere a Sirmio Carnuntum habet It. Ant. p. 267., et raptim etiam (nam longum est iter) de *Ciabro* fluvio, qui hodieque *Dschibru* (cf. ad cap. XXXIX. §. I. A, ✝. 3.) dicitur, verba facit. Si de Altino seq. vers. recte coniectavimus, situs horum Cimbrianorum fortasse in vicinia hod. vici *Derwend*, qui conditus est contra locum, quem *Alte Redoute* vocant, quaerendus erit.

34) *Naucarii* 𝕯. Cf. supra not. 22. ibiq. cit.

35) A loco praesidii denominati. Cf. not. seq.

36) Procop. de Aed. IV. 7. ἔρυμα τὸ 'Αλτηνῶν (cf.

not. 27.) et IV. 11. inter castella ad Istrum sita *'Αλτῖνα* habet. Mannertus VII. p. 115. solum ad priorem Procopii locum respiciens de *Altenis* (scribit enim *Altena, orum*) inter Candidiana Teguliciumque verba fecit, ceterum de situ non disputavit. D'Anvillius locum in tab. geogr. praeteriit. Fortasse castellum hodierno vico *Altuno* s. *Altenava*, ad cognominem lacum paulo a Danubio remotum sito, nomen reliquit.

37) *Ryparienses* 𝕮, *Riparenses* 𝔢[6,7]. Cf. ad cap. XXXVI. not. 32.

38) Redit annotatio quam de hoc nomine saepius iam scripsimus. *Praefecturae* cum 𝔢𝔡itis hic et in seqq. versibus mss. etiam habent. Pancirolus „mss. Ursini *Praefect.*" et paulo post Vetus codex pro *praefecturae* ubique legit *praefectus.*" Cf. ad capp. XXXVI. not. 33. et ibi citt.

39) *Italiae* 𝕬𝕭𝕯𝕰. De huius legionis (cf. cap. VI. §. I. D, ✠. 5.) stativis parva est inter veteres scriptores discrepantia: Ptolemaeus *Dorostoli* eam stetisse refert (cf. not. 31.), cui civitati liber noster (cf. seq. ✠. 4.) atque It. Ant. not. 1. cit. *legionem XI. Claudiam* attribuunt; atque hoc quidem Itinerarium, ut liber noster, *Novis legionem I. Italicam* stetisse refert. Dio Cass. LV. 24. generaliter in Moesia inferiori legionem I. Italicam stetisse enarrat „. . *Νέρων τὸ πρῶτόν τε καὶ 'Ιταλικὸν ὀνομαζόμενον καὶ ἐν τῇ κάτω Μυσίᾳ χειμάζον [στρατόπεδον συνέταξε]*". Cf. etiam Tacit. Hist. III. 14. et Gruter. p. 357, 13. 433, 7. 513, 1. 2. et 548, 9., ubi LEG. PRIM. ITAL. VOLVNT. memoratur. Pancirolus annotavit in Ursini codice etiam hunc versum (cf. sequentem) ita comparatum esse: *Praefect. legionis primae Italicae cohortis quintae pedaturae superioris Novas.* Cf. ad cap. XXXVI. not. 38[a].

40) *Novis* 𝔢𝔡iti. Ptol. III. 10. *Νοοῦαι.* De It. Ant. et Tab. Peut. cf. nott. 1. et 39. Hierocl. p. 636. *Νοβαί*, Procop. de Aed. IV. 11. *Νόβας.* cf. not. 12. Theophylactus etiam VII. 2. *Νόβας* appellat. cf. not. 5. Sec. Wesseling. ad It. Ant. p. 221. sq. has *Novas* Iornandes Rer. Get. c. 18. commemorat, eaeque apud Marcell. Comit. ad ann. 487. *Novensis Moesiae*

civitas nominantur, et Priscus (cap. 5. excerptt. p. 147. ed. Bonn.) *Νοβῶν τῶν Θρακίων* mentionem facit. Alias *Novas*, prope Cuppas in Moesia Superiore (cap. seq. §. I. B, ϯ. 3. C. ϯ. 5.), quas *Νόβας τὰς ἄνω*, *Novas Superiores*, Theophyl. VII. 7. (cf. VIII. 4.) nominat, et quas a Iustiniano imp. restitutas fuisse Procopius de Aed. IV. 6. enarrat, cum his nostris, inferioribus, male confundit Le Quien, Or. Christ. I. p. 1221.; sed vix credibile est, homines de veteri geographia librorum compositores, Bischoffium Moellerumque dico, p. 19. v. *Ad Novas* in tam turpem errorem incidere potuisse, ut *Novas Moesiae Superioris* in hod. opp. *Orostschuk* s. *Rustschuk* quaererent. Cf. annott. ad It. Ant. et Hierocl. ll. citt. Cellar. I. p. 467. §. 65. et p. 460. §. 44. Mannert. VII. p. 109. sq. Hic *Novas* inferioris Moesiae versus orientem a vico *Blaskova* atque tria fere mill. geogr. supra *Ruscsuc* fuisse, hodie vero nullum ibi oppidum vicumve conditum esse scribit. Itinerariorum numeros (cf. not. 1.) in hoc Danubii tractu male cum nostris tabulis geographicis convenire sive potius non convenire supra iam monuimus.

41) Cf. ad cap. XXXVI. not. 38.

42) *Novis* 𝕮(?) editi. Cf. not. 40.

43) *V.* 𝕬𝕯.

44) *LX Prista* 𝕬𝕯, *LX.pristae* 𝕮(?)𝔇e', *Sexagintapristae* ceteri editi. Cf. supra not. 9.

45) *XIae.* 𝕬, *XI.* 𝕯.

46) De hac legione cf. supra not. 39. Dio Cass. LV. 23. „*τό τε ἑνδέκατον τὸ ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ κάτω, τὸ Κλαυδίειον. οὕτω γὰρ τὰ δύο στρατόπεδα* [i. e. praeter hanc undecimam legionem etiam septima, ut paulo ante dixit. cf. cap. seq. §. I. C.] *ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου ἐπεκλήθη, ὅτι αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει μὴ ἀντεπολέμησε.*" Frequens huius legionis, quae *Pia Fidelis* etiam cognominata fuit, in lapidibus atque in numis mentio. Cf. e. gr. Gruter. 109, 1. 546, 6. 407, 1. 2. 466, 5. 492, 5. 513, 2. 1090, 13. 1093. 2. Orell. numm. 436. 439. 446. 3049. Ekhel. tom. VIII. p. 489.

47) Cf. not. 31.

48) Aperte vocabulum *Ripae*, quod neque mss. neque editi habent, excidit, ut huius cap. §. I. c oeconomia cum superioris cap. §. I. C collata ostendit, ubi idem nomen ex ✝. 3. excidit. Lacunae quidem indicium in mss. nullum est, sed in C sequens quoque nomen *Legionis* omissum est.

49) Utrum A numerum *quintae* omiserit, an *V.* habeat, ex annotationibus meis iam non distinguere possum.

50) *Transmariscae* AC(?) editi. Cf. not. 25.

51) In D perversus vocabulorum ordo appositis signis " ita emendatus est: *Pref.* " *leg. XI.* " *ripe* ' *claudie*

52) *Quintae* omisit A. Cf. not. 49.

53) *Transmariscae* DC(?) editi. Cf. nott. 25. 50. Pancirolus hoc nomen ex ✝. 5. per errorem repetitum esse opinatur.

54) Cf. ad cap. XXXVI. nott. 16. 32. 52.

55) *mitt.* A. Cf. supra not. 14.

56) Cf. ad cap. X. not. 11.

57) Loci nomen excidisse apparet. cf. cap. XXXVI. §. I. C, ✝. 7. et sqq. capp. §§. I. C, i. f. Erronea est Panciroli de Danubii ostiis annotatio; nam ea ad provinciam Scythiam pertinebant.

58) Hoc de numeris e minori laterculo emissis Ducique Moesiae Inferioris parentibus Cohortibus comma tam in mss. quam in editis libris post nostram §. II. collocatum est, puto librarii qui eum codicem scripsit, ex quo nostri enati sunt, errore. Ne quis opinetur deesse aliquid, conferat cap. I. ✝. 20, a ... c cum capitum XXVII ... XXXIX. rubricis.

59) Cf. ad cap. I. nott. 86. 146.

60) Cf. Not. Occ. cap. XXXVIII. §. I. B, a, ✝. 6.

61) Nomen omisit C. *Ulucitrae* editi. Quid hoc sit nescio, neque Procopius (de Aed. IV. 11.), ubi tot peregrina Rhodopae castellorum nomina leguntur, memorat. Fortasse cogites de *Ulpia civitate*, puto Nicopolin ad Nestum, quam sub hoc nomine etiam Hierocl. p. 635. recenset. (cf. Wesseling. ad h. l. ibiq. citt., Ekhel. tom. II. p. 36. Cellar. I. p. 1080. §. 74. Mannert. VII. p. 280.). sed haec coniectura nimis audax videtur esse.

62) *thratia* C. Cf. ad cap. I. nott. 86. 87.

63) *Aurelia* D(?)ff. *Equites Aureliaci* memorantur Not. Occ. cap. VI. Utrum ab *Aureliano* imp., ut Pancirolo visum est, an ab alio quodam *Aurelio*, vel ab *Aurelia* s. *Aureliana Cornutum* (hod. *Orléans*) haec cohors nomen habuerit, mihi non constat. Cf. etiam ad cap. XXXV. not. 21.

64) *Viamatae* C(?) editi. Pancirolus annotat „sub radice Viamatae montis . . . Vetustus codex habet *Mamarae* [*Marmarae* in r³,⁴,⁶,⁷ per neglegentiam operarum vel editorum legitur]." Dixerit aliquis, olim *sub radice Haemimontis* scriptum fuisse, unde etiam illud *Orudisza* It. Ant. p. 175., quae mansio ad provinciam Haemimontanam pertinet, lucem accipere possit, ut intellegatur ὄρους ῥίζα. sed haec magni non vendiderim. Locum vero, de quo hic agit liber noster, in Tab. Peut. VII. B repperisse mihi videor. nam ibi ita est: „Phinipopolis [Philippopolis in dextra Hebri ripa, quae hodieque vetus nomen retinet, *Filibe* s. *Philippopel*; cf. Hassel. p. 646.] XII. Sub radice. VI. Montemno [*Monte Haemo?* Reichardus *Monte imo* dedit; rectius, puto, *Monte summo* dedisset.] VIII. Ad radices. X. Sostra. [deest numerus.] Nicopolistro [cf. not. 16.]." Castellum itaque nostrum V fere mill. geogr. supra Philippopolim, septemtrionem versus, situm fuisse putaverim.

65) *tercia* D.

66) Memoratu dignum esse videtur, quod supra cap. XXXII. §. I. B, ✝. 5., ubi *Cohors Tertia Valeria* recensetur, editi pro sequenti nomine *Marmantarum* habent *Marmarae*, simileque nomen sec. Pancirolum (cf. not. 64.) in proxime antecedenti versu pro nomine *Viamata* vetustum codicem habuisse. Cf. etiam quae annotavimus ad cap. XXVIII. not. 75.

67) *Baccarum* C(?) editi. Nisi Sarmaticus Gotthicusve populus *Bacarum* olim nomen gessit, quod fortasse Novell. XI. comprobatur (verbis „pars Secundae . . Pannoniae, quae in *Bacensi* [al. *Baccensi*] est civitate"), vix mihi dubium superest, quin *Bracarum* (*bacarum* sive *bãcarum*) scriptum fuerit: apud Gruter. 466, 5. 562, 2. *Praef*(ectus) *coh*(ortis) III. *Bra-*

caraug(ustanorum) *Trib*(unus) *Leg*(ionis) XI. *Cl*(audiae) memoratur. cf. supra h. c. §. I. A, c, ††. 4...6. Etiam apud Orell. 3654. *Praef. Cohor. Tert. Bracaraugustano.* legitur, et aliae *Bracarum* sive *Bracaraugustanorum cohortes* passim lapidibus celebrantur, ut apud Gruter. 414, 8. *Coh*(ors) *Bracarum in Britannia*, apud Orell. 5017. *Coh. V. Bracaraugustanorum.* Et *Bracara* ipsa, Hispaniae Tarraconensis urbs celebris, in marmoribus per compendia BR. sive BRAC. scribitur, cf. Orell. 965. 1034. *Bracari*, *Bracarii*, qui et *Bracares* dicebantur, *Callaeci* nominantur Ptol. II. 6. Plin. III. 3. sect. 4. „. . *Bracarum* XXIV civitates . . . ex quibus praeter ipsos Bracaros . . . Gallaeci . . . nominentur." Id. IV. 20. sect. 24. „*Bracarum* oppidum *Augusta*, quos supra Gallaecia." *Bracara Augusta* (cf. Ptol. l. c. Auson. clar. urb. VIII. It. Ant. p. 420. sqq. ibiq. et apud Cellar. I. p. 82. sq. §. 50. citt.) hodieque *Braga* nominatur (cf. Ukert. II. 1. p. 435.) et est provinciae Lusitanicae intra Durium Miniumque metropolis (cf. Hassel. Erdb. Spaniens 1820. 8°. p. 470. sq.). Pancirolus ita fabulatus est: „Ptolemaeus in Pannonia inferiore *Bachiam* [non] ponit, ubi erat pars Valeriae; inter Davum et Danubium; alii dicunt Savum, unde delecti erant huius cohortis milites." Facilius quam in has ineptias incidit, de *Daharum* Scythico populo, aut de *Baccaeis* sive *Vaccaeis* Hispaniae, aut de ipsis *Sacis* cogitare potuisset. *Sacarum* nomen Turcas olim gessisse excerpta e Menandri hist. (p. 380. ed. Bonn.) docent.

68) *Drasdeae* 𝔈(?) 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦. "Ἅπαξ λεγόμενον esse videtur.

69) Vide supra not. 58.

70) *autem* omiserunt 𝔄𝔅.

71) *offitio* 𝔈.

72) *milicia* 𝔇.

73) De hoc loco disputavi ad cap. XXXVI. not. 56.

74) *offitiales* 𝔈.

75) *Mefie* 𝔈.

76) Numerum *V.* non habet 𝔄. *quint*⁹ est in 𝔈. Cf. ad cap. XXXII. not. 43. et ibi citt. Totum versum 𝔢𝔡𝔦𝔱𝔦 omiserunt.

ITINERAR. HIEROSOLYMIT. p. 563...566.	M. P.	ITINERARIUM ANTONINI. p. 132...135.	M. P.	ITINERARIUM ANTONINI. p. 217...221.	M. P.
Civitas Singiduno.		Singiduno castra.		*Iter*	
Finis Pannoniae et Moesiae.	vi.			*per*	
Mutatio ad Sextum.	vi.		xxiiii.	*ri-*	
Mut. Tricornia castra.	vii.			*pam*	
Mut. ad Sextum miliare.	vi.			*a*	
Civitas Aureo Monte.	vi.	Aureo Monte. *)	vi.	*Viminacio*	
Mut. Vingeio.	ix.	Vinceia.	viii.	*Nicome-*	
Civ. Margo.		Margo.	viii.	*diam*	
		Et leg.	xx.	*XII. M. P. LXXII.*	
	x.	*Turios*	x.		
		Indeuminaco.	xxiiii.	*Sic:*	
Civ. Viminatio. *)	ix.	Viminacio.		[Viminacio]	
Mut. ad Nonum.	ix.		xviii.		
Mansio Municipio.	x.	*Municipio.* **)			xxiiii.
Mut. Iovis pago.	vii.		xxvii.	Cuppis.	
Mut. Bao.	viiii.				xxiiii.
Mans. Idomo.	viiii.	*Idimo.*		Novas.	
Mut. ad Octavum.	viii.		xvi.		
Mans. Oromago.	xii.	*Horreo Margi.*			xii.
Finis Mysiae et Daciae.					
Mut. Sarmatorum.	xi.		xxxiii.	Talia.	
Mut. Cametas.	ix.				
Mans. Ipompeis.	xii.	*Pompeis.*			xxi.
Mut. Rappiana.	xii.		xxiii.	Egeta.	
Civ. Naisso.		*Naisso.*			xvi.
				Aquis.	x.
				Dortico.	xvii.
				Bononia.	xviii.
				Ratiaria. *Leg. XIV.* *)	xviii.
				Gemina.	
				Almo.	xviii.
				Cebro.	xviii.
				Augustis.	xii.
				Variana.	xii.
				Valeriana.	xii.
				Oesco. *Leg. V Mac.*	xiiii.
				Uto (cf. cap. 37. not. 1.)	

*) Additum est „*ubi Diocletianus occidit Carinum.*" Cf. Eutrop. IX. 13. (20. ed. Verheyk.) et Victor de Caesarib. cap. 39.

(*) Additur: Ab Aureo monte.]

[**) Locus corruptus est: Wesselingius proposuit: Margo M. P. VIII. Cl. LEG. VII. Inde Viminacio M. P. X. Municipio M. P. XVIII. Malim ita legi: MARGO. M. P. VIII. VIMINACIO M. P. X. LEG. VII. CL. P. F. ET DE VIMINACIO MVNICIPIO. M. P. XVIII. (Similiter paulo ante superflua vocabula *Ab Aureo Monte* addita sunt.)

*) Lege *XIII.*

TABULA PEUTINGERANA.
VI. B. . . . VII. B.

	M. P.
Singiduno.	
	XIIII.
Tricornio.	
	XII.
Monte Aureo.	
	XIIII.
Margum fl.	
	X.
V i m i n a t i o.	

	XVIII.
Municipio. . . .	
	X.
Iovis pago. . . .	
	XII.
Idimo.	
	XVI.
Horrea Margi. . .	
	XVII.
Presidio.	
	?
Dafnum.	
	XV.
Presidio Pompei.	
	XII.
Granirianis. . . .	
	XIII.
Naisso.	
	XXVII.
Timaco Maiori.	
	X.
Timaco Minori.	
	XXVII.
Conbustica. . . .	
	XXVII.
R a t i a r i s.	
	XII.
Remetodia.	
	IIII.
Almo. .	
	VIIII.
Pomodiana.	
	VIIII.
Camistro.	
	VI.
Augustis.	
	XX.
Pedonianis.	
	XI.
Esco. . .	
	XIIII.
Vio. [Uto.]	

(Viminatio)	
	XIII.
Punicum. .	
	XI.
Vico Cuppe.	
	XII.
Ad Novas.	
	X.
Ad Scrofulas.	
	XV.
F a l i a t i s.	

(Viminatio)	
	X.
Lederata. .	
	XII.
Apo fl. .	
	XII.
Arcidaua.	
⸾	

(Faliatis)	
	VIII.
Gerulatis.	
	VI.
Unam.	
	VI.
E g e t a.	
	VIIII.
Eleuora.	
	VIIII.
Ad Aquas.	
	XXIIII.
Dortico. .	
	XXV.
Ad Malum.	
	XVI.
R a t i a r i s.	

Tierna. .	
	XX.
Ad Mediā.	
	XI.
Pretorio.	
	XIIII.
⸾	


(Egeta)	
	XXI.
Drubetis. .	
	XXXVI.
Amutria. .	
⸾	176.
Ponte Aluti.	
⸾	25.
Castra Tragana.	

CAPUT XXXVIII.

a) *Mefie prime.* 𝔈. *cum insignibus* addunt 𝔢𝔢.

Ad tabulam (pag. 104.):

De mandatorum libro notisque folio ad dextram revoluto ita in 𝔄 inscriptis



cf. ad tabulam cap. XXXVII. annotata.

b) *Pineo* ℭ. *Pincum* 𝔡𝔢𝔢.

c) *Tricorino (?)* 𝔄, *Tricornium* 𝔡𝔢𝔢.

d) *Aureomōte* 𝔄, *Aureo monto* 𝔇, *Aureus mons* 𝔡𝔢𝔢,

e) *Viminacio* 𝔇, *Viminatium* 𝔡𝔢[1], *Viminatim* 𝔢[2,3,4], *Viminacium* 𝔢[6,7].

f) *Læderatæ* 𝔇, *Laedecatio* 𝔈, *Laedenata* 𝔡, *Laedenatæ* 𝔢[1], *Lædematæ* 𝔢[2,3,4], *Lædenatæ* 𝔢[6,7].

g) *Cuppæ* 𝔡𝔢[2,3,6,7], *Cuppę* 𝔢[1], *Cuppo* 𝔢[4].

h) *Ad Nonas* 𝔄, *Ad nouas* 𝔠𝔢𝔱𝔢𝔯𝔦. *(Ad Novas* 𝔢[6,7].*)*


---

1) *Mefiae* 𝔈. — Quae ex Itinerariis Antonini et Hierosolymitano atque Tabula Peutingerana ad hoc sequensque capita pertinent, ea in conspectum redegi tabula, quam pagg. 472. sq. exhibent. Ea nomina, quae ad haec duo capita non faciunt, inclinatis s. Italicis litteris exprimi curavi. Tabulae geographicae D'Anvillianae, quibus ad haec capita illustranda usus sum, adiectae sunt summi viri commentariis de Tauruno et Singiduno, atque de Dacia Traiani, editis in „Mémoires de l'académie des inscriptions.“ tom. XXVIII. p. 410. sqq.

2) A Fl. Constantio imp. denominati sunt; similesque nominum formas supra non uno loco legimus: Arcadiaci, Honoriaci, Theodosiaci.

3) *Pinco* omisit 𝔈. Inter Moesiae flumina Plin. III. 26. sect. 29. *Pingum*, e Dardanis venientem nominat („Flumina

clara [Moesiae], e Dardanis Margis, Pingus, Timachus; ex Rhodope Oescus; ex Haemo Utus, Escamus, Ieterus[a].), et Ptol. III. 9. *Picensios* inter Tricornesios Mysosque sedisse refert. *Picenses* inter Sarmatas Dacosve recenset Amm. Marc. XVII. 13, 19. „. . Picenses, ita ex regionibus appellati conterminis . . . ad quos opprimendos . . Taifalorum Auxilium et liberorum adaeque Sarmatarum adsumptum est. cumque auxiliorum agmina locorum ratio separaret, tractus contiguos Moesiae sibi miles elegit.“ Procop. de Aed. IV. 6. *Picnum* nominat: *„Ἐκ δὲ Βιμιναχίου προϊόντι ὀχυρώματα τρία πρὸς τῇ τοῦ Ἴστρου ἠϊόνι ξυμβαίνει εἶναι, Πικνούς τε καὶ Κούπους καὶ Νοβαί. οἷς δὴ πρότερον ἥ τε οἰκοδομία καὶ τὸ ὄνομα ἐπὶ πύργου ἑνὸς ἔκειτο. ἀλλὰ νῦν Ἰουστινιανὸς . . . . πόλεων αὐτοῖς ἀξιώματα οὐκ ἀπὸ τοῦ εἰκότος ἐντέθεικε.“* Itineraria nomen non habent, sed in Tab. Peut. (cf. not. 1.) *Punicum* dicitur, ut iam D'Anvillius in comm. cit. p. 435. observavit; atque in numis oppidum in Hadriani honorem *Aelia Pincensia* vocatur, ut Eckhel. doctr. numm. tom. II. p. 8. docuit. Aperte erravit Cellar. I. p. 456. §. 38. dicens, *Pingum s. Pincum* fl. hodie *Morava* dici: nam huius nomen olim *Margus* (apud Plin. l. c. *Margis*) fuit; *Pincus* vetus fere nomen retinet, *Ipek* sive *Pek*. Alii Pincum in fluvium, qui *Morava* hodie dicitur, sese effundere putaverunt, ut *Ressavam* fl. pro Pinco accepisse videantur. Facile crediderim castellum nostrum ibi stetisse, ubi Marsil. tab. 15. sect. XIII. habet „*Gradisca.* Antiqu. Rom.“ contra quem locum, in sinistro angulo confluentis cum Danubio fluvii *Ipek* situm, est „*Bosisiena*, Antiquit. Rom.“ Ita etiam D'Anvillii tabula commentario de Tauruno adiecta ad ostia Pinci fl. habet „Pincum. *Gradiska.*“ (Cf. ad cap. XXXVI. not. 31.) Sed ubi illud *Gradisca* ad Pinci *(Ipek)* fl. ostia est, *Cuppas* (cf. not. 11.) stetisse, *Pincum* autem paulo supra, neque tamen a Pinco fl. longe distitisse Tabula Peut. nos cogit affirmare. Ut accuratius sententiam nostram exprimamus, hoc schema adiicimus:



4) Cf. ad cap. IV. not. 6.

5) Hunc versum per errorem bis habent ee. *Flaviana*, non *Flavianae*, contra suum morem habent etiam editi. Vix dubito, quin hoc castellum diversum non sit a Castris Augustoflavianensibus, quae infra C, ✝. 4. memorata sunt. Pancirolus: „Sabellicus vult esse Viennam" haec *Flaviana Moesiaca?* Vix crediderim. Castellorum in his regionibus nomina haud raro ab imperatorum nominibus desumpta fuerunt, ut cap. XXXVI. item Flaviana atque Gratiana legimus. De situ hodiernoque Flavianorum nostrorum nomine commodius disputabitur ad nomen *Margi*. cf. nott. 19. 35.

6) Ptol. III. 9. *Τρικόρνιον, παρ' ἣν ἐκτρέπεται Μόσχιος ποταμός*. cf. etiam not. 3. Singularem numerum, quem ter liber noster adhibet, tuetur etiam Tab. Peut. not. 1. cit.; plurali favent Hierocl. p. 657., ubi mendose *Πρικορνία* legitur, et Itin. Hieros. not. 1. cit., in quo est *Mutatio Tricornia castra*. De nomine situque castelli ita disseruit geographorum coryphaeus (p. 430. Comm. de Singiduno) „. . on est conduit vers *Kroska*, que les Turcs ont appelé *Hisardgik*, ou le petit château. J'ai appris d'un officier de distinction, qui . . . étoit à l'affaire qui . . . s'est passée à Kroska; que pour se rendre de ce lieu à Belgrade, il se présente à la vue même de Kroska deux défilés, entre trois croupes de montagnes séparées par ces défilés. Cette disposition du local semble nous

rendre raison de la dénomination de *Tricornium.*" *Groczka* ad Danubium, Serviae vicus, in sandschakatu Semendriano, (cf. Hassel. p. 706.) ab urbe *Belgrad* plus quam XX M. P. disparatur sec. recentiores tabb. geogr.; Marsilius (tab. 14. sect. XII.) autem situm vico assignavit qui magis cum Itinerariorum numeris convenit. Mannertus (VII. p. 76.), qui D'Anvillii de Singiduno commentarium non adhibuit, *Tricornium* prope hod. vicum *Rittepek*, *Montem aureum* non procul a *Krozka* stetisse affirmavit. Vicus *Ritopek* XIII fere M. P. infra *Belgrad* situs est, VI M. P. a *Groczka* remotus. Facile, ut mihi quidem videtur, situm *Tricornii* cum D'Anvillio inter illa tria montium cornua, quae supra *Groczka* gromaticis arrident, agnoscere poterimus, neque tamen eumdem summum geographum de situ oppidorum ad inferiorem Danubium sequentium disserentem sequi debebimus, quippe qui Itinerariorum numeros accuratius respicimus, modo ne inobservatum relinquamus, quod ne D'Anvillius Mannertusque neglexerint valde vereor, id est situm *Aurei montis* a flumine remotum fuisse; illi locum ad ipsum Danubium quaesisse videntur, indeque factum est, ut veterum chorographorum numeri recentiorum ratiociniis repugnarent. Quod Bischoff. et Moeller. v. *Castra Tricornia* scripserunt, hodieque locum *Tricorni* nominari, nescio an sine teste affirmaverint. egregie vero falsos esse qui, ut iidem Bischoff. et Moeller. post Cellarium, opinati sunt, *Tricornium* in hod. *Kolumbatz* s. *Golubacz* quaerendum esse, per se satis apparet. Cf. nott. 11. 17. et tab. ad not. 1. Unum, de quo h. l. disseramus opus est, iam superest. Prope *Tricornium* *Moschium* fl. ἐκτρέπεσθαι Ptol. I. c. annotavit; minus accurate, sive eam ἐκτροπὴν de divertigio aut de ostiis fluvii accipias; nam nullus ποταμὸς apud Tricornium est. Frustra itaque, opinor, et Cellar. I. p. 458. §. 42. et Wesseling. ad It. Hieros. p. 564. sq. disputaverunt. D'Anvillius autem, qui Margum (*Morava*) fl. a Ptolemaeo sub Moschii nomine designari iudicavit, non negavit minus accurate Ptolemaeum de ostiis eius fluvii prope *Tricornium* sese effundentis dixisse. Optime ita-

que, me iudice, Mannertus VII. p. 77. suspicatus est, apud Ptolemaeum post *Τρικόρνιον* nomen *Μάργος* ab initio exstitisse atque ad hunc locum pertinere comma illud *παρ᾽ ἣν κ. τ. λ.* Moschium Ptolemaei cum D'Anvillio de Margo fl. idem accipit. Cf. not. 19.

7) *Aureo monte* 𝔈𝔢[1,6,7]ff, *Auremonte* 𝔢[2,3,4]. *Aureomontum* ferri potest, ut dicimus *Regiomontum* et similia. Cf. Itineraria et Tab. Peut. not. 1. citt. S. Aur. Vict. Epit. c. 37. et Eutrop. IX. 11. (17. ed. Verheyk.) de Probo imp. referunt: „opere militari Almam (*Almum* Eutr.) montem apud Sirmium et *Aureum apud Moesiam Superiorem* vineis conseruit", Eutropius adiicit „et provincialibus colendas dedit." Idem seq. cap. Carinum imp. „inter Viminatium atque *Aureum montem*" desertum esse ab exercitu enarrat. Alius Aurei Montis, Pannonici, mentionem facit Not. Occ. cap. XXXI. §. I. D, ✝. 2.; utrum vero Victor Eutropiusque recte, ut distincte etiam D'Anvillius iudicavit, de hoc nostro *Aureo monte* „apud Moesiam Superiorem" affirmaverint, eum a Probo vineis consitum fuisse, huius loci non est quaerere. De situ et nomine D'Anvill. p. 431. „*Smendria*, et particulièrement son château sur une éminence près du Danube, est l'ancienne ville *d'Aureus mons*. Il s'élève au dos de cette place une croupe de montagne, à laquelle il convient d'appliquer ce que dit Eutrope . . . . Quant au nom de *Smendria* établi par l'usage, c'est une dépravation de celui de *Spenderow*. Chalcondyle parle de cette ville sous le nom de *Spenderobis* . . . . On voit bien que de *Spender* on a fait *Smender* par adoucissement; et les Turcs ont dû dire *Semender* . . . . les Hongrois disent *Sendrew*, et on prétend que ce nom est une contraction de *Szent-Endrew*, St. André. Ranzanus . . . „*Smedris* h. e. sancti Andreae, nobile Rascianorum oppidum."" *Semendria* s. *Semendra*, *Service Smederevo*, a quo sandschakatus nomen habet, provinciae metropolis sedesque archiepiscopalis, ad Iessavae fl. ostia sita est. cf. Hassel. p. 705. Mannertus (cf. not. 6.) situm *Aurei montis* inter *Groczka* et *Semendriam* fuisse opinatus est,

neque negari potest, id magis Itinerariorum numeris quam D'Anvillii sententiam quadrare. A flumine remotus est *mons*, quem *aureum* olim dixerunt. Vid. not. 6.

8) *Viminatio* ꝞꝨ. item It. Hieros. et Tab. Peut. not. 1. citt.; sed rectius celebris huius urbis, a Gordiano imp. coloniae iure donatae, nomen per *c* scribi, ut cum aliis nostris mss. et editis libris It. Ant. not. 1. cit. habet, Graeca scriptura per *κ* docet. Ptol. III. 9. *Οὐιμινάκιον λεγιών*. et ita sec. nostram emendationem etiam in It. Ant. verba *Leg. VII. Cl.* ad nomen *Viminacium* pertinent. Apud Hierocl. p. 657. dicitur *Βιμενάκιν* [l. *Βιμενάκιον*] *μητρόπολις*. Iustinianus Novell. XI. „. . tam Viminacium, quam Recidua et Literata, quae trans Danubium sunt, nostrae iterum dicioni subiectae . ." In numis haud raro COL. VIM. occurrit. cf. Eckhel. II. p. 8. seqq. item in lapide celebratur COL. VIMIN. apud Gruter. 371, 5. et in constitutionum imperialium subscriptionibus frequens huius urbis mentio est facta. cf. Gothofr. Topogr. Th. C. v. *Viminacium* (p. 126. ed. Ritter.) et Wunderlich. Additament. ad Brisson. v. *Viminatium*, et adde Fragmenta quae dicunt Vaticana §§. 20. 43. Scriptores passim locum nominant: cf. Spartian. in Sever c. 10. et Eutrop. not. 7. cit. In Prisci excerptt. cap. 1. (p. 140. ed. Bonn.) „. . *τὸ Βιμινάκιον . . πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς Μυσῶν*", et Id. p. 190. ed. cit. *τὸ Βιμινάκιον τὴν πρὸς τῷ Ἴστρῳ Μυσῶν πόλιν* appellat. Procop. de Aed. IV. 5. i. f. „. . *πόλις ἦν ἀρχαία τὸ Βιμινάκιον, ἥνπερ ὁ βασιλεὺς* (*ἐκ θεμελίων γὰρ ἀπολώλει τῶν ἐσχάτων πολλῷ πρότερον*) *ἀνοικοδομησάμενος ξύμπασαν ἀπέδειξε νέαν.*" Theophyl. Sim. I. 4. „*Αὐγοῦσαν καὶ τὸ Βιμινάκιον πόλεις λαμπρὰς ὑπὸ τὸ Ἰλλυρικὸν φορολογουμένας* nominat, et VIII. 2. de Viminacio *αὕτη δὲ*, ait, *νῆσος καθέστηκε περὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἴστρου.*" Similiter apud Nicephor. XVIII. 37. et in Hist. Miscell. XVIII. legi iam Wesseling. ad It. Ant. l. c. annotavit. De situ primum audiamus D'Anvill. qui Comm. cit. p. 434. ita habet: „Les dix milles qui sont indiqués entre *Margus* et *Viminacium* [cf. nostr. tab. ad not. 1.],

conduisent à une position naturellement avantageuse dans l'enfoncement d'un coude du Danube, et où il existe un lieu nommé *Ram*, avec quelques vestiges d'antiquité, et ayant une grande isle adjacente, entre plusieurs autres." Cf. de *Rama* supra not. 3. et Marsil. tab. 15. sect. XIII. Mannertus VII. p. 78. Viminacium prope hod. vicum *Kastolatz*, ubi in sinistro angulo confluentium Mlavae Danubiique prope nominatum vicum atque in dextro prope vicum *Breninkolatz* antiquitatum Romm. reliquiae adhuc exstant (cf. Marsil. tabb. 14. 15.), quaerendum esse putavit, et quod de insula Theophylactus Nicephorusque dixerunt, de *Ostrova* ins. (cf. Hassel. p. 707.) intellegi vult. Itinerariorum numeri faciunt, ut Mannerto accedere debeam, quamvis aegre a D'Anvillio recedere solitus sum. Vide tabulam not. 3. exhibitam. Vix operae pretium est annotare, nimis orientem versus evagatos esse Bischoff. et Moeller. p. 182. qui Viminacium in hod. Bulgarica civitate' *Widin* quaerendam esse scripserunt, invitis, ut illi soliti sunt, veteribus scriptoribus et Itinerariis. sed neque hic error iis proprius est. cf. D'Anvill. p. 442.

9) *Laedenatae* ABD editi, *Laedanatae* C. *ledēatae* primum in *ledēatae*, tum in *laedenatae* mutaverunt librarii. Rectius *Lederatae* scribi picturae inscriptione atque Tab. Peut. not. 1. cit., maxime vero Procop. de Aed. IV. 6. probatur: *Νοβῶν δὲ καταντικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ πύργος ἐκ παλαιοῦ ἀπημελημένος εἱςήκει, ὄνομα Λιτερατά· ὅνπερ οἱ πάλαι ἄνθρωποι Λεδεράτα ἐκάλουν. ὃν δὴ ἐς φρούριον μέγα τε καὶ διαφερόντως ἐχυρώτατον ὁ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς μετεςήσατο."* Iustinianus *Literata* nomine utitur Novell. XI., ut not. 8. indicatum est. De situ castelli cum Procopio Tab. Peut. non consentit: nam haec *Lederatam* in dextra fluvii ripa positam X tantum M. P. a Viminacio removet, *Novas* autem s. *Ad Novas* XXXVI M. P. Cf. Cellar. I. p. 459. §. 44. D'Anvillius in tab. geogr. locum contra *Viminacium* posuit et adscripsit „*Lederata.* Ui-palanka" (cf. Marsil. tab. 15. sect. XIII.); sed neque Procopius neque Tab. Peut. *Lederatum* contra *Vi*-

minacium collocari sinit. Aliter atque D'Anvill. in Comm. de Dacia Traiani (Mém. de l'Acad. des inscr. XXVIII. p. 446.) fecit, de Tab. Peut. numeris iudico: nam a D'Anvillii sententia de Viminacii situ recedo. De Lederata ille l. c. ita disseruit: „. . sous Ui-palanka est une rivière qui se rend dans le Danube, et qui porte le nom de *Lerai* ou *Nerai*, dans lequel on retrouve de l'analogie avec celui de *Lederata.* Et puisque la forteresse ainsi nommée défendoit la rive du Danube par le travers de *Viminacium*, et qu'il n'y avait d'autre espace intermédiaire que la largeur du fleuve [?], il faut regarder comme une erreur dans la Table, qu'un nombre de distance, qui est X, y soit inséré entre *Viminacium* et *Lederata*, et ce nombre est à supprimer.“ Mannertus (VII. p. 79.) quoque Iustiniani Procopiique locos neglexit, Lederatamque in tab. geogr. ad vol. VII. adiecta in dextra Danubii ripa collocavit (quod Reichardus quoque fecit, qui, ut Mannertus, Tab. Peut. non bene intellexit) eamque in munimentorum reliquiis prope *Ramam* exstantibus quaerendam esse scripsit. Itaque fortuito casu cum D'Anvillio Mannertus in eamdem fere de Lederatae situ sententiam incidit: nam *Uipalanka* est in sinistra Danubii ripa contra Ramam, quam pro Viminacio D'Anvillius sumpsit, Rama autem III fere mill. geogr. (XV M. P.) infra *Kastolatz* sita est, in cuius loci vicinia Viminacium olim exstitisse Mannerti eademque nostra sententia fert. Ita fit, ut cum D'Anvillio Lederatam, sed eam non contra Viminacium, sed III mill. geogr. inferius sitam, in hod. *Uipalanka* (=Nova Palanka) ad *Karasch* rivi ostia, paulo supra ostia *Nerae* fl. quaeramus. Atque ita quidem Tabulam Peut. satis accurate sequimur, neque a Procopio longe recedimus: nam hic non ita anxie interpretandus est, ut Lederata Novaeque ad amussim sibi contrariae accipi debeant; sane facilior res explicatu foret, si Procopium non de *Novis*, sed de Mutatione *ad Nonum*, de qua It. Hierosol. (not. 1. cit.) habet, verba fecisse vel facere debuisse probabile esset. Si de Pinco (not. 3.) Cuppisque (not. 11.) recte disputavimus, rectius dixisset Pro-

copius *Lederatam contra Pincum* (Picnum), vel etiam *contra Cuppas* (Cupum), quam *contra Novas* sitam esse.

10) Pancirolus annotavit „Hic cuneus in ms. Ursini deest. De Pinco supra not. 3. disputatum est.

11) Cf. It. Ant. et Tab. Peut. not. 1. citt., ubi docemur XXIIII M. P. infra Viminacium *Cuppas* sitas fuisse. *Κούπους (Cupus)* dicitur a Procop. not. 3. transcr., qui, ut Tab. Peut., hoc castellum inter Pincum Novasque collocavit. D'Anvill. p. 435. „La position de *Cuppae* . . se range aux environs de *Kolumbats*, chef-lieu d'un district particulier." Cf. Marsil. tab. 15. sect. XIII. Mannertus (VII. p. 79.) autem XV fere M. P. supra eum locum Cuppas exstitisse putat, quoniam Viminacium magis quam D'Anvillius versus occidentem collocat. Mannertus Cuppas ibi sitas fuisse scripsit, ubi hodie „vicus *Posega* s. *Poseschena* [*Poschegadschik* Hassel. p. 707.] est, caurum versus a Moldova, qui locus fere contra fluvii *[Ipek]* ostia situs est. Marsil. [l. c.] munimentorum reliquias „*Gradiska*" nominat. Cum D'Anvillio *Cuppas* in altera *Gradiska*, quae paulo infra *Kolumbatz*, eaque Novis Moesiae Primae assignanda est, vetat Tab. Peut. quaerere, quam not. 1. transcripsimus, et quacum cf. tabellam not. 3.

12) Cf. ad cap. XXXVI. not. 14.

13) *Auxiliarenses* ε[2,3,4,6,7].

14) A castello, de quo seq. not. disputabimus, denominati.

15) *Reginam* hanc in banatu Temesvariensi, *Contra-Reginam* in dextra Danubii ripa fuisse crediderim. Forte *Regianum* Ptol. III. 10., quod supra *Oescum Triballorum* posuit, huc pertinet. id certe non obstat, quod illud oppidum a Ptolemaeo Moesiae Inferiori attribuitur, quippe quae provincia secundum nostrum librum *Oesco [Isker]* fluvio, secundum Ptolemaeum autem Ciabro *[Dschibru* s. *Zibriz]* fl. ab occasu terminabatur. Valde autem falsus est Pancirolus, qui cum Ptolemaei *Regiano* Procopii (de Aed. IV. 8. Theophyl. V. 16.) *Rhegium*, provinciae Europae, tamquam idem locus fuisset, comparavit. Secundum Tab. Peut. VIII. B v. *Regio* hoc Regium XII

M. P. a Constantinopoli disparatum fuit. Quod Mannertus (VII. p. 87.) Ptolemaei *Regianum* atque *Augustas*, quas seq. cap. §. I. A. ✝. 5. memorat, eumdem locum fuisse suspicatus est, id teneri nequit, si Ptolemaei *Regianum* et *Regina*, contra quam castellum, de quo quaerimus, conditum fuit, pro eodem loco sumimus. Ceterum de situ loci nihil mihi constat.

16) Vid. supra not. 6.

17) *Ad Novas* etiam Tab. Peut., *Novas* It. Ant. habet, de quorum discrepantia in numeris dixi not. 9. Has *Novas* cum cognomine Moesiae inferioris oppido a quibusdam, inter quos etiam Pancirolus, qui tamen haesitat, referendus est, supra monuimus perperam confundi. Cf. ad cap. XXXVII. not. 40., ubi Procopii Theophylactique locos, qui ad h. l. pertinent, indicavimus. D'Anvillius Novarum quidem sedem accuratius definire propter istam numerorum discrepantiam omisit; sed quum locum, quem *Ad Scrofulas* Tab. Peut. nominat et X M. P. infra Novas collocat, in hodierno vico *Poretz* (cf. Marsil. tab. 14. sect. XII.) quaerendum esse statuat, *Novas* nostras vix alibi quaesierit quam in loco „*Creben* (Antiquit. Rom.)" apud Marsil. tab. cit. Recte vero Mannertus (VII. p. 80.) *Novas* in eo loco quaesivit, quem D'Anvillius Cuppis assignandum esse statuit. Cf. nott. 11. 3. 1.

18) *Margensae* t¹⁻⁴.

19) Itineraria et Tab. Peut. atque cum Victore Eutropius not. 1. citt. de situ huius oppidi satis bene inter se conveniunt. Ad loci situm definiendum facit etiam Priscus in excerpt. ex hist. Goth. cap. 1. (ed. Bonn. p. 167. cf. eiusd. exc. ex hist. Byzantina cap. 1. ed. Bonn. p. 140. sq.) „. . *παραγίνονται ἐς Μάργον . ἡ δὲ πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ ἄντικρυ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην διακειμένου . .*". Hunc Prisci locum respexit Le Quien (Or. Christ. II. p. 307.); sed *Horrea Margi* (cf. ad cap. X. not. 50.) cum *Margo* confudit. Procopius, quod miror, locum non memorat. sed quem Wessel. ad It. Ant. p. 133. habet Iornandis locum, cum hic repetere

iuvat. Is autem Rer. Get. c. 58. „Qui tunc" inquit „cum Mundone conflictum paraverat, ad civitatem Margo plano, quae inter Danubium Margumque flumina adiacebat." Vid. ad h. l. Marcellin. Com. Chronic. ad a. 505. Situs, si *Aureum montem* (a quo *Margus* XIV aut XV M. P. remota fuit) recte in hod. *Semendria* quaereremus (cf. not. 7.), non aliter definiri posset, quam D'Anvillius p. 433. fecit, qui ubi hodie vicus *Kastolatz (s. Kastolacz)* ad confluentes Mlavam Danubiumque est, Margum olim stetisse scribit (cf. Marsil. tab. 14. sect. XII. et tabell. supra not. 3.), additque munimentorum reliquias, quae apud *Kastolatz* supersunt, hodieque *Constantinougrad*, i. e. Constantini oppidum, dici. Idem Constantini arcem, i. e. *Castra Augustoflavianensia* (cf. infra C, ✝. 4.) non in sinistra Danubii, sed in dextra Mlavae ripa contra Margum fuisse opinatur, ut ea castra cum castelli reliquiis, quae sub nomine *Breninkolatz* apud Marsil. tab. 15. sect. XIII. indicantur, convenirent; quod neque cum Prisci verbis, neque cum usu libri (qui praepositione *contra* significare solet situm loci in altera fluminis, non rivi ignobilis, ripa quaerendum esse) facile conciliari poterit. *Margum* itaque ad ostia Margi fl., qui *Morava* hodie dici constat atque tot fere M. P. supra *Kastolacz* Danubio miscetur, quot inter Margum Viminaciumque interfuisse Itin. Hieros. et Tab. Peut. (cf. not. 1. citt.) perhibent, i. e. decem. cf. not. 8. *Kollitz*, ut Marsil. tab. 14. sect. XII. habet, *Kulich* sive *Kullich*, ut ap. alios scriptum est, in sinistra Moravae fl. ripa ad Danubium conditus locus est, eique contrarius, in sinistra Danubii ripa, est locus quem Marsilius l. c. ita designat „*Csovina*. Antiquit. Rom.". Atque in eo quidem loco *Castra Augustoflavianensia* quaerenda esse putaverim. Non longe ab hac nostra Mannerti (VII. p. 77.) sententia recedit: „*Contra Margum*, s. *Castra Augusta Flaviensia* complura" inquit „munimenta fuisse apparet, alterum apud *Ostrovam* in insula Danubii, alterum in sinistra fluminis ripa. Secundum Itineraria *Margus* paulo a flumine remota fuit, orientem versus, apud vic. *Pobritzar*. In Ptolemaei libris librariorum

neglegentia *Margus* non nominatur, nam quod dixit, *prope eam Moschium fl. effundi*, non ad *Tricornium*, sed ad *Margum* trahendum est" et c. cf. not. 6. Bischoff. et Moeller. (p. 729.) oppidum *Poscharewatz* (*Passarowitz* sive *Posorofdscha.* cf. Hassel. p. 707.), longius et a Danubio et a Morawa remotum, pro Margo sumpserunt.

20) Cf. not. 11.

21) *Gracianense* B.

22) *Gratiana* etiam editi. *Γρατιανά* apud Hierocl. p. 657. inter Singidunum Tricorniaque recensentur; sed cum neque Hierocles, neque Notitia nostra perpetuum geographicum quemdam ordinem in enumerandis locorum nominibus servent, nominaque *Rappiana* et *Granirianis* in Itin. Hieros. et Tab. Peut. not. 1. citt., ut *Crambrianis* Geographi Ravennatis aperte corrupta sint, de *Gratianis* his nostris eadem accipere non haereo, quicquid Wesseling. ad It. Hieros. indicat, supra Margum oppidum *Gratiana* quaerenda itaque a *Rappianis* Itin. Hieros. et *Granirianis* Tabulae Peut. diversa esse. Ex Wesselingio l. c. didici, iam M. Altingium pro *Granirianis* legisse *Gratianis*; „urbis enim *Gratianae* in Moesia sub Viminacio metropoli in Notitia Graeca mentionem esse." Male etiam, ut mihi quidem videtur, Wesselingius et post eum Mannertus p. 93. „*Gratianam* civitatem, in extremis Illyrici finibus sitam", ut Procop. bell. Goth. I. 3. scripsit, ad hunc locum traxerunt. cf. ad cap. XXXVI. not. 31. De situ *Gratianorum* nostrorum, quem ex Itin. Hieros. et Tab. Peut. citt. definiendum esse dixi, apparet eum prope hod. oppidum *Alexinacz* s. *Alexincze* quaerendum esse; quod oppidum a *Naisso* (Nissa) in itinere Semendriam paulo remotius est, quam XII vel XIII M. P.

23) *Taliana* D. Ptol. III. 9. *Τανάτις*, Itin. Ant. *Talia*, Tab. Peut. *Faliatis*. cf. not. 1., ex qua apparet de situ loci valde inter se Itinerarium Tabulamque discrepare. Procopius (de Aed. IV. 6.) etiam locum memorat; nam idem cum nostro castellum esse puto, quod ibi *Τανάτας* dicitur. *μετὰ Νοβὰς δὲ*, inquit, *φρούρια Κανταβαζάτης καὶ Σμόρνης τε καὶ Κάμ-*

ψης καὶ Τανάτας καὶ Ζέρνης καὶ Δουκέπρατον." D'Anvillius (p. 436.), ubi de situ loci disquirit, per errorem affirmat, eum a Viminacio 36 (pro 60) M. P. sec. Itin., 37 vero (pro 61) sec. Tab. Peut. abfuisse, et tamen *Taliatim* (nam nomen loci ei *Taliatis* est, cum *Taliata* scribere deberet) cum hod. Servico opp. *Russava* s. *Orsova Nova* convenire scripsit, quod plus quam LX M. P. a *Rama*, ubi Viminacium secundum D'Anvillium fuit, disparatum est. Secundum Mannert. VII. p. 80. locus hodieque *Tatalia* dicitur, convenitque cum eo, ubi Marsil. tab. 16. sect. XIV. prope vicum *Poretz* munimentorum Romanorum reliquias posuit sub nominibus *Starevare* et *Gradanitza*. Satis bene haec loci definitio cum Tabulae Peut. numeris concordat; in Itinerario vero Antonini inter nomina *Novas* et *Talia* aliquid excidisse in aprico est. Hoc solum adiiciendum esse puto, in vicinia Pontis Traiani, inter *Csernecz Orsovam*que exstructi, tot Romanorum castellorum vestigia superesse (cf. Marsil. tab. cit.), ut uniuscuiusque veteris castelli situs accuratius definiri vix et ne vix quidem queat; id quod praecipue de loco Procopii, cuius partem supra exhibuimus, interpretando valebit, et infra nonnullis locis apparebit.

24) Pancirolus: „Hi ex Aureomonte erant contracti"; putat Aureo Monte oriundos fuisse; ego vero propterea hoc nomen iis inditum fuisse crediderim, quod ante *Aureomonti* in praesidio fuerant. Cf. not. 7.

25) Cf. nott. 6. 16.

26) Fortasse *Riparienses* excidit. Cf. cap. XXXVI. §. I. C. cap. XXXVII. §. I. A, c.

27) *Praefecturae* mss. et editi. Cf. ad cap. XXXVII. not. 38.

28) *Flaũ* B. Ad locum Dionis Cass. LV. 24. „... καὶ τὸ τέταρτον [στρατόπεδον] τὸ Φλαουΐειον τὸ ἐν Συρίᾳ" Sturzius annotavit, in Ven. fortassis recte legi „τὸ τέταρτον τὸ Φλαουΐειον τὸ ἐν Μυσίᾳ τῇ ἄνω· τὸ δὲ ἑκκαιδέκατον τὸ Φλαουΐειον τὸ ἐν Συρίᾳ." Atque hanc scripturam omnino liber noster confirmat, hoc loco et supra cap. XXXII. §. I. A, b, ∔. 4. Numi etiam hanc legionem memorant; unus Viminacii.

cf. Eckhel. VIII. p. 489. Complures denique inter Dacicas inscriptiones, quas Ioa. Seivertus Vindobonae a. 1773. 4°. edidit, hanc legionem celebrant, e. gr. num. 53. LEG. IIII., num. 72. LEGIONVM. IIII. FLAVIAE. ET. XIIII. GEME. num. 84. LEG. IIII. F. F. (*Flavia Felix*, cf. Gruter. 445, 9. 10. 543, 3.). Adde Gruter. 433, 1. 471, 6. 513, 2. 3. 520, 8. 536, 8.

29) Nomen celebris loci pervarie scribitur, *Singidunum, Sigindunum, Singedunum*, *ὁ Σιγγιδόνος*, *ἡ Σιγγηδὼν* s. *Σιγγιδὼν*, *ἡ Σιγιδοῦνος*, *ἡ Σιγγιδών*, *τὸ Σιγγιδόνον*. Cf. praeter locos tab. not. 1. exhibitae Ptol. III. 9. Zosim. IV. 35. Exc. e Menandro cap. 30. (ed. Bonn. p. 332. sq.), Hierocl. p. 657. Procop. bell. Goth. III. 33. de Aed. IV. 5. Nicephor. IX. 12. Philostorg. IV. 10. Iornand., all. Quod apud Theophylact. VII. 11. (ed. Bonn. p. 291.) legitur „*τὴν γὰρ Σιγγιδόνα δύο ποταμοὶ ἀγκαλίζονται, ὅ τε Σάος καὶ Δράος*“ per errorem ita scriptum est; nam pro *Δράος* legendum esse *Ἴστρος* idem Theoph. VIII. i. f. (p. 315. ed. Bonn.) ostendit, ubi habet „*καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον γίνεται ποταμόν, καὶ ἐν τῇ Σιγγιδόνι συνανακοινοῦται τῷ Πρίσκῳ.*“ Ceterum ex ipsis veteribus scriptoribus ita dissolute de Singiduno nonnulli scripserunt, ut recentiores multi eam civitatem in hod. *Semlin*, Tauruni veteris locum obtinente, quaesierint. Ita e. gr. apud Aur. Victor. Epit. c. 44. legimus „. . agri Singidonensis provinciae Pannoniae“, ita in It. Hieros. post Singidunum adscriptum est *Finis Pannoniae et Moesiae.* Graviter tamen erraverunt quotquot Taurunum in dextra, Singidunum in sinistra Savi ripa fuisse opinati sunt, ut post innumeros alios etiam Surita ad It. Ant. p. 131. et Cellar. atque Marsil. tab. 14. sect. XII. fecerunt. Vel si Plinius (H. N. III. c. 25. sq. sect. 28. sq.) *Taurunum* non disertissimo *Pannoniae Inferiori* attribueret, ut idem faciunt Ptol. II. 16. et noster liber Not. Occ. cap. XXXI., qui iidem *Singidunum Moesiae Superiori* adscribunt (Ptol. III. 9. et h. l.), ipsa nomina vici insulaeque in Danubio *Tzaruinka* prope Semlin [*Tzeruinka* habet Marsil. l. c.], et nomen insulae in Savo fl. prope Belgrad, quae hodieque *Sin-*

gin appellatur [*Zingine* Marsil. l. c.], docere debebant *Taurunum* prope hod. *Semlin*, *Singidunum* prope *Belgrad* fuisse. D'Anvillius primum, quod sciam, in comm. „sur les villes de Taurunum et de Singidunum“, qui in vasti operis „Mém. de l'Acad. des inscr.“ tom. XXVIII. exstat, falsam istam sententiam explosit, et Mannertus etiam (III. p. 674. VII. p. 76.) rectum vidit. Minus recte de Singiduno post Holstenium disputaverunt Cellar. I. p. 448. §. 24. p. 457. §. 41. Le Quien, Or. Christ. II. p. 314. Recte quidem Gothofr. ad L. 2. Th. C. de advoc. fisci X. 15., quae „*Singinduno*“, et ad L. 28. Th. C. de appellationib. XI. 30., quae „*Singiduno*“ datae sunt, annotavit, civitatem in *Moesia* esse; nihilominus in Topogr. Th. C. ad nomen *Singidunum* adscripserunt „in Pannonia“, quem errorem suum quoque Wunderlichius fecit in addit. ad Brisson., ubi L. 21. C. de probationib. IV. 19. et L. 12. C. ad L. Fab. de plag. IX. 20. Singiduni emissas recte citavit.

30) *Septimiae* B.

31) Cf. quod ad Itin. Ant. not. 1. observavimus. Dio Cass. LV. 23. „. . *οἱ ἕβδομοι οἱ ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, οἳ καὶ τὰ μάλιστα Κλαυδίειοι ὠνομάδαται.*“ Et apud scriptores et in numis (cf. Eckhel. VIII. p. 489.) et in marmoribus frequentissime huius legionis, quae etiam *Gemina* fuit atque *Pia, Felix* et *Fidelis* cognominata est, mentio fit. Cf. Reimar. ad Dion. Cass. l. c. et Indic. ad Gruter. p. XXX. ubi plus quam L lapides citantur, qui ad hanc legionem pertinent. Vid. etiam supra cap. VI. §. I. C, ✝. 3.

32) Cf. supra not. 8.

33) Cf. supra nott. 11. 20.

34) *mit* B. Pancirolus annotavit „Horum militum nomen deest. forte *Exploratores*, ut sequentes, vocabantur.“

35) De his Castris, quae nomen a Flavio Constantio imp. habuisse inde colligo, quod a Prisco eadem *Κωνσταντίας φρούριον* nominantur, supra not. 19. disputatum est. Cf. etiam not. 5.

36) *Praefect.* A. Cf. not. 27.

37) Exploratorum usus in re militari antiquissimus est.

cf. locc. apud Forcellin. h. v. allegatos, quibus praecipue ex Plinii H. N. nonnulli addendi sunt, e. gr. XVI. 9. sect. 14., ubi Exploratores in recenti arborum quarumdam cortice ad duces scribere memorat, incisis litteris a succo; et XXXVI. 19. sect. 30. de pyritis habet „hi Exploratoribus castrorum maxime necessarii, qui clavo vel altero lapide percussi scintillas edunt, quae excepta sulphure aut fungis aridis vel foliis dicto celerius ignem trahunt.“ cf. XVI. 40. sect. 77., et Arr. Menand. L. 6. §. 4. D. de re mil. XLIX. 16. Etiam cursus publici Exploratores memorantur LL. 3. 4. Th. C. de curs. publ. VIII. 5. Paul. Diac. ex Fest. v. *Explorare* „. . *speculator*“ ait „ab exploratore hoc distat, quod *speculator* hostilia silentio perspicit, *explorator* pacata clamore cognoscit.“ Vix ita scripserit Verrius Flaccus vel etiam Festus. Apud Herodian. VIII. 1, 4. *οἱ προφύλακες καὶ σκοποὶ τοῦ στρατοῦ* distinguuntur. De Exploratoribus Procop. bell. Pers. 1. 21. „*Κατασκόπους ἐκ παλαιοῦ ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις δημοσίᾳ σιτίζεσθαι νόμος, οἳ δὴ λάθρα ἰέναι παρὰ τοὺς πολεμίους εἰώθασιν, ὅπως περισκοπήσαντες ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ πρασσόμενα εἶτα ἐπανιόντες τοῖς ἄρχουσιν ἐσαγγείλωσι. κ. τ. λ.*“ Ex eiusmodi itaque Exploratoribus apparet posteriori tempore proprium militum genus enatum esse, ut iam numeri Exploratorum exsisterent legionum partes, sub propriis praefectis constitutae, neque singulis solummodo exploratoribus uterentur duces. Ita EXPLO. LEG. VI. VICTOR. legitur in inscr. apud Gruter. 91, 4. et *ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΕΞΠΛΩΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ.* ibid. 458, 1. et apud Zosim. III. 14. de *κατασκόποις χιλίοις* sub eorum praefecto castellum obsidentibus enarratur, et paulo post (cap. 16.) de *ἐπὶ κατασκοπὴν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἀνδράσιν, ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένοις.*“ Pancirolus ad h. l. de diversitate Exploratorum, quam Wesseling. ad It. Ant. p. 467. haud inobservatam reliquit, nihil suspicatus est. Etiam de navibus exploratoriis et speculatoriis passim apud veteres scriptores sermo est. Cf. quae Gothofredus ad L. un. Th. C. de lusoriis Danub. VII. 17. congessit. atque de eiusmodi Exploratoribus nava-

libus iam hunc locum et sequentes, in quibus Exploratorum mentio facta est, intellegendos esse puto. cf. ad cap. XXXVI. not. 18.

38) Hunc versum omiserunt BC. Forma *Novis* aliud significari, quam supra (B, ✝. 3.) per formam *Ad Novas* exprimitur, non puto. Cf. not. 17. Sed fortasse aliquis dixerit, hos Exploratores in ipsis Novis, Auxiliares Novenses prope id oppidum stetisse.

39) *Talitatae* C. Cf. supra not. 23.

40) *Vincensiensium* C, *Vicentiensium* $t^{6,7}$. Pancirolus „Forte a *Vincentia*, urbe Valeriae [cf. Not. Occ. cap. XXXII. §. 1. F, ✝. 1.], sunt denominati; alia est *Vincentia* [hod. *Vicenza*] Venetorum civitas clarissima.“ Fortasse *Vinceiensium* legendum est: *Vinceia*, ut Itin. Ant. not. 1. cit. habet, sive *Viugeium* sec. Itin. Hieros. ibid. cit., inter Aureum Montem (cf. not. 7.) Margumque (cf. not. 19.) sita fuit. Vico hod. *Vincze*, qui inter Beligradum Groczkamque in Stülpnagelii tabul. geogr. Turciae Europaeae legitur, Itinerariorum numeri non satis conveniunt. Nimis barbarum esse videtur nomen, de quo quaerimus, a verbo *vincere* deduci.

41) *Laedemata* AB, *Laedamata* B, *Laedenatae* C(?)editi. Cf. supra not. 9.

42) *exploratorem* $t^{2,3,4}$. Cf. not. 37.

43) Ita omnes. Mihi dubium non est quin hic locus idem sit, atque qui *Σμόρνης* a Procopio not. 23. cit. appellatur. nam de Zernis sequens caput (§. I. C, ✝. 7.) cogitare vetat. *Zmirna* igitur, sive *Smornis*, unum ex iis castellis fuerit, quorum reliquias indicavit Marsil. tab. 16. sect. XIV. Pancirolus annotavit esse qui *Syrnam* scribendum putent; sed egregie ii falsi sunt; nam *Σύρνα*, ut Steph. Byz. h. v. habet, *πόλις Καρίας* fuit, neque rectius de *Zyrmis* s. *Zyrmi* s. *Zyrinis* Tab. Peut. VII. B locus noster acciperetur; is enim locus XXIIII M. P. a Philippopoli disparatus fuit, in itinere Serdicam.

44) Ita omnes. malim *Histricae* s. *Istricae*: cf. cap. sq. §. I. C, ✝. 12. Not. Occ. cap. XXXI. §. I. E, ✝. 3. cap. XXXII. §. I. E. cap. XXXIII. §. I. E, ✝. 1. Pancirolus hanc Classem

„ab *Histro*, per quem vehebatur", dictum fuisse annotavit. Cf. Gothofr. Paratil. ad Th. C. lib. VII. tit. 1. tom. II. p. 250. ed. Ritter., item Comm. ad L. un. Th. C. de lusor. Danub. VII. 17. et ad L. un. Th. C. de classicis X. 23. (Iust. C. XI. 12.) Ceterum nomen *Classis Histricae*, cuius liber noster totiens mentionem fecit, apud alios scriptores aut in lapidibus me legere non memini.

45) *Viminatio* 𝔄𝔈. Cf. not. 8.

46) Ita *omnes*. Equidem de his nominibus explicandis despero. Quod Pancirolus annotavit „*Stradensis* et *Germensis* [*Germanensis* ε[3,4,6,7].] classes a locis, ad quae applicabant, nomen habuere", nihil explicat: *Stradum* sive *Stradam* aliquam exstitisse aut in Moesiae Superiore aut in ulla alia provincia apud veteres scriptores memorari non memini. „IIs QVI MILITANT IN CLASSE FLAVIA MOESICA | QVAE EST SVB SEX. OCTAVIO FRONTONE | QVI SENAVICENA PLVRAVE STIPENDIA MERVERVNT | " civitatem conubiumque dedit „IMP. CAESAR DIV. VESPASIANI F. DOMITIANVS AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC. POTEST. XI. IMPERATOR XXI . . . CONSVL XVI." Cf. Marin. Atti p. 462. n. 7. (Gruter. 575, 1. Fleetwood. p. 186.) Platzmann (Haubold) iuris Rom. testim. de milit. honesta miss. ill. spec. Lips. 1818. 4°. p. XIV. sq. Vernazza, diploma di Adriano. Torin. 1817. 4°. p. 58.

47) Neque hoc nomen explicare possum. cf. not. 46. *Germarum*, quas in Asia Minore exstitisse constat, neutra ad h. l. pertinet. Fortasse pro *Germensis* legendum est *Margensis*. cf. not. 18. Legerit aliquis *Sardicensis et Germanensis;* sed Daciae interioris oppida classibus nomina dedisse parum probabile est.

48) Cf. not. 19.

49) *Offitium* 𝔈.

50) *Offitio* 𝔈.

51) *milicia* 𝔅𝔇.

52) Cf. ad cap. XXXVI. not. 56.

53) *Comentariensem* 𝔅.

54) *Offitiales* 𝔈.

55) *Mefie* 𝔈.

56) Numerum evectionum annualium Duci Moesiae Primae concessarum libri mss. non exprimunt: rubro scriptus evanuit. sed *quinque* fuisse ut credam faciunt paragraphi finales capitum XXXVI., XXXVII. et XXXIX. totidemque habuerunt etiam Duces, de quibus capp. XXVIII... XXXIII. agitur. 𝔈diti pro more suo totum versum omiserunt.


CAPUT XXXIX.

α) *Daliae* 𝔄, *Dalie* 𝔈.

β) *Riparensis* 𝔢[2,3,4,6,7]. Cf. cap. I. ✝. 20. e, 1. et ✝. 22. f, 4. et ibi cit. Wesseling. Adde Gothofr. ad L. 13. Th. C. de operib. publ. XIV. 27., quae constitutio ad Ducem Daciae data est. De nomine dictum est ad cap. XXXVI. not. 32. Addo Procop. de Aed. IV. 5. „*Δακίας δὲ ὡς ἀγχοτάτω γενόμενος* [*ὁ Ἴστρος*], *ἐνταῦθα διορίζων φαίνεται πρῶτον τούς τε βαρβάρους, οἳ δὴ αὐτοῦ τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ ἔχουσι, τήν τε Ῥωμαίων γῆν ἐν δεξιᾷ οὖσαν. διὸ δὴ Ῥιπησίαν καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὴν ταύτῃ Δακίαν· ῥίπα γὰρ ἡ ὄχθη τῇ Λατίνων καλεῖται φωνῇ.*“ — *cum insignibus* add. 𝔢𝔢.

Ad tabulam (pag. 107.):

De mandatorum libro et ad latus in 𝔄 ita inscriptis notis



iterum ad ea referendus est lector quae ad tabulam cap. XXXVII. annotavimus.

a) Ita 𝔄, *Dortico* 𝔇𝔈𝔡𝔢𝔢.

c) *Tebro (?)* 𝔈.

d) *Drobeta* 𝔢[1,2].

g) *Aluco (?)* 𝔄.

h) *Aegetae* 𝔇(?) 𝔡𝔢𝔢, *Egeta* 𝔈.

i) *Lito* 𝔄𝔇𝔈, *Vto* 𝔡𝔢[1...4].

1) *Dalmatiarum* D. Cf. ad cap. IV. not. 20.

2) *Forentium* mss. *Forensium* editi. *Forenium* vetustum exemplar habere testatur Surita ad It. Ant. p. 219. *Fortensium* scribendum esse nullum dubium habet, ut etiam Marmorum Taurinensium editores, quamvis nomen non intellegentes, dederunt, et ipse Pancirolus proposuit. Cf. ad cap. IV. not. 33. Ut in inscriptione apud Orell. n. 490. *Foteuses*, perperam omissa littera canina, legitur, ita librarii nostri pro *fotensium* (*fotēsiū*) scripserunt *forentium*, insuper ut innumeris locis factum est, permutatis in syllaba paenultima litteris *t* et *s*. Cf. cit. not. 33. et ad cap. VII. not. 24. Itaque demonstratione supersedeo, neque a nomine parvae insulae in mari Adriatico infra Lesinam ins., fere contra Narentae fl. ostia, quae insula hodieque *Foro* appellatur, *Forentes* sive *Forenses* Equites hos nostros dictos fuisse; neque *Foretios* s. *Foriensers* vel *Forenses*, quos Latii populos Plin. III. 5. sect. 9. memorat, ad h. l. pertinere; neque denique *Forum Appii* aut *Forum Iulii* aliamve eiusmodi nominis civitatem appellationem illis dedisse.

3) *Bononiae* C(?) editi. *Bononiam* hanc memorant Itin. Ant. p. 219. (cf. tab. ad cap. XXXVIII. not. 1. adiect.) Hierocl. p. 655., ubi *Βηνονία* mendose legitur. Procop. de Aed. IV. 6. *Βονωνίαν* nominat, ut Theophylact. VI. 4., sed hic I. 8. *Βονώνειαν* vocat. Cave ne hanc Bononiam cum cognomini Pannoniae Secundae oppido (Not. Occ. cap. XXXI. §. 1.), ut Surita a Wesselingio notatus et Pancirolus fecerunt, confundas. D'Anvill. (Mém. de l'acad. des inscrr. XXVIII. p. 441. sq.) *Bononiam* hodie *Bidin* s. *Vidin* non sine quadam nominis similitudine appellari scripsit. Sec. Mannert. VII. p. 85. castellum paulo supra illam ab incolis *Bodon* nominatam Bulgariae civitatem (de qua vid. Hassel. Osman. Europa p. 644.), ubi Danubius versus meridiem inflecti incipit, olim situm fuit. nulla vero vestigia munimentorum Romanorum ibi supersunt sec. Marsil. tab. 17. sect. XV. — Inter Dorticum Ratiariamque *Bononia* fuit, inter eademque oppida Tab. Peut. *Ad Malum* habet, ut saepe vicinis locis sibi opposita nomina indita invenimus.

4) In lapidibus *Dalmatae Divitenses*, de quibus disputavi ad cap. VII. not. 24. cf. ad cap. IV. not. 33., saepius memorantur. Vid. Forcellin. exempl. German. v. *Divitensis*, ubi tamen nomen perperam explicatum est.

5) Ptol. III. 9. *Δορτικόν.* ita etiam Procop. de Aed. IV. 6. „τὸ *Δορτικὸν* ἐπικαλούμενον φρούριον" atque It. Ant. cum Tab. Peut. ad cap. XXXVIII. not. 1. transcriptum, ubi tamen numeri milium, quot ab Aquis distet Dorticum, valde discrepant. D'Anvill. p. 441. „*Dorticum*" inquit „tombe vraisemblablement aux environs de l'embouchûre du Timok dans le Danube." Item Mannert. VII. p. 84. castellum nostrum secundum Tab. Peut. prope hod. oppidum *Blaska*, ubi sec. Marsil. l. c. Romanorum munimentorum vestigia in sinistro angulo Timok fl. Danubio sese miscentis supersunt, quae *Deez* nomen habent, situm fuisse scripsit. Idem annotavit, nomen loci prope Widdin cum Dortico aliquam similitudinem habere, sed eum locum, *Tatardik* dictum, Ratiariae (hod. *Arzer-Palanka*. cf. infra not. 61.) propinquiorem esse, quam qui Dortico conveniat. Videsis etiam Cellar. I. p. 460. sq. §§. 47. sq.

6) Praeter It. Ant. (tab. ad not. 1. cap. XXXVIII.) Procopius de Aed. IV. 6. huius castelli mentionem fecit. „.. *ὀχυρώματα τοῦ ἐν Κεβρῷ τὰ καταπεπονηκότα θαυμασίως ὡς ἐπηνώρθωσε* [Iustinianus]." *Crebro* non recte data fertur L. 30. C. de transactionibus II. 4. Ad cognominis fluvii ostia castellum situm fuisse apparet. Illum, *Κίαβρον* nominat, Ptolemaeus III. 9. sq. Moesiam Superiorem ab Inferiore separare scribit. *Κέδρον* eumdem fluvium Dio Cass. LI. 24. vocat; sed *Ἕβρῳ* pro *Κέδρῳ* regionum illarum *αὐτόπτης* Leunclavius correxit, hodieque „*Μαρίτζης*" dici, *Cedrum* vero nullum esse annotavit. rectius vero *Κέβρῳ* emendavisset. Fluvii castellique nomina vetus nomen referunt; illum hodie appellant *Zibru* s. *Zibriz*, oppidum autem *Dschibra-(s. Zibru-)palanka*, non confundendum illud cum oppido mediterraneo ad sandschakatum Nicopolitanum pertinenti (cf. Hassel. p. 642.) *Dschibra* s. *Kiprovacz*. Cf. Cellar. I. p. 466. §. 61. Wesseling. ad It. Ant. l. c. Mannert. VII. p. 86. sq.

7) Hoc castelli nomen h. l. omiserunt mss.; perperam *Augustae* editi dederunt. scilicet quum nomen loci excidisse videret Gelenius, sive Beatus Rhenanus exemplar Basileae anno 1552. fol. editum [D] accuravit, statim e sequenti versu nomen loci arrogavit, quod Pancirolus ceterique editores sequi non dubitaverunt, quamvis id ratio, quam per totam hanc nostri libri partem in enumerandis militum stationibus religiose observatam videmus, aperte vetaret. debebant autem ex pictorum castellorum inscriptionibus nomen quod nos recepimus restituere. Quam neglegenter Pancirolus in rebus criticis versaretur vel hic unus locus demonstrat: nihil annotavit de nomine huius praesidii in omnibus mss. codd. omisso; sed *Praetoriam Augustam* a Ptolemaeo hoc oppidum appellari affirmavit et ad seq. versum scripsit haec: „Cuneus equitum Dalmatarum et ipse Augustae morabatur: nisi forte vitio librarii bis idem praesidium sit repetitum: vel Augustiam oppidum intelligit, de quo Ptolemaeus." Librarios increpat, neque quae ii scripserunt et quae omiserunt ipse distinguit. — Sed iam de *Drobeta* s. *Drobetis* videamus. *Druphegis* a Ptol. III. 8. inter Daciae insigniores civitates recensetur. Tab. Peut. ad cap. XXXVIII. not. 1. „*Egeta*. XXI. Drubetis. XXXVI. *Amutria*." Egeta prope pontem Traiani fuit (cf. not. 12.), Amutria sive Amutrium, ut Ptot. III. 8. habet, in hod. Valachico oppido *Motru* ad Schiul fl. quaeri debet. itaque facile *Drobetae* situs definiri potest. D'Anvillius p. 457. „.. en passant le pont de Traian près d'Egeta, on trouve que ce lieu existe sous le nom de *Drivizza*, dans la distance convenable aux 21 milles que la Table indique . ." Perperam Mannertus IV. p. 220. scripsit „*Drubetis* prope opp. *Crajova* ad Syl fl. sita fuit, *Amutrium* infra Brankowan, meridiem versus" et c. In veteris Daciae descriptione geogr., quae F. I. Sulzeri libro „Geschichte des transalpin. Daciens." vol. I. Vindob. 1781. 8°. edito adiecta, sed fere nullius pretii est, *Druphegis* contra Cuppas (cf. ad cap. XXXVIII. not. 11.) collocata est.

8) *Augustarum* situm Itin. Ant. et Tab. Peut. ad cap.

XXXVIII. not. 1. transcrr. non plane inter se consentientes indicant. Ptolemaeus huius loci mentionem nullam fecit (ut imis summa confundens Pancirolus putavit; cf. not. 7.), nisi cum Mannerto VII. p. 87. *Regianum* Ptol. III. 10. pro nostris Augustis sumere velimus. Sed Procop. de Aed. IV. 6. de eo haec refert: „*φρούριόν τε οὐ πρότερον ὂν ἐν Βιγραραῖ δεδημιούργηκε* [Iustinianus], *καὶ αὐτοῦ ἄγχιστα ἕτερον ἐν χωρίῳ, ἐφ' οὗ δὴ πύργος εἷς τὰ πρότερα ὢν εἱστήκει μόνος, ὄνομα Ὄνος. ἐλέλειπτο δὲ μόνα πόλεως ἐδάφη οὐ πολλῷ ἄποθεν. Αὐγοῦστε* [*Αὐγοῦσται* leg. esse iam Wesseling. recte observavit] *ὠνομάζετο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἡ πόλις. νῦν δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ὄνομα ἔχουσα, νέα δὲ καὶ ἀκραιφνὴς ὅλη πρὸς Ἰουστινιανοῦ βασιλέως γεγενημένη, ὁμίλῳ οἰκητόρων ἐπιεικῶς πλήθει.*" Etiam Theophylactus (supra ad cap. XXXVIII. not. 8. cit.) *Αὐγοῦσταν* celebravit. De situ recentiores consentire videntur, ad fluvii fere cognominis, cui hodie *Augustul* s. *Ogustul* vel *Igustul* nomen est, cum Danubio confluentes castellum, de quo quaerimus, situm fuisse, non ita longe supra oppidum *Rahova* s. *Orava* (cf. Hassel. p. 642.). Vid. Mannert. VII. p. 87. sq.

9) *Varina* 𝔄𝔅𝔇 et cod. ms. quo Surita ad Itin. Ant. p. 220. usus est. *Varinae* 𝔈(?) editi. *Variana* It. Ant. l. c. XII M. P. infra Augustas habet, et *Βαριάνα πόλιν ἐκ παλαιοῦ κειμένην* instaurasse Iustinianum refert Procop. l. c. Scripsissem *Variana*, ut infra (C, ✝. 1.) dedi, nisi religiose codices scriptos, quoad sine superstitione fieri potest, sequi mihi esset propositum. Wesselingius etiam ad It. Ant. l. c. *Variana* verum castelli sive urbis cognomen esse annotavit. Infra oppidum *Rahova* Marsil. tab. 18. sect. XVI. posuit „*Silauna*, Ant. Rom.". atque in eo loco olim Variana stetisse Tab. Peut. indicat, idemque etiam Mannerto VII. p. 90. visum est.

10) Cf. ad cap. VI. not. 9.

11) *Almum* Pannoniae montem esse (cf. ad cap. XXXVIII. not. 7.) ad h. l. annotare Pancirolus non erubuit; neque id mirum est, postquam Surita ad It. Ant. p. 219. in eumdem errorem inciderat. De Almo nostra It. Ant. et Tab. Peut. ad

cap. XXXVIII. not. 1. transcrr. et Procop. l. c. „. . τὸ δέ γε Ἄλμοῦ [φρούριον], χώραν περιβεβλημένον πολλήν, ἐς ὀλίγον ξυναγαγὼν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ ἄμαχον εἶναι τοῖς πολεμίοις εἰργάσατο [Iustinianus]." Hodiernum Bulgaricum oppidum *Lom* s. *Lomb, Lomb-Palanka*, quod ad Lom fl. ostia situm est, in sandschakatu Vidinensi (cf. Hassel. p. 645.) vetus nomen fere retinet. Cf. Mannert. VII. p. 86.

12) *Aegetae* h. l. omnes nostri. sed Surita ad It. Ant. p. 218. annotavit „In vetusto exemplari Notitiae et *Egete* et *Agete* legitur. cf. not. 72. Ptol. III. 9. Ἔτητα pro Ἔγητα, ut iam Cellar. I. p. 460. §. 45. vidit. *Egeta* est in It. Ant. et Tab. Peut. ll. cc. D'Anvillius p. 438. de Aegetae situ scripsit „Je ne vois point de lieu qui lui convienne comme celui de Vetislau [*Fetislan* scribit Marsil.], près duquel de chaque côté du Danube on distingue des vestiges d'une ancienne forteresse sous le nom de Cladova, à une petite distance au dessus de ce qui reste du pont de Trajan" et c. Idemque p. 457. „Egeta" ait „se place auprès du pont de Trajan." Mannertus VII. p. 83. *Theodoropolin* Procopii idem oppidum fuisse expressit, minus recte, opinor, ut ipse Procopii locus paulo post docebit. de situ cum D'Anvillio ille convenit. Magna castellorum copia eum tractum defendebat, ubi Traianus ponte utramque Danubii ripam coniunxit. Intra spatium unius fere miliaris geogr. Marsil. tab. 16. sect. XIV. in dextra Danubii ripa haec nomina habet: „*Cosoritz*, Ant. Rom. *Banul*, Ant. Rom., *Clodora*, Ant. Rom. *Fetislan* (infra quod castellum pontis illius celeberrimi reliquias collocavit Marsilius), *Corvingrad*, Ant. Rom." Itemque in sinistra Danubii ripa castellorum Romanorum vestigia supersunt multa. — Egregie ad h. l. illustrandum facit Procop. de Aed. IV. 6., quem locum, quamvis longiorem, totum transcribere iuvabit: *τούτου δὲ Ζάνες οὐ πολλῷ ἄποθεν φρούριον μέν ἐστι, Πόντες ὄνομα· ὁ δὲ ποταμὸς ἐκροήν τινα ἐνταῦθα ἐκβάλλων, ταύτῃ τε περιπολῶν ὀλίγην τινὰ τῆς ἀκτῆς μοῖραν, ἐπιστρέφει αὖθις ἐς ῥοῦν τὸν οἰκεῖον, καὶ ἐφ' ἑαυτὸν ἀναμίγνυται. ποιεῖ δὲ ταῦτα οὐκ αὐτόματος, ἀλλ' ἀν-*

θρώπων ἐπινοίαις ἀναγκασθείς. ὅτου δὲ δὴ ἕνεκα Πόντες τε ὁ χῶρος ἐκλήθη καὶ ἀναγκαςὸν περιάγουσιν αὐτόσε τὸν Ἴςρον, ἐγὼ δηλώσω. Ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Τραϊανός, θυμοειδής τε ὢν καὶ δραςήριος, ὥσπερ ἀγανακτοῦντι ἐῴκει, ὅτι δὴ οὐκ ἀπέραντος αὐτῷ ἡ βασιλεία εἴη, ἀλλὰ ποταμῷ Ἴςρῳ ὁρίζεται, ζεῦξαι οὖν αὐτὸν γεφύρᾳ διὰ σπουδῆς ἔσχεν, ὡς διάβατός τε αὐτῷ καὶ οὐδαμῇ ἐμπόδιος εἴη ἐς τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους ἰόντι. ὅπως μὲν οὖν τὴν γέφυραν ἐπήξατο ταύτην, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἂν ἐν σπουδῇ γένοιτο, Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δαμασκηνός, ὁ καὶ παντὸς γεγονὼς ἀρχιτέκτων τοῦ ἔργου, φραζέτω. οὐ μέντοι τις τὸ λοιπὸν γέγονεν ὄνησις ἐνθένδε Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ τὴν γέφυραν ὅ τε Ἴςρος ἐπιχυθεὶς ὕςερον καὶ ὁ χρόνος ἐπιῤῥεύσας καθεῖλον. πεποίηται δὲ Τραϊανὸς τότε καὶ φρούρια δύο τοῦ ποταμοῦ ἐφ' ἑκάτερα, καὶ αὐτοῖν Θεοδώραν μὲν ἐπωνόμασαν τὸ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, Πόντες δὲ τὸ ἐπὶ Δακίας ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ ἐκλήθη· πόντην γὰρ τὴν γέφυραν Ῥωμαῖοι τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσιν· ἀλλ' ἐπεὶ ἐνταῦθα γινομέναις ναυσὶν ἄπλους τὸ λοιπὸν ὁ ποταμὸς ἦν, τῶν τῆς γεφύρας αὐτόθι ἐρειπίων τε καὶ θεμελίων κειμένων, τούτου δὴ ἕνεκα τὸν ποταμὸν ἀναγκάζουσι μεταπορεύεσθαι τὸν αὐτοῦ δρόμον καὶ τὴν πορείαν ἀνακυκλεῖν αὖθις, ὅπως ἂν πλώϊμον καὶ τὸ ἐνθένδε αὐτὸν ἔχοιεν. ἄμφω μὲν οὖν καταπεπονηκότα τὰ φρούρια ταῦτα διά τε χρόνου μῆκος καὶ οὐχ' ἥκιςα ἐνσκηψάντων ἐνταῦθα βαρβάρων διεφθάρθαι ξυνέβη. βασιλεὺς δὲ Ἰουςινιανὸς Πόντην μέν, ὅπερ ἐςὶ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ δεξιᾷ, νέᾳ τε καὶ ἀμάχῳ ἐπιεικῶς ἀνανεωσάμενος οἰκοδομίᾳ, τὴν ἀσφάλειαν Ἰλλυριοῖς ἀνεσώσατο. τοῦ δὲ αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα ὄντος, ὅπερ Θεοδώραν καλοῦσιν, ἅτε ἀποκειμένου τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις, προσήκειν οἱ ἐπιμελεῖσθαι οὐδαμῶς ᾤετο· τὰ δὲ νῦν ἑστῶτα μετὰ τὴν Πόντην ὀχυρώματα ᾠκοδομήσατο καινουργήσας αὐτός, ἅπερ καλεῖται Μαρεβοῦργός τε καὶ Σουσίανα, Ἅρματά τε καὶ Τιμένα καὶ Θεοδωρούπολίς τε καὶ Στιλιβούργου καὶ Ἁλικανιβούργου." De Ponte Traiani cf. Cellar. I. p. 461. sq. §§. 49. sqq. D'Anvill. p. 438. sqq. Mannert. IV. p. 219.

13) Ita h. l. omnes. Cf. ad cap. XXXVI. nott. 26. 28.

14) *Vtociae* 𝔄, *Utoziae (s. Utoriae)* 𝔈. Sed cf. not. 17. Pancirolus annotavit „Ursini codex habet *Lito.*" *li* et *U* facile permutari possunt. cf. supra not. i ad pictorum castellorum inscriptiones. De hoc castello vid. It. Ant. et Tab. Peut. ad cap. XXXVIII. not. 1. citt. nam *Vio* Tabulae aperte ex *Vto* corruptum est. Procop. de Aed. IV. 6. i. f. „ . . φρούριον ᾠκοδομήσατο παλαιὸν ἔρυμα, ὅπερ Οὔτως ὠνόμαζαι." Castellum a Iustiniano imp. restauratum ad Uti (hod. *Uid*) fl. cum Danubio confluentes situm fuisse consentiunt omnes. cf. Cellar. I. p. 467. §. 65. Interpp. ad It. Ant. l. c. Mannert. VII. p. 91. Sed hic quidem fallitur dicens Marsilium (tab. 19. sect. XVII.) in loco veteris Uti habere „*Gegende*, Ant. Rom." nam hoc nomen ad Oesci (hod. *Isker*) fl. in Danubium sese effundentis sinistram ripam habet elegantissimus Comes; ad Uid fl. ostia nullum neque nomen neque Romanarum antiquitatum indicium posuit.

15) Cf. ad cap. IV. not. 37.

16) *miliarentium* 𝔄𝔅𝔇𝔈, *Miliarennum* r[1,2,3]. Nomen explicavi ad cap. XXVIII. not. 24.

17) *Transalbada* 𝔄, *Transalba* (omisso nomine *Daciae*) 𝔇, *Transalbadat* 𝔈. Nomen *Uto* antecedentem versum claudebat; hic extremas nominis *Daciae* syllabas non capiebat; itaque factum est ut librarius *ciae* supra hunc versum poneret, easque syllabas postea ad nomen *Vto* traxerunt, unde istud *Vtociae* enatum est. cf. supra not. 14. Pancirolus lepide „dicit *Daciae*, quia alia oppida *Transalbae* extra Daciam reperiebantur." Ego repperi nullum atque valde vereor ne Pancirolus etiam nullum reppererit. De castello Daciae veteris in sinistra Danubii ripa sermonem esse crediderim; sed id ubi situm fuerit, nisi felici quodam casu non assequeris coniectura. fortasse non ita procul a Ponte Traiani quaerendum erit, ubi tot Romanorum castellorum hodieque vestigia supersunt. Cf. not. 12.

18) *Auxiliorum* 𝔄.

19) *Dacisorum* 𝔈. Cf. ad cap. XXXVII. not. 19.

20) *Drobetae* 𝔈(?) editi. Cf. supra not. 7.

21) *Crispiciense* 𝔇𝔈. Cf. seq. not.

22) *Crispitiae* 𝔈(?) editi. Hoc nomen nisi *τὸ Κρίσπας ἔρυμα* (quod temporis diuturnitate labefactatum a Iustiniano restitutum esse refert Procop. de Aed. IV. 6.) designat, nihil de loco mihi constat. *Crispas* Procopius infra Dorticum (cf. not. 5.), Turrim, quae Iudaeus dicebatur, Burgum Altum et Gombes, supra Longiana, Ponteserium atque Bononiam (cf. not. 3.) recenset; ut inde de situ loci fere statui possit.

23) Ita omnes. procul dubio *Martensium* legendum est, quod iam Pancirolus suspicatus est, postquam annotaverat „*Maria* est oppidum Peloponnesi Ptolemaeo, unde hoc auxilium extrahi potuit." Facilius de *Castris Martis* Daciae castello Sozomen. IX. 5. Procop. de Aed. IV. 6. Hierocl. p. 657., sive etiam de Dardaniae urbe *Μηρίων*, quam Wesseling. ad Hierocl. p. 656. eamdem esse annotavit, atque *Μαριανὰ* Procop. de Aed. IV. 4., cogitaveris, ut supra ad cap. VIII. not. 33. de Meriensibus dictum est. sed frustra. De Martensibus vid. cap. VI. §. I. C, ✝. 2. et not. ad eum locum.

24) *Οἶσκος* et *Οἶσκος Τριβαλλῶν* Ptol. III. 8, 10. *Ἰσκὸς* s. *Ἴσκος* Procop. de Aed. IV. 6. Hierocl. p. 655. et *Isco* nomine etiam Iornand. Get. c. 50. usus est sec. Wesseling. ad It. Ant. p. 223., quod *Oesco Leg. V. Mac.* habet; *Esco* in Tab. Peut. scriptum est. cf. ad cap. XXXVIII. not. 1. Ita ap. Gruter. 566, 9. legitur „NATVS MESIA INFERIORE DOMV ESCVM . ." *Yscoi* (pro *Oesci*) est in subscript. L. 5. Th. C. de privileg. eorum qui in s. palat. VI. 35. Etiam fluvius, qui hodieque *Isker* nominatur, *Escus* in Tab. Peut. scribitur, sed *Oescum* vocat Plin. III. 26. sect. 29. Ad huius fluvii ostia castellum oppidumve, de quo quaerimus, conditum fuisse plerique fere omnes consentiunt, quicquid Procop. l. c. dicit, oppidum flumini non appositum, sed longe ab eo remotum fuisse. Apud Marsil. tabul. 19. sect. XVII. in sinistro Oesci Danubio sese miscentis angulo est „*Gegende*, Ant. Rom." (cf. not. 14.), et

in sinistra Danubii ripa „*Gieli.* Ant. Rom.“ oppositum est, quod nomen alii *Tzelew*, alii *Tschelei* scribunt. Etiam nomina ad utramque Oesci ripam aut non ita procul ab ea Danubioque sitorum vicorum varie scribuntur. Mannertus VII. p. 89. nullum in loco veteris Oesci hodie oppidum exstare recte affirmat; Reichardus autem hodie locum *Oreszovits* dici opinatur, ut referunt Bischoff. et Moeller. p. 800. Cf. etiam Cellar. I. p. 467. §. 64. atque Interpp. ad It. Ant. l. c.

25) *Claustrini* (quod nomen lexica non habent) limitanei milites fuerunt, qui in clusuris s. clausuris (nobis *Clusen* sive *Clausen*), i. e. castellis limitaneis prope montium fauces, quibus imperii Romani fines et claudebantur et defendebantur, praesidio constituti erant. *Clausurae* burgique iuxta ponuntur L. 2. §. 4. C. de off. Pf. P. Afr. I. 27. „. . ubi resp. Rom. fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris et burgis ostenditur . . “. L. 4. C. de off. mag. off. I. 31. Magistro Officiorum iniungunt imperatores „ut super omni limite . . . quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum cura procedat, quotannis significare . . . procuret.“ De compluribus eiusmodi *κλεισούραις* Procopius loquitur, e. gr. bell. Pers. II. 29. de Aed. III. 7. de Lazicis, quas ita descripsit „*σκόπελοι ὑπερφυεῖς ἐφ' ἑκάτερα τῆς χώρας ὄντες στενωποὺς ἐπὶ μακρότατον ἐνταῦθα ποιοῦνται· Κλεισούρας ἑλληνίζοντες τὰς τοιαύτας ὁδοὺς Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*“ Similiter de Armeniacis Clisuris Id. de Aed. III. 6. „. . *ὄρη ἀπότομα καὶ παντάπασιν ἀδιέξοδα, ξυνιόντα ἐς ἄλληλα στενωποὺς ἀπεργάζονται δύο, ἄγχιστά πη ἀλλήλοιν ὄντας, οὕσπερ νενομίκασι Κλεισούρας καλεῖν.*“ Et eadem fere de Graecis Clisuris ibid. IV. 2. leguntur. Suidas *Κλεισοῦραι*, inquit, *καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ.* et Byz. hist. scriptores *κλεισουράρχας*, clausurarum praefectos, memorant. Vide omnino Cuiac. Obss. III. 24. Pancirolus iustae explicationi falsa nonnulla pro suo more adiunxit: annotavit „*Clostra* oppidum est in Latio Italiae: sed a loco apud barbaros *Claustra* nominato,

aut a *claustris*, quae sunt limitum munitiones, hos *Claustrinos* vocatos puto.“

26) Hunc versum omisit 𝕮. De *Transluco* nihil mihi constat. Paneirolus satis bene: „ultra *Lucum* oppidum, sic infra *Transdierna* et *Transdrobeta*, nomen tamen est loci ita dicti.“ Fortasse huc referendus est hic Procopii de Aed. IV. 6. locus „. . Οὕτως (cf. not. 14.) . . ἐν ὑςάτῳ δὲ τῶν Ἰλλυρικῶν ὁρίων φρούριον ἀνῳκοδομήσατο, Λαπιδαρίας ὄνομα, καὶ πύργον ἕνα ἐςῶτα μόνον, Λουκερναριαβούργον καλούμενον, ἐς φρούριον ἀξιοθέατον μετεςήσατο [Iustinianus].“ Si revera *Lucernariaburgum* is locus fuit, contra quem *Translucus* nostra quaerenda est, haec in dextro Alutae *(Olt)* fluvii angulo, ubi ille prope Valachicum oppidum *Izlas* s. *Islas* Danubio se immiscet, sita fuit. Pari autem iure, aut maiori, si vis, de Procopii *Λακκοβούργο*, quod inter Aquas Dorticumque situm fuit, similia disputes. Sed nemo spoponderit syllabas *luco* corruptas non esse.

27) Cf. not. 19.

28) Ita omnes. *Burgum Zonum* inter tot castella burgosque Danubii hunc tractum defendentes invenio nullum. sed fortasse *Zanes* oppidum, quod supra Traiani pontem fuisse refert Procop. de Aed. IV. 6. huc pertinet. Procopii verba haec sunt: „μετὰ δὲ Καπούδβοες [Caput bovis] ὠνόμαςαι, τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἔργον Τραϊανοῦ, καὶ πολίχνιον ἐφεξῆς παλαιὸν Ζάνες ὄνομα. οἷσπερ ἅπασιν ἐρύματα περιβαλὼν [Iustinianus] ἐχυρώτατα προβόλους εἶναι τῆς πολιτείας ἀνανταγωνίςους πεποίηται. τούτου δὲ Ζάνες οὐ πόλλῳ ἄποθεν . . . Πόντες . .“ vid. not. 12. *Zanes* itaque in uno alterove munimentorum supra Pontem Traiani conditorum, quorum hodierna nomina supra not. 12. rettulimus, quaerendum est.

29) *Praefect.* 𝔄, *Praef.* 𝔇, *Praefecturae* 𝔅𝕮(?) editi. Cf. ad cap. XXXVII. not. 38.

30) De his disputavimus ad cap. XXXVIII. not. 37.

31) Hunc versum in Commentario Paneirolus ad sequens comma, quod de Legionibus agit, recte, ut opinor, traxit, sed

invitis codicibus mss. et edd. omnibus, quare nihil mutare pro instituti mei ratione potui. — De *Transdiernis* disputaturus simul de *Zernis* (cf. C, ✝. 7.) quaeram. Utrumque nomen οὐδετέρως, non θηλυκῶς scribendum esse crediderim. *Zerna* idem oppidum fuisse atque illud, de quo Ulpianus L. 1. §. 8. D. de censib. L. 15. sub nomine *coloniae Zernensium* loquitur, non est quod dubitemus. Ulpiani locus ita habet „In Dacia [non *Indicia*, ut Florent. et Haloandr. habent: ἐν Δακίᾳ Basilica habere testatur Cuiac. Obss. X. 35. cf. Gutberleth. in Oelrichs. thes. diss. tom. II. part. 3. p. 287. sq. §. VI.] quoque Zernensium [*Cyrenensium* Haloand., qui annotavit „alias *Ernensium*. *Cyrnensium* Russard. in marg. ἡ τῶν Ζηρμησιῶν ἀποικία Basilic. sec. Cuiac. l. c.] colonia, a divo Traiano deducta, iuris Italici est." Ptol. III. 8. *Dierna*. Procopio (cf. ad cap. XXXVIII. not. 23. cit.) Ζέρνης inter castella est, quae infra Novas (hod. *Rama*; cf. ad cap. XXXVIII. nott. 9. 17.) et supra Caputbovis, Zanes Traianique Pontem (cf. nott. 28. 12.) condita fuisse refert. et distincte (sed valde dubitari potest, num recte) Procopius indicat, castellum in dextra Danubii ripa situm fuisse; nam addit „ἐν δὲ τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ ἄλλα τε πολλὰ φρούρια . . ἐδείματο." Tabula denique Peutingerana VII. A (cf. ad cap. XXXVIII. not. 1.) in sinistra Danubii ripa habet *Tierua* [lego *Tierna*; D'Anvillius vult *Dierna*] eumque locum XX M. P. a Faliatis (= Talialis, hod. *Tatalia* prope vicum *Poretz*. cf. ad cap. XXXVIII. not. 23.) removet. Inscriptio a Cuiacio l. c. exhibita, quae sec. edit. Fabrot. ita habet: „. . FELICIB. AVSPICIIS CAESARIS D. NERVAE TRAIANI AVG. CONDITA COLONIA DACICA ZERMIS PER M. SCAVRIANVM PROPRAETOREM" perperam ad coloniam Zernensium a praestantissimo viro tracta est, nam ad *Sarmizegethusam* pertinet; et ZERMIS falso expressum est pro SARMIZ, ut recte apud Gruter. 6, 3. legitur. Cf. Gutberleth. l. c. Ad *coloniam Ulpiam Traiani Aug. Dacicam Sarmitzegethusam* pertinentes lapides permulti exstant, eorumque magnam partem exhibet Io. Seivertus, „Inscriptiones monumentor. Romm. in Dac. mediterr. Viennae [Austr.]

1773. 4to. Ex illis veterum auctorum de hoc nomine locis omnibus inter se comparatis id statim efficitur, Procopii *Zernes* cum Diernis Ptolemaei, Tiernis Tabulae, Colonia Zernensium Ulpiani non convenire; ille locum ad dextram, hi de quo loquuntur, eum ad sinistram Danubii ripam collocant omnes. De quo Procopius loquitur, eum locum contra *Czernae* fl. ostia, ubi Marsil. tab. 16. sect. XIV. habet „*Orsora*, Antiq. Rom.“ quaesierim; eum vero, de quo ceteri scriptores citati dixerunt, cum hod. Valachico oppido *Czernetz* s. *Tschernetz* ad cognominis fluvii ostia, in eius sinistra ripa sito convenire crediderim. *Transdierna*, de quo loco hic quaerimus, contra Procopii Zernes, ad *Czernae* fluvii ostia in hod. Hungarico oppido *Alt-Orsova*, ubi Marsilius item nomen „*Orsora*, Antiq. Rom.“ habet, in sinistra Danubii, dextra Czernae ripa exstitisse crediderim. Procopii itaque *Zernes* ea *Dierna* forent, a quibus propter oppositum situm *Transdierna* nomen nostrum castellum acceperit. Atque haec quidem mea sententia est. videant alii utrum iusta, nec ne. iam vero nos ipsi de aliorum sententiis videamus. Et primum quidem Cellarius I. p. 481. §. 94. verum aperte non vidit: „In recentibus“ ait „tabulis locus *Cerne* conspicitur fere medius inter Cibinium *[Hermannstadt]* et Coroniam *[Kronstadt]*, quod nomen cum Zernensium colonia concordat: esse autem illam, adfirmare non possum.“ D'Anvillius (Mém. de l'acad. des inscr. XXVIII. p. 437.) de Diernis et Transdiernis ita disputavit: „Je reconnois le nom de ce lieu dans celui de la rivière de *Tzerna* ou *Czerna*, qui prenant sa source aux confins de la Transilvanie, se rend dans le Danube près des limites de la Valakie, à *Russava*, ou comme on dit communément *Orsora*, qui a succédé a *Dierna*. Les vestiges de la voie Romaine qui y conduisoit depuis *Taliatis*, sont taillés dans le rocher qui borde le Danube: et en continuant de suivre cette voie au-delà de *Dierna*, on se rendroit d'un côté a *Ulpia Traiana* . .; de l'autre on communiqueroit avec *Tibiscus* . .“. Id. p. 447. „ . . *Dierna* prend la place d'Orsova sur le bord ultérieur du Danube, au con-

fluent d'une rivière dont le nom de *Czerna* (ou de *Tzerna*) conserve jusqu' à présent celui de *Dierna*. Le lieu qui suit dans la Table, et nommé *Ad Mediam* [cf. ad cap. XXXVIII. not. 1.] est facile à reconnoître dans la position actuelle de *Meadia*." De *colonia Zernensium* ita D'Anvillius (p. 441.), sed certe quae ad rem criticam L. 1. §. 8. D. cit. pertinent, minus recte, disputavit: „Le petit fort . . *Severin* est à l'issue du pont sur la gauche. Mais, à quelque distance au-delà du fleuve, le lieu que l'on rencontre sous le nom de *Czernes*, conserve celui d'une ville Romaine. On lit dans Ulpien: *Inducia, Zernensium colonia, a divo Traiano deducta*; mais, au lieu *d'Inducia*, il convient de lire *in Dacia*, ce qui est appuyé de l'autorité des Pandectes originales [ut tum multorum opinio fuit] de Florence, citées par Pancirole [sed is falsi de Florentini codicis scriptura narrati immerito arguitur]. On a lu aussi *Cyrenensium*, pour *Zernensium*, ou bien *Czernensium*, qui est l'orthographe des temps postérieurs et d'aujourd'hui, puisque l'on écrit *Czernes*. Et comme je ne suis point dans le même doute qu' Ortelius et Cellarius, je crois devoir rapporter au même lieu la mention que la Notice fait de *Zernis* . . . Car, si le lieu de Czernes, et sa proximité à l'égard du Danube et du pont de Trajan, avoient été à la connoissance d'Ortelius et de Cellarius, ne doutons point qu'ils n'eussent eu la même opinion. Les Romains en se fortifiant sur la rive citérieure du Danube, n'avoient pas tellement abandonné la rive ultérieure, qu'ils ne conservassent des postes, *trans, in barbarico*, selon les expressions de la Notice." Mannert. IV. (ed. II. 1820.) p. 207. sq. „*Tierna*, paulo plus quam mil. geogr. unum supra *Alt-Orschowa*, septemtr. versus, ad Czernam fl. Ptolemaeus idem oppidum *Dierna* nominat, in Pandectis vocatur *colonia Zernensium*, et in Notitia appellatur *Transdiernis* et paulo post *Zernis*." Idem scriptor, qui raro in nimiae diligentiae vitium incidit, saepiusque sibi ipse non constat, tom. VII. (ed. 1812.) p. 81. „Procopius" inquit „complura castella Romana infra Talia s. Taliata condita recenset,

sed in eo errat, quod nonnulla, quae in boreali Danubii ripa condita fuerunt, ad australem collocat et vice versa. Maioris inter illa momenti fuerunt *Tzerna (Zerna)* et *Transtierna*, hodiernum opp. *Altorsowa*, ad Tzernae fl. ostia." Reichardus denique in dextra Danubii ripa *Cerne*, in sinistra *Tierna* collocavit.

32) Cf. ad cap. XXXVIII. not. 26.

33) *Praefec.* 𝔄, *Praef.* 𝔇, *Praefecturae* 𝔅ℭ(?) editi. Cf. not. 29.

34) *V^{iae}.* 𝔄.

35) Memoratur haec legio cap. VI. §. I. C, ✝. 1. cap. XXV. §. I. A, ✝. 1. et nonnullis locis eius simul cum *leg. XIII. gemina* mentio fit, ut hac libri nostri parte et supra cap. XXV. cit., e. gr. in inscr. apud Gruter. 1096, 4. Seivert. num. 67. „. . C. STATIVS. | POL. LEG. | LEG. V. ET. XIII. | GEMIN." Lapides permulti eam legionem celebrant. cf. Gruter. 13, 17. 391, 4. 465, 3. 492, 9. 513, 2. 3. 514, 5. 571, 1. 1096, 4. 1097, 7. 1098, 5. 1099, 4. et distincte LEG. V. MACEDONICA IN MOESIA memoratur ibid. 481, 1. 490, 2. item apud Seivert. numm. 29. 74. In nunis quoque haec legio celebratur, Eckhel. VIII. p. 489., „etiam in numis Philippi in colonia Heliopoli Coelesyriae percussis, quin et in numis Beryti Phoeniciae", ut Eckhel. II. p. 5. habet, ubi idem de vexillo huius legionis, aquila, disputavit. Etiam in Itin. Ant. nomini *Oesco* adscriptum legi *Leg. V. Mac.* supra (cf. not. 24.) iam monuimus. Cum nostro libro facit etiam Dio Cass. LV. 23. „πέμπτον [στρατόπεδον], Μακεδονικὸν, ἐν Δακίᾳ."

36) Ita 𝔅. *Variniana* 𝔄𝔇 et cod. ms. quo Surita ad It. Ant. p. 220. usus est. *Varinianae* ℭ(?) editi. Cf. supra not. 9.

37) *Praefec* 𝔄, *Praef.* 𝔇, *Praefecturae* 𝔅ℭ(?) editi. Cf. not. 29.

38) *V.* 𝔇.

39) Cf. not. 6.

40) *Praefect.* 𝔄, *Praef.* 𝔇, *Praefecturae* ceteri. Cf. not. 29.

41) Cf. not. 24.

42) *Praef.* 𝔇. Cf. not. 29.

43) *XIIImae* 𝔄, *XIII.* 𝔅(?)𝔇, *tredecimae* 𝔈, *decimae tertiae* editi.

44) *Geminia* 𝔄𝔅𝔇, *Geminiae* 𝔈(?)editi. Cf. cap. XXV. §. I. A, ℣. 2. et vid. paulo supra not. 35. ad hoc cap. Haec quoque legio, qua in bello Dacico Traianus usus est, ut V. Macedonica, in inscriptionibus numisque saepissime memoratur; memoratur item in It. Ant. ad v. *Ratiaria* (cf. infra ad ℣. 8.) et apud Dion. Cass. LV. 23. „τό τε τρίτον καὶ δέκατον [στρατόπεδοι], τὸ ἐν Δακίᾳ, τὸ δίδυμον." Inscriptiones, quarum nonnullae cognomina P. F. (Pia Fidelis) aliae *F* tantum, aliae *Antoniniana* addunt, vide apud Gruter. 2, 11. 6, 6. 14, 6. 17, 9. 31, 10. 45, 9. 51, 4. 53, 15. 66, 7. 374, 5. 400, 1. 415, 10. 465, 2. 467, 6. 493, 1. 512, 7. 513, 2. 3. 514, 13. 523, 9. 526, 4. 529, 5. 547, 9. 548, 7. 566, 1. 1030, 9. 1102, 4. 1107, 1. et apud Seivert. numm. 14, 19, 25, 27, 31, 32, 40...42, 45, 54...67, 73, 79, 83, 87, 90, 93, 94, 122, 125, (ubi VAL. VICT. — valens victrix? — cognominata est) 184? 186, 188...192, 195, 199...208. Memoratur denique in numis M. Antonii, Severi, Gallieni, Daciae. cf. Eckhel. not. 35. cit.

45) *Aegetae* 𝔈(?) editi. Cf. not. 12.

46) *Praefecturae* omnes. Cf. not. 29.

47) *XIII.* 𝔄, *terciedecime* 𝔇. Cf. not. 43.

48) *Geminia* 𝔄𝔅𝔇, *Geminiae* 𝔈 editi. Cf. nott. 44. 53. 57. 60.

49) Ita etiam editi. De Drobetis supra (not. 7.) dictum est. D'Anvillius, ubi de Drubetis loquitur, *Transdrobeta* ne verbo quidem attigit, neque in tab. geogr. locum huic castello assignavit, quod tamen secundum viri consultissimi de Drubetis sententiam in sinistra Amutrii [hod. *Motru*] rivi ripa quaerendum erit; secundum Mannerti opinionem contra *Krajowa* ad dextram Schyl fluvii conditum fuisse dicendum est.

50) *Praefec:* 𝔄, *Praef.* 𝔇, *Praefecturae* 𝔅𝔈(?) editi. Cf. not. 29.

51) *Legio:* 𝔄.

52) *XIII.* 𝔄𝔈. Cf. nott. 43. 47. 56. 59.

53) *Geminia* 𝔄𝔅, *Geminiae* 𝔇 editi, *Geminae* recte 𝔈. Cf. nott. 48. 44. 57. 60.

54) *Βουργονόβορε* Procopii de Aed. IV. 6. idem castellum esse apparet, quod situm fuit inter *Aquas* (cf. It. Ant. et Tab. Peut. ad cap. XXXVIII. not. 1. citt.) Laccoburgumque (cf. not. 26.) ac Dorticum (cf. not. 5.), ut paulo infra hod. Serbicum oppidum *Brza Palanka* quaerendum sit, sive inter Marsilii (tabb. 16. 17.) *Palankutza* et *Deez*.

55) *Praefecturae* omnes. Cf. not. 29.

56) *XIII.* 𝔇. Cf. nott. 43. 47. 52. 59.

57) *Geminia* 𝔄𝔅𝔇, *Geminiae* 𝔈(?) editi. Recte quidem h. l. *Geminae* habent ff; sed per operarum errorem *Ratiariae* ex sequenti versu inter *Geminae* et *Zernis* repetierunt.

58) Hodie *Czernetz* in sinistra Danubii ripa, paulo infra pontem Traiani; sed sec. Mannert. *Alt-Orsova*. cf. not. 31.

59) *XIII.* 𝔄. Cf. nott. 43. 47. 52. 56.

60) *Geminia* 𝔄𝔅𝔇, *Geminiae* 𝔈(?) editi. Cf. nott. 44. 48. 53. 57.

61) *Ratiariae* 𝔈(?) editi. De hoc oppido, quod situm fuit ubi hodie Bulgaricum opidum *Arcer-Palanka* ad Arcer fl. ostia conditum est, diximus ad cap. X. not. 49.

62) *Praefectu:* 𝔄, *Praefecturae* ceteri. Cf. nott. 29. 33. 37. 40. 42. 46. 50. 55. 70. 73.

63) *Leg:* 𝔄.

64) *Macedonici* 𝔄𝔅𝔇.

65) *Sucidavae* 𝔈(?) editi. Iterum desparatum hoc nomen offendimus. cf. quae ad cap. XXXVI. not. 2. et ad cap. XXXVII. not. 12. diximus. Quae ibi eius nominis oppida nominavimus, ea ad hunc nostrum locum pertinere nequeunt, neque etiam *Zusidava*, quam Ptol. III. 8. inter Daciae insigniores civitates recenset, quamque D'Anvillius p. 460. hod. *Suczava* in Bukowina esse putavit, Mannertus (IV. p. 222.) autem multo magis meridiem versus prope Valachicum oppidum *Buseo* quaerendam esse scripsit, huic nostrae *Sucidavae* convenit. Attamen librarios

erroris aut neglegentiae reos facere non ausim, quum in his barbarorum tractibus quas ex veteribus descriptionibus geographicis topographicisque superstites habemus, eae parum accuratam notitiam praebeant. Fortasse de *Acidava* aut de *Rusidava*, sec. Tab. Peut. VII. A in itinere ab Aegeta Drubetisque ad Pontem Aluti sitis locis (cf. Mannert. IV. p. 220. D'Anvilliique tab. geogr. ad diss. de Dacia Traiani compositam) aliquis cogitet. Magis mihi arrideret Procopii (de Aed. IV. 6.) *Σικίβιδα*, nisi nominis discrepantia obstaculo esset; quod praesidium ille infra Oescum, quam Iscum appellat (cf. not. 24.), et Hunnorum castrum in boreali Danubii ripa, contra castellum, quod *Palatiolum* nomen habuit, conditum fuisse enarrat; sequebatur *Utus* (cf. not. 14.) ad dextram Danubii. quaesierim itaque eam *Sicibidam* prope Valachicum opp. *Izlas*, paulo plus versus occidentem. Ceterum locorum nomina in *dava* exeuntia Daciam fere innumera habuisse vel unus Ptol. III. 8. docere potest, ubi *dana* minus recte multa exemplaria habent. Quas syllabas „Davorum incolarum nomen referre“ Zamoscius auctor est. Cf. D'Anvill. p. 460. Facile Pancirolus se extricavit hac annotatione: „Hoc oppidum erat in Moesia II. sub eius duce ... unde aut hoc aliud oppidum eiusdem nominis in Dacia Ripensi fuit, aut uterque castra ibi coniuncta habebat. haec enim praefectura sub duobus ducibus esse non potuit.“

66) Pancirolus: „Hi forte *Reduces* sunt dicti, quod ab hostibus capti reduces fuissent.“ Malim proelium bellumve, quo profligato hi Secundi redierant, a Panciroli indicatum esse, utrum Dacicum, an Sarmaticum vel aliud fuerit.

67) *Siostae* E(?) editi. Neque de hoc loco quicquam comperi. nam *Sostra*, sec. Tab. Peut. VII. C inter Philippopolim Nicopolimque sita, nihil ad Daciam Ripensem; neque sine distincto indicio sumpserim, ut praesidia provinciae Rhodopae Thracicaque sub Duce Moesiae II. supra offendimus constituta (cf. cap. XXXVII. §. I. B), ita Moesiae Inferioris castellum sub Duce Daciae Ripensis fuisse. Ceterum aut in hoc nomine

Siosta, aut in sequentis versus v. *Sosticae* (pro *Siosticae?*) mendum esse suspicor, nisi utrumque nomen minus recte scriptum esse malis. Videant alii utrum ex sequenti Claudiopolitana inscriptione, quam ex Seiverto p. 129. n. 182. transcripsi, aliquid ad locum nostrum explicandum elici possit: IMPERATOR. OPTIMI. SEVER. MA|XIMI. PONT. ANTONINI. P. DIVI. HA|DRIANI. MARCO. AVG. COLONIA. | VI. IMP. CAES. TRAIANI. | PARTH. DIVI. NERV. Seivertus illud COLONIA VI in *colonia Sexta* resolvendum esse opinatus est; crediderim vero COLONIA VL. scriptum fuisse, lapidemque ad *coloniam Ulpiam Traianam Sarmizegethusam* referendum esse.

68) *nouac* AB, *noue* D, *nonae* E(?) editi. *novae* vetustum codicem habere testatur Pancirolus, et in textum *nonae* ex D recepit, in commentario *decimaenonae* per apertam neglegentiam scripsit.

69) Ita AB. *Sostiacae* DE(?) editi. Pancirolus: „Tribunus cohortis decimaenonae *Sostiacae* stativa habebat.“ Credant alii *Sostiaca* nomen castelli fuisse, ego non credo. cf. not. 67. Nomen castelli, in quo haec cohors praesidio fuit, excidisse videtur, neque vero lacunae indicium in codd. scriptis editisve factum est.

70) *Praefec*: A, *Praefecturae* ceteri. cf. notas quas not. 62. indicavi.

71) Cf. ad cap. XXXVIII. not. 44.

72) *Agetae* ABE editi. *Agete* D. Cf. quae not. 12. disputavimus. *Classis Aegetensium sive Secundae Pannoniae* memoratur Not. Occ. cap. XXXI. §. I. E. ✝. 5.

73) *Praefect*: A, *Praefecturae* ceteri. cf. not. 62.

74) *Ratianensis* AB, *Racianensis* D. Facile *ri* et *n* commutantur. Cf. not. 61. ibiq. cit. loc.

75) Nomen loci, ubi haec classis stativa habuit, excidit, sed lacunam libri nullam indicant. Pancirolus eam Ratiariae stetisse annotavit, quod ipse facile crediderim; sed hoc non impedit quo minus id nomen non expressum fuisse negandum sit. — Idem Pancirolus adiecit: „Praeter praesidia in No-

titia recitata Zosimus lib. IV. post princ. scribit, aliud Cpoli fuisse, quod duobus militum numeris constabat, cuius nulla in hoc libro fit mentio." Iuvabit h. l. inscriptionem Sarmizegethusae repertam (ex Gruter. p. 448, 3. Scivert. n. 75. Orell. n. 3234.) addidisse: M. PAPIRIO. M. F. COR | PRAEF. COH. I. PANN. IN. DACIA | PRAEF. RIPAE. TIBISSI. DANVVIT [DANV|BII. Scivert.] | CVRATORI. PONTIS. AVG. IN. MOESIA | II. VIRO. POP. PLEPSQ. [PLEBSQ. Scivert.] VLPIAE. TRAIA. [TRAIAN. Scivert.] | SAR. PATR. H. M. P.

76) *Offitium* 𝕮.

77) *offitio* 𝕮.

78) *milicia* 𝕭𝕯.

79) De hoc loco vid. ad cap. XXXVI. not. 56.

80) *Offitiales* 𝕮.

81) *dacie* 𝕯, *Datie* 𝕮.

82) *quint9* 𝕮, de quo mendo disputavimus ad cap. XXVI. not. 10. 𝕰𝖉𝖎𝖙𝖔𝖘 hunc de evectionibus annualibus versum non habere iam non amplius nobis annotandum erit.

CAPUT XL.

a) *Paleſtine* 𝕮, *Paleſtinae* 𝕯𝖉𝖊'. *cum insignibus* add. *ee*. — Palaestina Prima tempore Notitiae nostrae sub *Consulari* fuit; Secunda et Salutaris s. Tertia *Praesides* suos habebant (cf. cap. I. ✝. 22. b, 1. 2.). Sub Iuliano imp. totam Palaestinam, indivisam dico, *Consularem* habuisse docet L. 55. Th. C. de decurionibus XII. 1. (immutata L. 24. Iust. C. cod. X. 31.), quae anno 363. data est; *Proconsulem* postea Palaestinam rexisse hae constitutiones impp. annis 383. et duobus sequentibus emissae testantur: L. 28. Th. C. quor. appell. XI. 36., L. 42. Th. C. de appell. XI. 30., L. 4. Th. C. de fisci debitorib. X. 16. atque ex Zosimo (IV. 41.) discimus Theodosii M. tempore totam Palaestinam uni magistratui civili paruisse: *Ἱλάριος δὲ*, inquit, *δια τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς ἐπαί-*

των ἀξιωθεὶς ἄρχειν παρὰ βασιλέως ἐτάττετο Παλαιστίνης ἁπάσης." ita in Libello Provinciarum, qui nominatur, inter decem Orientis provincias una Palaestina est, *Syria* Palaestina, ut olim, dicta. Quonam anno tres Palaestinae ex una factae sint, non constat; Malalae (chronogr. lib. XIII. ed. Bonn. p. 319.) enarratio „*Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς* [Constantinus M.] *καὶ τρίτην Παλαιστίνην ἐποίησεν ἐπαρχίαν*" valde verendum est, ne vera non sit; nam S. Hieronymus (Quaest. in Genes. cap. 21.) „ante non grande tempus Palaestinam Salutarem" i. e. Tertiam, ex divisione factam esse scribit; atque ipse sibi contrarius est Malalas de Theodosio M. eodem libro (p. 347. ed. Bonn.) enarrans: *ὁμοίως δὲ καὶ δευτέραν Παλαιστίνην ἐμέρισεν ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἐποίησεν ἄρχοντα, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ Σκυθῶν πόλει.* Vix autem cuiquam credibile esse videbitur, Theodosium Primam Secundamque, Constantinum Tertiam Palaestinas fecisse. Certum est anno 409. „Primam, Secundam ac Tertiam Palaestinam" distinctas fuisse, quod ostendit L. 30. Th. C. de mil. erog. VII. 4.; sed veri mihi simillimum esse videtur iam anno 396. divisionem Palaestinae in tres provincias factam fuisse; nam (quantumvis Wesselingius ad Hierocl. p. 664. discrepet, nominaque *Phrygiae Pacatianae* praeferat) cum Gothofredo credo L. 3. Th. C. de protostasia XI. 23. ad Praesidem Hygiae [i. e. Salutaris] Palaestinae datam esse. Itaque non longe post divisionem Orientis ab Occidentis imperii partibus divisio illa facta esse videtur. eaque duravit etiam sub Iustiniano, qui Consularem Palaestinae Primae, ut etiam apud Hierocl. p. 717. vocatur, ad proconsularem dignitatem evexit, ut Novellae VIII. CIII. atque Hierocles testes sunt. Bene quidem scio L. 29. Th. C. de Iudaeis XVI. 8., anno 429. emissam „utriusque Palaestinae" mentionem facere; sed falli qui eo tempore duas tantum Palaestinas fuisse credant, iam Gothofr. ad eam L. ostendit: Palaestina Tertia synedria non habuit. Idem argumentum totius huius disputationis pro suo more doctissime ac diligentissime exposuit, maxime in comment. ad cit. L. 3.

de protostasia. Cf. Reland. Palaest. lib. I. cap. 34. Wesseling. ad Hierocl. p. 717. sq. Ipsius etiam Iustiniani imp. verba audiamus, Nov. CIII. praef. ita disserentis: „Εἰς νοῦν δὲ ἡμῖν ἦλθε καὶ ἡ Καισαρέων μητρόπολις ἡ Παλαιςίνης ἡγουμένη τῆς πρώτης, ἣν ἐχρῆν καὶ πρὸ τῶν ἄλλων μείζονος ἀπολαῦσαι τιμῆς, διότι καὶ πρώτην ἀνθύπατος αὐτὴν εἶχε, καὶ ἐφεςήκει τῇ αὐτῇ τοιαύτη τίς ἀρχή· καὶ ἐκ σεμνοτέρας εἰς ἐλάττω μετέβαλε, μιᾶς μέντοι ἔμπροσθεν τῆς ὅλης οὔσης Παλαιςίνης, εἰς τρεῖς δὲ διαιρεθείσης μοίρας· καὶ οὔτε τῆς ἀνθυπατείας αὐτῆς μεινάσης, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ταύτην δὴ τὴν ὀρδιναρίαν καλουμένην κατενεχθείσης.“ Quod ibid. cap. 1. ἑκατέρας Παλαιςίνης mentio facta est, non probat duas tantum exstisse Palaestinas, sed ex duabus Palaestinis ad Proconsulem appellationum causas deferri voluisse Iustinianum. Notitia Iustiniana Novellae VIII. inserta §. 38. τὸν ἄρχοντα Παλαιςίνης τρίτης inter praesidiales magistratus recenset, ut ad cap. I. not. 110. observavimus.

Ad tabulam (pag. 110.):

In vexillo quod vir barbatus corona murali ornatus dextra tenet, D inscriptum habet *Prouintia* | *Paleſtina*|, ε[6,7] habent: PROVINCIA | PALESTINA, Ͻε[1...4]: PROVINCIA | PALESTINA | M. D. | XXXVI |. scilicet anno 1536. aut pictor picturam fecit, ad quam sive Beatus Rhenanus sive Sigism. Gelenius tabulam incidi curavit, quae ad exemplar Ͻ adhibita est, aut, quod magis crediderim, chalcographus eo anno tabulam in aes incidit. Cogitari etiam potest scriptum codicem habuisse MCCCCXXXVI., quo anno Petrus Donatus codicem Spirensem sibi transcribi curavit. In A nulla eiusmodi inscriptio est, ut liber quoque mandatorum huius Consularis pariter atque eius quem Not. Occ. (cap. XLI.) recenset, in omnibus scriptis editisque exemplaribus sine inscriptione est.

---

1) *viri* omiserunt BE(?)Ͻε.
2) *Paleſtinae* Eͻ.
3) *Prouintia* D.

4) *palaestinae* 𝔅, *Palestina* 𝔈𝔡.

5) *Offitium* 𝔈.

6) *offitio* 𝔈.

7) *Ab atis* 𝔇. Cf. ad cap. XLII. not. 4.

8) *Cortinalios* 𝔄𝔅𝔇𝔈, *Cortalinos* 𝔡𝔢'𝔣𝔣, *Cohortalinos* 𝔠^{2,3,4,6,7}. *Cortalini* pro *Cohortalini* correpte dicebant, ut *Chors*, *Chortis* pro *Cohors*, *Cohortis* vel in optimae notae lapidibus offenditur. Verbum *Cortalini* Byzantinorum more in *Cortinalii* et *Cortinarii*, *Κορτινάλιοι* et *Κορτινάριοι* transmutarunt. Nomen *Cortalini* Byzantini *Κορτελίνοι* scribere soliti sunt. Cf. Meurs. Glossar. Graecobarb. vocc. *Κορτελίνοι* et *Κορτινάριοι* atque Du Cange vocc. *Cohortales* et *Cortinarii*.

9) *annutatione* receperunt 𝔣𝔣 ex errore, quem operae in 𝔡 cap. XLII. §. II. admiserunt. *Annotatio*, rescriptum principis, a forma nomen gerens.

10) Cf. Titt. Theod. et Iust. codd. de Cohortalibus, item de Diversis officiis, passim.

11) De evectionibus consularium praesidumque memorabilis exstat Iuliani imp. ad Mamertinum Pf. P. anno 362. emissa constitutio, L. 12. Th. de cursu publ. VIII. 5., qua illis faciendarum evectionum licentia plane adimitur, praesidibus binas annuas facere iubetur Pf. P., „quibus ad separatas provinciarum secretasque partes necessariis ex causis officiales suos dirigere possint. sed his quoque nostra etiam mansuetudo evectiones singulas dabit, ut ad nos referre possint, cum id fieri necessitas quaedam exegerit.“ Sed sequenti eiusdem imp. ad eumdem Pf. P. eodem anno emissa constitutione significatur „illationi specierum largitionalium competentes evectiones rectores provinciarum, cum absit vicarius, facere“ debere.

CAPUT XLI.

1) Fortasse ab initio loco huius capitis XIV capita liber noster continebat, quibus ceteri omnes Consulares, cap. I.

γ. 21. enumerati, eodem modo, quo superiori capite de Consulari Palaestinae agitur, additis singulorum symbolis sive insignibus, recensebantur: Consularium symbola omnia inter se consimilia fuisse, vel una pictura, quae ad caput de Consulari Campaniae pertinet (cf. Not. Occ. cap. XLI.), refutatur. Neque plus liber noster, ut nunc est, dicit, quam ceteros omnes Consulares ad similitudinem Consularis Palaestinae *Officium* habuisse.

2) *Palestinae* Edr[1].

3) *Offitium* C.

4) *habet*, operarum errore, r[4].


CAPUT XLII.

α) *Preses* D.

β) *Thebaedos* B. *cum insignibus*. add. rr. — Cf. ad cap. I. not. 105.

Ad tabulam (pag. 112.):

Liber mandatorum in D, ubi flavi coloris est, habet:



Dr[1...4] ita habent: FL | VAL | PNEN | IVSSVAV̄ |, r[6,7] ita: F.L. | V. A. L | P. N. E. N. | JVSSV. AV̄G. Pancirolus: „eas [notas] ita sum interpretatus: *Foelix liber*, *veniens a Laterculo primicerii Notariorum*, *et notariis iussu Augustali.*“ Quid si interpretemur *forma litterarum . . . . iussu Augusti?* nam extrema libri A nota $\overline{N}$ pro $\overline{AV}$ sumenda est, ut D et impressi libri testantur. Ceterum de tribus prioribus versiculis explicandis omnino incertus sum; magisque quam illa Panciroliana

explicatio placeret mihi litteras VAL. PN *Vale praeses noster* interpretari. Repete finem not. a ad cap. XXII.

a) *Thebaides* 𝔇. Nomen *Thebais* omiserunt editi.

---

1) *Offitium* 𝔈.

2) *autem* omisit 𝔄.

3) *offitio* 𝔈.

4) *Ab atis* 𝔇. Cf. ad cap. XL. not. 7.

5) Ita h. l. 𝔄𝔅𝔇𝔈𝔡𝔢'𝔣𝔣, *Cohortalinos* $\mathfrak{e}^{2,3,4,6,7}$. Cf. ad cap. XL. not. 8.

6) *annutatione* 𝔡𝔣𝔣. Cf. ad cap. XL. nott. 9. 10.

7) De evectionibus vid. ad cap. XL. not. 11.

CAPUT XLIII.

1) Si recte coniectura se habet, quam ad cap. XLI. not. 1. protulimus, pro hoc capite XXXIX capita hic liber olim habuit, ceteros omnes in partibus Orientis constitutos Praesides cum suis symbolis sigillatim exhibentia. Etiam Praesidum symbola inter se diversa fuisse apparet. Cf. Not. Occ. cap. XLV.

2) *ones* (pro *ōnes*) 𝔈.

3) Verba *ad similitudinem Praesidis* omisit 𝔈.

4) *Thebaide* 𝔇. Gravi operarum errore in $\mathfrak{e}^7$ pro verbis *Praesidis Thebaidae* legitur *Consularis Palaestinae.*

5) *offitium habet.* 𝔈.

CAPUT 43ᴬ.

1) Duos orientales Correctores (cf. cap. I. ✝. 23.) silentio praeterire liber noster non potuit; sed aperte, quamvis codices lacunae indicium praebeant nullum, haec duo capita, sed non dico iisdem quibus ipse usus sum verbis, olim locum

suum obtinuerunt. Argumento possunt Notitiae Occid. capita XLIII. XLIV. esse. In Notitiae Occidentis capp. I. XLI. sqq. Consulares, Correctores Praesidesque iusto pro dignitate horum magistratuum ordine sese excipiunt. Sed si inde obicis, quae addidi capita 43A et 43B. ea inter capita XLI. et XLII. collocanda fuisse, ut idem iustus ordo, quo Notitia Occ. utitur, hic quoque observaretur, refero te ad cap. I. supra, ubi Correctores post Praesides collocati agmen claudunt.

2) Exstat filiorum Constantini const. *ad Auxentium Praesidem Augustamnicae* anno 342. emissa, L. 34. Th. C. de decurionibus XII. 1., unamque Augustamnicam inter quinque, quae eo tempore fuerunt, Aegypti provincias recenset Amm. Marc. XXII. 16, 1. et 3. Postea nova Aegypti divisione facta *Augustamnicae duae* prodierunt: Hierocl. p. 727. „*Ἐπαρχία Αὐγοῦςα ά ὑπὸ Κοῤῥήκτορος.*“ et p. 727. „*Ἐπαρχία Αὐγοῦςα β' ὑπὸ ἡγεμόνα.*“ In Iustiniani Notitia, quae Nov. VIII. inserta est, §§. 33. 37. praeses Augustanicae Primae inter consulares, praeses Augustanicae Secundae inter praesidiales correctoriosve magistratus recensetur. Wesselingius ad Hieroclis locos haec annotavit: „.. est Isidori Pelusiotae [medio fere quinto saeculo mortui] L. II. Ep. 15. *ad Serapionem Κοῤῥίκτορα*, et plures *ad Ausonium Correctorem*, ut I. 116. II. 25. et passim.“ Et paulo inferius „Post Theodosii II. tempora haec [Augustamnica II.] videtur provincia facta: unam tantum Augustamnicam Notitia Imp. Or. novit, unam etiam Cyrillus in Epist. ad Atticum p. 205.; Praesidem habuisse [Augustamnicam II.] Hierocli credimus. Est Augustamnicae Praeses in L. 34. Th. C. de decurionibus, et apud Athanasium Apol. contra Arian. p. 174., qui toti Augustamnicae, nondum in duas distractae, sub Constantio imperavit: post dein sub Arcadio eadem Correctorem, ut ex Isidoro ostendimus, habuit: ubi vero ex una binae sunt creatae Augustamnicae, prima Correctorem, secunda, ut olim, Praesidem, cui pareret, nacta est.“ Ad Iustiniani l. c. Wesselingius non respexit.

3) Utrum *sub dispositione*, an *sub iurisdictione* provin-

ciam suam habuisse Correctorem liber noster olim expresserit, non definio: de Praeside Thebaidos, quamquam Praesides Correctoribus inferiores fuerunt, cap. XLII. docet provinciam sub eius *dispositione* fuisse; sed in Not. Occ. de Correctore Apuliae et Calabriae dicitur, eum sub *iurisdictione* provinciam suam habuisse. Cf. argumenti explicationem libro praemissam. Iuvabit h. l. Theodosii filiorumque L. 2. Th. C. de offic. magist. milit. I. 7. anno 393. Addeo Comiti et Magistro utriusque militiae emissam contulisse, ubi haec legimus: „Corrector quidem provinciae Augustamnicae ob illatam Duci contumeliam ut cum Officio suo condemnaretur meruit; a sede autem sublimitatis tuae usurpari iudicii pars ista non debuit, quia semper de ordinario iudice illustris est cognitio praefecturae."

4) De Officiis Correctorum non constat. putaverim ea habuisse: Principem de eodem officio, Cornicularium, Tabularios ... (cf. Not. Occ. cap. XLIII. §. II. ♰. 3. L. 8. Th. C. de cohortalibus VIII. 4.) sive Numerarium, Commentariensem, Adiutorem, Ab actis, Exceptores et ceteros Cohortalinos, quibus *et* c. — Subadiuvam singula Officia Consularium, Correctorum Praesidumque in partibus Occidentis habent; sed eiusmodi Officialis in Officiis Consularium Praesidumque orientalium non memoratur.

5) De evectionibus rectorum provinciarum vid. ad cap. XL. not. 11.

CAPUT 43^m.

1) Vid. quae ad praecedens cap. not. 1. annotavimus.

2) Hierocl. p. 695. „Ἐπαρχία Παφλαγονίας ὑπὸ Κορίκτορα." Iustinianum Paphlagoniae Honoriadique proprium Praetorem praefecisse ad cap. I. not. 133. annotatum est.

Ad tabulas pagg. 115. 116.

Ne ultra quam res ipsa secum fert, in commune illud vitium, ut de rebus obscuris aut non satis intellectis verbosiores disputationes non habeantur solum, sed et edantur, ipse dum reprehendo incidam, primum duas tabulas quae Notitiae priorem partem claudunt, breviter describam, deinde Panciroli de iisdem commentarium, quamvis non magni faciam, nonnullis notis meis auctum repetendum curabo. Ex codicibus mss. qui has picturas continent solum 𝔄 et 𝔇 exempla habeo; in ℭ haec libri nostri pars deperdita est, ut ad cap. XXXII. not. 43. observavimus; 𝔈 pag. 87ᵃ. solummodo verba *Virtus, Diuina prouidentia, Scientia rei militaris*, pag. 87ᵇ. *Vernus, Diuina electio, Eſtas* habet; ceterae inscriptiones cum ipsis picturis desunt. Codicum 𝔄 et 𝔅 exempla mihi non ad manus esse eo indicatum est, quod supra (p. II.), ubi de his libris dixi, asterisci appositi non sunt. De ordine librorum qui in 𝔯𝔡itis perversus esse solet (cf. supra pag. 184.), verba nulla faciam; cum secutus sum quem 𝔄𝔇 sequuntur.

Ad tabulam I. (pag. 115.)


a ... e) Quinque figuris adscripta nomina in 𝔄𝔇𝔡𝔢𝔯 inter se conveniunt, nisi quod 𝔄 *fœlicitas* habet.

Duo priores libri albi sunt, sed margines angulique et mediae partes in 𝔄 viridi colore, in 𝔇 auro picti. ceterum alter in 𝔇 hanc formam habet , non hanc , ut in 𝔄.

α et *β*) Flavi, in 𝔄 ita inscripti sunt, unus: FL. | *intalĩ* | *Comord* | $\overline{\text{PR}}$, alter: $\widetilde{\text{FL.}}$ | *intalĩ* | *Comord* | $\overline{\text{PR}}$; in 𝔇 uterque ita: FL. | INTA$\overline{\text{LL}}$ | COMOR$\overline{\text{D}}$ | $\widetilde{\text{PR}}$, et ex 𝔡 ita fere 𝔯¹…⁴ habent: $\overline{\text{FL.}}$ | INTA$\overline{\text{LL}}$ | COMORD | $\overline{\text{PR}}$, 𝔯⁶,⁷: F.L | I. N. T. A$\overline{\text{LL}}$ | CO. M. ORD | $\overline{\text{P.R.}}$

γ) Viridis coloris in 𝔄, violacei in 𝔇 hic codex est.

In 𝔄 inscriptio haec est: in 𝔇 haec:






𝔡𝔠$^{1\ldots4}$ habent: FL. | VAL | COSTRL | IVSSID (COSTRI | IVS-SID 𝔢^{3,4}); 𝔢^{6,7} ita: F.L. | VAL. | COS. TRI | IVSSID.

δ) Flavus liber, in 𝔄 ita inscriptus: FL | *intali* | *Comord* (omissis litteris PR), in 𝔇 ut α et β habet, item in 𝔡𝔠𝔢.

ε) Viridis in 𝔄, ruber in 𝔇. In illo inscriptio ita se habet: FL | *Val* | *costr* | *Jussi* | *D*; in hoc: .FL. | ceteraque ut γ. Item 𝔡𝔠𝔢 habent, ut ad γ annotatum est.

Sequentes duo libri albi sunt, fasciis alter caeruleis in 𝔄, aureis in 𝔇, umbone alter cinerei coloris in 𝔄, aureo in 𝔇.

ς) Flavi coloris in 𝔄𝔇 hic liber est; in illo codice ita inscribitur:




in 𝔇 inscriptio est ut α et β. Signa, qualia in folio revoluto 𝔄 habet, in 𝔇 nulla sunt. Editi hic habent, ut α et β.


ζ) Item flavus liber, folium revolutum album est. De inscriptione in 𝔇𝔡𝔠𝔢 vide ad α, β, δ, ς annotata. In 𝔄 ita est;



η) Flavus liber. De 𝔇bcc repete proxime superiorem notam. 𝔄 ita habet:



ϑ) Iterum superior n ota repetenda est. 𝔄 hunc librum exhibet:



Sequitur liber albus cum fasciis, quae caeruleae sunt in 𝔄, aureae in 𝔇.

ι) Liber flavus in 𝔄, rubeus in 𝔇. In 𝔄 ita inscribitur:

FL | *Val* | *costr̄* | *Jūſsi* | *D*; in 𝔇 : ·FL· | VAL· | COSTRE | IVSSI*d*. In 𝔡𝔯[1...4] est: FL. | VAL | COSTR̄L | IVSSID; in 𝔯[6,7] ut ad *γ*.

κ) Viridis liber eandem inscriptionem habet ut *ι*.

Paenultimus huius tabulae liber in 𝔄 albus est, in medio fasciam cum tabula virides habet; in 𝔇 liber caeruleus est cum fascia tabulaque aurei coloris.

Ultimi libri color sanguineus est in 𝔄, viridis in 𝔇; fascia quae alba est in 𝔄, aurea est in 𝔇.

Ad tabulam II. (pag. 116):

a) *Diuina electio* 𝔇 non habet.


b) *Vernus* 𝔄𝔇𝔡𝔯[1...4], VER 𝔯[6,7]. Puto *vernus* pariter ac *vernum* decrepitae Latinitatis nomen esse; neque constat exemplorum, quae in lexicis v. *vernum* leguntur, partem ad nomen *vernus* referenda non esse.

e) HIEMIS 𝔇, *Hiems* 𝔡𝔯[1].

Duorum priorum librorum color idem est atque in superiore tabula, nisi quod in 𝔄 fasciae angulique cinerei coloris sunt; atque prioris libri etiam ima pars taenia aurea in 𝔇 ornatur.

α β) Idem dicendum est quod ad *α β* superioris tabulae, nisi quod *β* in 𝔄 litteras P̄R in fine inscriptionis omisit.

γ) Viridis liber cum eadem fere inscriptione atque tabulae prioris liber quem *γ* designavimus; in 𝔄 ita est:




δ) Convenit color et inscriptio cum prioris tabulae *δ*, sed hic 𝔄 litteras P̄R in fine inscriptionis non omisit.

ε) Viridis liber, ita in 𝔄 inscriptus: FL | *Vale* | *Mag* |


me″ | *Jussi* | *D;* in 𝔇 ita: FL. | VALE | *magme*″ | IVSSId. Editi huius inscriptionis loco eam repetierunt quam libri γ habent.

Sequuntur duo albi libri, quorum taenia mediaque pars cinerei coloris sunt in 𝔄, aurei in 𝔇, ubi prior liber, ut ille quem prior tabula eodem loco habet, tribus aureis taeniis ornatus est.


ϛ) Flavus liber, ut prioris tabulae ϛ, nisi quod folium revolutum in 𝔄 aliis signis inscriptum est: habet enim 𝔄 librum hunc:



ζ) Vide quae de libro ζ prioris tabulae scripsimus. In 𝔄 liber ita se habet:



η) Repete ad η prioris tabulae annotata. In 𝔄 hic liber est:




ϑ) Flavus liber, ut prioris tabulae ϑ, sed ita in 𝔄 inscriptus:



ι) Item flavus liber cum inscriptione ut α.

κ) Viridis liber, ita in 𝔄 inscriptus: FL | *Val* | *Conn* | *Jüssi* | *D*; in 𝔇 ita: FL. | UAL | CONN | IVSSI*d* Editi ex γ repetitam inscriptionem dant.

λ) Viridis in 𝔄, purpureus in 𝔇, cum albo latere. Inscriptio haec est in 𝔄: in 𝔇 haec:





Duo postremi libri fuscum in 𝔄, in 𝔇 alter ferrugineum, purpureum alter colorem habent, ab inscriptionibus vacui.

PANCIROLI COMMENTARIUM
DE ARMARIIS LIBRORUM
HIC A NOTITIA REPRAESENTATIS.

(cap. CLIX. Thes. Graev. CLX.)

Armaria inter utriusque imperii dignitates inserta in Thebaidis Praesidis atrio [1] depicta fuisse Pierius (lib. Hierogly-

1) Quod duae tabulae, de quibus hic sermo est, post caput

phicor. 32. *[cap. 10.]*) scribit: cuius verba ita se habent: „In Theodosii et aliorum qui eo seculo fuerunt Imperatorum [2] insignibus, in atrio Praesidis Thebaidos nuncupati, argumentum hoc pictum spectabatur, cuius exemplum in quodam eius militiae ordinum, officiorumque canone descriptum Romae apud Maffaeos inspexi. Tabula est libris quodam ordine dispositis onusta, quorum nonnulli syllabariis quibusdam notis inscripti sunt, quibus per compendium contentae in eis rationes indicabantur, alii nihil praescriptum habent. Supra tabulam fastigium attollitur, in media cuius facie genii duo latum sustentant orbem, in quo caput instar humani, cuius ita inscriptio est DIVINA PROVIDENTIA. In angulis vero tabulae, quae descriptos, ut diximus, libros continet, singulis capita singula sunt apposita, quorum superius a dextra inscriptionem circumductam ostendit VIRTVS, alterum a laeva SCIENTIA, inferius a dextra AVCTORITAS [3], quartum a laeva FOELICITAS. Quod quidem, ut puto, innuit rerum omnium gerenda-

de Praeside Thebaidos ceterorumque Praesidum Officiis collocatae sunt, certe non cum Pierio ita interpretandum est, ac si ad illius Praesidis Insignia eae pertinerent; sed nec cum Pancirolo ad Primicerium Notariorum, „qui magistratuum insignia in manu habebat „atque mandatorum codices scribi curabat et edebat, totamque fere „hanc Nutitiam tractabat", eas rettulerim; ne dicam de eo, quod parum recte de Primicerii Notariorum muneribus Pancirolus verba fecit. Aperte sacra scrinia his tabulis repraesentantur, sed non dico ad Magistrorum Scriniorum Insignia easdem pertinere. Ut aliae picturae, e. gr. duae quas in inscriptionis paginis editio nostra habet, ut Roma sedens ante Descriptionem urbis Romae, ut Constantinopoleos effigies ante huius urbis Descriptionem, aliaeque similes, ita hae quoque duae tabulae indicant, opinor, Notitiam nostram ceteraque scripta quae cum eadem iisdem codicibus coniuncta esse solent, e sacris Scriniis sive ex archivis imperialibus, ut ita dicam, olim transcripta excerptave esse. Facile tamen concesserim haec duo armaria, ut cum Pierio loquar Panciroloque, effigiem sacrorum ipsorum Scriniorum fere exprimere. neque in eo Pancirolo contradicam, quod alteram tabulam ad Orientalem, alteram ad Occidentalem imperii partem trahi voluit, quamvis collocatio utriusque tabulae ad calcem Notitiae Orientis parum ei sententiae faveat, neque inscriptiones librorum eamdem satis tueantur.

2) Pierius Valerianus ex iis fuit, qui Notitiam Dignitatum post annum CCCCVIII. compositam esse opinati sunt. Cf. lib. meum Ueb. die Not. Dignu. p. 108.

3) AVTHORITAS ap. Pier. scriptum est, et paulo post FELICITAS.

rum summam a Deo primum emanare, eumque conciliandum in primis, ut nostra omnia fortunentur. Mox necessariam esse virtutem, quippe animosum, aptum, et idoneum debere esse hominem, qui praeclara sit facinora aggressurus. Verum virtutem solam parum prodesse, nisi accesserit et disciplina, cuius scientia eruditi et tempora et occasiones internoscamus. Sed enim et haec et illa vix sufficient, nisi et auctoritas adiuncta fuerit, qua milites populique sub Imperio contineantur, iussaque non cunctanter exequantur. Unde legas de Vespasiano, cum esset iam a militibus salutatus Imperator, auctoritatem et quasi maiestatem quandam inopinato scilicet et adhuc novo Principi defuisse, quae non prius accesserit, quam e plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure sedentem pro tribunali pariter adiissent orantes, ut Tranquillus ait, opem valetudinis demonstratam a Serapide per quietem restituturum oculos, si inspuisset; confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere: cumque vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus amicis palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit, atque ita, quod primum desiderabatur, auctoritatem indeptus est. Sed et quarta necessaria est, felicitas, quippe licet enim animis valeas, experientia sis eruditus, auctoritate praestans, nisi tibi res feliciter succedat, ruere plerumque omnia, et elabi in irritum experieris. Addita huic et altera tabula, cum eisdem libris et librorum notis, et geniis in fastigio orbem caput referentem sustollentibus, sed angulares circuli affixi adscripta habent nomina singula singuli, VER, AESTAS, AVTVMNVS, HYEMS: ut scilicet admoneamur, diligenter nos animadvertere debere, ut suo quaeque tempore agantur procurenturve" [4].

Haec Pierius, qui pauca ex multis explicat. Sed ego haec aliter interpretor: Hic enim Primicerii notariorum, qui magistratuum insignia in manu habebat, atque mandatorum codices

4) Pierii explicatio satis quidem pia, sed parum vera est.

scribi curabat, et edebat, totamque fere hanc Notitiam tractabat, officium et diligentiam repraesentari existimo[5]. Itaque libros magistratibus tradendos in armario dispositos ostendit, qui ex notis, quibus sunt inscripti, non rationum codices, ut opinatus est Pierius, sed mandatorum, magistratibus tradendi, esse dignoscuntur[6]: In manuscriptis plures etiam dignitatum codicilli spectantur, qui a maiore laterculo, et eodem Primicerio prodibant, ad quem omnium fere dignitatum cura spectabat. Armaria quoque illa esse in quibus hi codices reponebantur, quatuor contignationes arguunt. Hic ergo praecipua magistratuum insignia, id est Principis mandata, a se accipienda Primicerius notariorum ostendit. Haec ab Augusto inventa fuisse Dion (lib. 53. *[cap. 15.]*) scribit, quae procuratoribus suis, Proconsulibus, et Propraetoribus seu Legatis dabat, et illorum particulae ab Ulpiano (in l. solent. 6. §. ult. ff. de offic. proconsul.) et aliis recitantur. Illa diu intermissa Iustinianus renovavit, quae mittenda provinciarum Praesidibus XVII capitibus explicuit (Novella 17.), et laterculo maiore, ac legibus inseri praecepit. Haec, cum primum in provincias venissent Praesides, clero, cum Episcopo, et populo metropolis convocato, palam legi et actis inseri iussit, eorumque exemplum publice in omnibus provinciae civitatibus legendum proponi, ut omnes an mandata servarentur, scire possent (§. pen. d. Novel. 17. et l. ult. C. eod. scilicet de mandat. Princip.).

Duplex autem armarium, duplicis provinciarum imperii Orientis, et Occidentis typum refert, ad quorum concordiam significandam utrorumque codicum tegumenta coloribus et notis sibi respondentia cernuntur. In his colores quatuor exprimuntur, viridis, luteus seu aureus, purpureus, et ferrugineus: huius loco manuscripti codices album ponunt: librorum tegumenta, pro magistratuum dignitatibus, varia reperiuntur: qui Illustribus tradebantur, in umbilico vultum Principis aureum[7],

5) Cf. supra not. 1.
6) In hac re Pancirolo omnino assentior.
7) Sed eiusmodi liber in his duabus tabulis depictus non exstat.

aut eius loco notas quasdam habebant, quibus alii carebant: Codices manuscripti albos sive argenteos, et aureis fasciis in capitibus, et medio, cinctos, tam in Oriente, quam Occidente, illustrium libros repraesentant. In meo codice pro albo purpureus color spectatur. Vicarii duo, et ipse Primicerius notariorum [8], omnesque rei militaris Comites, Ducesque notas suis libris inscriptas habebant, quarum aliae sunt FL. IN. TALL. COM. ORD. PR. quas ita sum interpretatus, *Foelix liber iniunctus notariis laterculi continens mandata ordine primicerii* [9]. Aliae sunt FL. VAL. COS. TRL. IVSSI. D. quas ita exposui *Foelix liber venit a laterculo continens sacros titulos rerum largitionalium iussione divina.* Sic in iure debita fiscalia vulgo tituli largitionales vocantur (l. 2. C. de Canone largit. tit.). Verba quoque *divinae iussionis* reperiuntur, et apud Iustinianum (Novella 114.). Aliae notae codicibus horum armariorum inscriptae in impressa Notitia non reperiuntur: at in manuscriptis hae visuntur FL. VALL. P. N. EVS. IVSSV. DD. quas interpretor *Foelix liber venit a laterculo primicerii Notariorum eius, iussu divino.* Constat enim apud Petrum Diaconum has notas EVS significare *eius.* Haec inscriptio in tergo Codicis mandatorum Praesidis Thebaidis invenitur, qui in Notitia impressa loco EVS. habet E. N. IVSSV. AV. id est *et Notariorum iussu Augustali.* In eadem Notitia manuscri-

8) Liber mandatorum Primicerii Notariorum in Occidentis imperii partibus eas notas habet, sed Primicerii Notariorum in Orientis partibus vacuus est.

9) De hac explicatione supra dictum est pagg. 283. sqq cf. pag. 515. Notas COMORD interpretari *Comes* aut *Comiti ordinis* non ausim: frequentior usus et quod numerus nullus sequitur obstare videtur; neque PR pro *primi* accipi potest. De reliquis a Pancirolo resolutis notis nihil h. l. addam, nisi quod *iussione divina* et *iussu divino* aut *dominorum* atque *iussu Augusti* vel *Augustali* certa, cetera omnia admodum dubia esse mihi videntur. Maxime mihi displicet Panciroli *Foelix liber venit* aut *veniens* rell. Ut notae MAG. MEM. de Magistro Memoriae sine dubio accipiendae sunt, ita notas CONN. (pro CORR. ut insignia Correctoris Apuliae et Calabriae habent: Not. Occ. cap. XLIII.) in libro *x* postremae tabulae de Correctore, notas COS. saepius expressas de Consulari interpreter; atque inde fortasse pro PN legendum est PR, ut *Praeses* significetur.

pta, in unius Codicis dorso hae notae reperiuntur FL. VALE. MAG. MEM. IVSSI. D. quae sunt pro insignibus Magistri scriniorum Occidentis, et significant: *Foelix liber venit a laterculo edendus Magistro memoriae iussione divina:* alias vero notas VALE. credo esse scribendas VALL. ut aliae similes sunt in eodem armario FL. VALL. PNV. IVSS. DD. Difficile est has notas exponere, quas Iustinianus (in l. 1. §. ult. C. de vet. iure enucleando.) signa, et compendiosa aenigmata appellat: sed quantum coniectura assequi potui, pro virium tenuitate explicare sum conatus; si scopum non attigero, satis erit propius accessisse, aut saltem aliis acutioris ingenii verius interpretandi viam aperuisse.

Armaria in summo fastigiata, binos utrinque habent genios, purpureis stolis amictos, qui muliebre caput circulo inclusum, flexis genibus sustinent: supra Orientale scriptum est DIVINA PROVIDENTIA; super Occidentale, DIVINA ELECTIO: sed in Ursini codice primum est viri caput purpureo pallio humeris iniecto. Pierius ad Deum haec refert, prout omnia sunt referenda: sed vereor ne humani Principis providentia significetur, velut a Deo ministrantibus angelis ipsi inspirata, quam sub foeminae effigie repraesentat; Insinuat autem Principis divina providentia afflati orbem Romanum gubernari, qui libris mandatorum traditis magistratus ad illum recte administrandum instruit; similiter divina eius electio esse intelligitur, cum inspirante Deo viros ad hoc munus idoneos, et scientia ac rerum usu expertos legit. Actiones vero et res Principis passim in iure divinae appellantur, ut divina indulgentia (l. 3. ff. de constitut. Princip.), divina delegatio (l. pen. C. de appellationib.), sanctio (l. 4. C. de temporib. appellat.), domus (l. 7. C. de sacrosanct. eccles. l. 8. C. de exactorib. tribut. l. 15. C. de re militar.), et alia huiusmodi. Eodem modo divina eiusdem providentia, et electio est appellata.

In singulis praeterea utriusque armarii angulis singula humana capita circulis inclusa spectantur, quae eodem oris et vestium habitu sibi respondent, primum enim id est Orientale

armarium in summo a laeva habet hominis effigiem tonso capite, tunica purpurea, et supra eam toga prassina induti, cuius inscriptio est SCIENTIA REI MILITARIS; sed in manuscriptis est VIRTVS, utrunque pro eodem Veteres habuere [10]. Alterum quoque armarium, id est Occidentale, in summo et ipsum a laeva eiusdem oris et habitus caput habet cui inscriptum est VERNVS, hoc est primum tempus anni, adolescentiae comparatum, qua scientiam rei militaris apprehendendam esse significatur. Haec enim aetas apta est ad discendum, (l. 37. ff. de aedilicio edicto.), et ob id scientiae militari ver respondet. Togam viridem gestant, quod hic color verno tempori, quo omnia virent, in primis conveniat. Cassiodorus (lib. 3. variar. ad Faustum *[ep. 50.]*) loquens de coloribus quatuor factionum aurigarum, quarum una prassini coloris ver imitabatur, Prassinus, inquit, virenti verno est dicatus, unde solet esse argumentum spei, quae ex rei militaris scientia concipitur. Toga vero propria est Romanorum vestis (l. 33. ff. de iure fisci.), indicat in ea ipsos excelluisse. Rubeus color in tunica significat partem caloris aestivi inesse veri. In manuscriptis capita muliebria capillos in humeros spargunt.

A dextera summi anguli armarii Orientalis est imago capitis muliebris cavo orbi inclusa, quae supra viridem tunicam togam gestat roseam, cui inscriptum est VIRTVS, sed manuscripti habent SCIENTIA REI MILITARIS*. In eodem angulo alterius armarii simile omnino caput huic respondet, cui inscriptum est AESTAS, quae cum propter ardorem ignem imitetur, roseam togam induit: Cassiodorus (in loco supra citato), Roseus, inquit, aestati flammeae dicatus est: Haec virilem aetatem, robore firmatam refert, cui aestivi labores conveniunt. Robur enim pro virtute Veteres accipiebant, ut

10) Scientiam rei militaris ac virtutem veteres pro eodem habuisse vix Pancirolus probaverit. Ipse non animadvertit quod pag. 184. indicavi, conversam esse in editis picturarum formam, ut quae in scriptis libris ad dextram sunt, in editis ad laevam habeantur, et contra laeva dextra effecta sint.

*) Cf. not. 10.

indicat Gordiani nummus, in quo spectatur Hercules nudus, cum clava, et inscriptione VIRTVS AVGVSTI. Significant ergo hae imagines, ex scientia rei militaris ,virtutem et robur aestati respondens oriri. Prassinus color in tunica forte denotat virtutem virentem rei militaris scientia produci, quemadmodum aestas veri succedens eius viriditatem retinet: At manuscripti togam aestatis auream, tunicam vero rubram ostendunt. Toga Romanos et eorum imperium indicat, quod virtute excelluit; sicut et Virgilius (in 7. Aeneid. [ỷ. 257. sqq.]) significat:

. . . . . . Huic [11] *progeniem virtute futuram*
Egregiam, et totum qua viribus occupet orbem.

A laeva Orientalis armarii in imo est aliud caput humanum, duplici luteo circulo inclusum, subscriptum est AVCTORITAS. Caput purpureo pileo tegitur, tunica viridis ab humeris circa collum rubeo limbo ornata pendet; ante pectus rubeum pallium a sinistro humero descendit.

In imo laevae Occidentalis armarii est omnino huic simile caput, cui subscriptum est AVTVMNVS: Prassina tunica indicat verni aeris temperiem, et plenum virentibus fructibus autumnum redire. Pallium rubens ante pectus eo tempore adhuc aestatem calescere ostendit; foecunditas vero fructuum in primis adscribitur autumno, quod et Vergilius (in 2. Georgico [ỷ. 521. sq.]) hoc carmine cecinit:

Et varios foetus ponit [12] *autumnus, et alte*
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Ob id eum Graeci ὀπώραν [13] vocant: significatur autem ex scientia rei militaris et virtute auctoritatem ac imperium, cum utilitate et commodo acquiri, quod in primis Romano contigit imperio. Pileus purpureus caput tegens sapientiae signum est, ut Hesychius et Pierius volunt, propterea quod in capite cerebrum sapientiae est organum: Purpura Principis propria, eius prudentiam et imperium insinuat: autumnus et

11) Pancirolus *Hinc.*
12) Ita Pancirolus pro *ponit fetus.*
13) Pancirolus ὀχῶρον.

ipse capite tecto pingitur, ob ventos et aeris frigiditatem, quibus vexatur, unde noxius ab Hippocrate praedicatur: sed in manuscriptis haec duo capita sunt mulierum, sparsis in colla capillis cum croceis palliis humeris iniectis.

In imo dextrae Orientalis armarii ultimum est caput hominis, duplici et ipsum orbi cavo, luteoque inclusum, cuius humeris rubens tunica volat. Prassinum pallium ante pectus tegit, subscriptum est FELICITAS, cui in Occidentalis armarii parte dextra simile caput respondet; infra scriptum est HYEMS, quae ex prassino pallio superiore, Veri se obviam ire ostendit; rubens tunica aestatem mox reversuram indicat: Id tempus autem, quo fructibus fruimur, felicitati aptum esse constat, et genio opportunum, quod et Virgilius (in 1. Georgico. [*v. 300. sqq.*]) significat:

Frigoribus parto agricolae plerunque fruuntur
Et mutuo[14] *inter se laeti convivia curant.*
Invitat genialis hyems, curasque resolvit.

Itaque ex scientia rei militaris virtus, ex virtute auctoritas, ex auctoritate foelicitas provenit, quae omnia imperio Romano contigere. In manuscriptis pro hyeme est mulier, pallio purpureo caput, tergumque et pectus tecta. Hanc ante duae albae corniculae, quae aversae conspiciuntur[15], sunt Hyemis symbolum, inquit Pierius (auctoritate Hesiodi et aliorum). albae propter nivem hyemalem ostenduntur. Ego eas hic concordiae typum esse puto, ob eximiam fidem, quam inter se servant. Principum enim concordia, et mutui amoris candor per albas aves insinuatur. Summatim vero plurimi codices ordine dispositi, rectam imperii Romani Magistratuum administrationem repraesentant, quae ex libris mandatorum ipsis traditis indicatur. . . .

14) Ita Pancirolus, non *Mutuaque*.
15) De Corniculis in codicibus nostris neque vola nec vestigium est.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. v.
II. 32. Appone asteriscum ante ℭ = Cod. MS.
III. 16. sq. Quid significent verba ex inscriptione quam codex Victorianus (ℭ) prae se fert „*Notitia . . . ex altero codice Spirensis bibliothecae exscripta anno dñi MCCCCXXXVI.*“ non ita in promptu est definire. certe in libro meo *Ueb. d. Not. Dignn.* p. 13. not. 1. festinantius scripsi, *altero* aperte pro *alio* scriptum esse. Iam cum Endlichero l. c. putaverim, quum Spirenses anno 1436. Petro Donato antiquissimum Notitiae codicem Basileam transmitterent, in eius locum factum antigraphum in bibliothecam capitularem eos reposuisse.
XI. antepaenult. ad v. *perfectissimatum* adde: (sed vid. Not. Occ. cap. XLV.)
XIII. 21. ad v. *supplementum esse* cf. annot. ad Not. Occ. cap. XL. sive Commentarium meum ad id cap. seorsim editum (Praepositurae Magistri Militum et c. Bonn. 1839. 4°.) p. 14.
XIV. 19. Cf. Hollwegii librum pag. 169. not. 51. laudatum.
8. 3. *lege* [*Caput* 43β.]
14. 3. - Macedoniae [12]
—. 4. - Salutaris [13]
17. 3. - PRAESENTALIS β.
34. Litterae [1]𝔄 [1]ℭ [1]𝔇 inferius, ad versum Sub dispositione et c. collocandae sunt.
36. 11. *lege* [*CAPUT IX.*] α
54. 3. - insignibus [9]
55. 2. - COMES ORIENTIS β.
74. 7. - m) Diospolis.
75. 13. - Praesentia [19],
82. 25. - Arnonensibus [51]
— 26. - Alpinorum [53]
96. 2. - Satala [6],
105. 18. - Tricornio [25].
108. 6. - Augustae [8],

---

120. 4. *Adde*: Quas paginae totius libri nostri inscriptionem exhibentes repraesentant picturas, eas ex ℭ pagg. 2. 3. desumpsimus; similiter 𝔇 fol. 2a. habet, nisi quod hic codex easdem in unam tabulam coniunxit, ita ut superior pars aquilam

cum globo, inferior notas SPQR exhibeat. Neque colores omnino inter se conveniunt: 𝕮 ita pictus est: lineis rubris, aureis albisque includitur campus purpureus, quem per transversum aureae litterae SPQR ornant; verba Res Pvblica Romana caeruleo colore scripta sunt. Altera tabula, quae multum detrimenti passa est, ita ut maior aquilae pars, nomenque Patriae vix cognosci possint, in campo aurato Damascenis quus dicunt ductibus figurisve ornato ferruginei coloris aquilam habet, tenentem rubeum globum sive orbem, caerulea linea taeniave divisum. item litterae S C caeruleae sunt; rubrae „Divvs Avgvstvs Pater P . . . .". In 𝕯 ita est: aquila nigra in campo aurato super orbem stans, cuius superior pars caerulea, inferior veneta est, sine taenia in medio. Inferior picturae pars purpuream campum Damascenis figuris ornatum cum aureis litteris SPQR habet. Tota pictura lineis aurea exteriori, caerulea interiori inclusa est. Inscriptiones Res P. et c. atque Divus Avg. rell. pariter atque notae SC desunt in 𝕯.

Quamvis hae duae tabellae non proprie ad Notitiam nostram pertineant, sed ad totos codices 𝕮 et 𝕯, quibus praeter alia etiam Itinerarium Antonini Augusti quod dici solet Aethicique Cosmographia continentur; tamen non dubitavi easdem ad ornandam inscriptionem libri nostri adhibere, idque iure meo mihi fecisse videor, quum praeter illud Itinerarium Aethicumque ceteras codicum 𝕮 et 𝕯 fere omnes partes in appendicem ad Notitiam nostram cogere in animo sit; tabulae autem illae, ut mihi quidem videtur, indiceut, scripta quorum fronti eae appositae sunt, ex archivis imperialibus excerpta esse. Cf. lib. meum Ueb. d. Not. Dignn. p. 19 sq.

Pag.
120. ad cap. I. Ad hunc et Occidentalis partis generalem conspectum optimum usum praebere potest „C. de Spruner hist. geogr Hand Atlas. Gothae ap. Perthes. 1837." folium II. „Das römische Reich und die nördlichen Barbaren im IVten Jahrhundert" Quae tabula, licet nimis compendiaria sit, quam quae ad libri nostri geographicas topographicasque partes explicandas, ut ita dicam, sufficiat, tamen ad utriusque imperii partium, dioecesium provinciarumque fines in universum cognoscendos utilissima est.

Pag. ✝.
120. 28. *scribe*: Σαμοθρᾴκης·
124. 14. *adde*: Hollwegii Handb. d. Civilproc. I. p. 61. sqq.
— 18. *scribe*: Idem Hellesponti Consularem Insularumque Praesidem sub sua dispositione habuit, neque

Pag. ✝.
125. 19. *Scribe*: dicit;
126. 2. post Nov. XXVIII. cap. 4. *adde*: Nov. XXIX. cap. 2.
130. 24. *scribe* στρατηγική
132. 26. - περίβλεπτον
140. 17. - ἐντός, et paulo post Τίγριδός ἐστι,
150. 6.sq - ἡγεμόνα.
163. antepaenult. *lege*: putaverit
176. 22. *lege* octavadecima
178. 13. - τε
187. 18. *adde*: Tac. Hist. I. 79., ubi Sarmatarum cataphractas ita describit „Id principibus et nobilissimo cuique tegimen, ferreis laminis aut praeduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum".
198. 3. *scribe* διαφέρουσιν
210. antepaenult. et ult. *lege*: Arcadiani et Honoriani
220. 13. Etiam apud Lehnaeum (F. Lehne's gesammelte Schriften. herausg. v. Külb. tom. II. Mogunt. 1837. 8°.) p. 329. (non 389) idem lapis describitur, idemque error de nomine Divitensium a Munimento Divitensi *(Deutz)* repetendo profertur p. 331.
241. 31. *scribe*: Λυδῶν
256. 25. *adde*: Pancirolus (Comm. cap. LXXXIII.) annotavit „Maphaeorum codex legit *Primicerium scrinii antiliatensis,* quem mendosum esse non dubito, cum nullum sensum haec dictio posset habere".
257. 3. *scribe*: ἀργύριον
— 8. - κατεκερμάτωσε
285. 3. *adde*: cf. etiam annot. ad cap. XLII. et ad duas tabulas ad calcem huius partis collocatas.
292. rubric. *scribe*: PAGG. 67. 68.
293. 3. in quibusdam exemplaribus pro νομοῦ est νόμου
308. 15. *scribe*: nomen
311. 7. - *a) ifauream* 𝔄. *Ifarriam* 𝔈 et c.
340. 12. - Συηνήτης
370. ult. *pro* 52) *scribe* 42)
420. 29. *adde*: ad cap. XXXVI. not. 33. ad cap. XXXVII. not. 38.

Quae non observavimus menda, ea benivolus lector, ubi offenderit, corrigat.

Unum genus addendorum ut de eo verba faciam superest. Henrici Berghausii, viri inter recentiores geographos celeberrimi, tabulae

geographicae Asiae, sive ut exactius loquar, Syriae atque Arabiae cum terris Niloticis, quae collectionis tabularum Asiam describentium folia quintum ac sextum sunt (cetera namque ad librum nostrum non pertinent), quum commentaria mea scriberem, nondum editae aut certe, neque quum operis illa traderentur, mihi ad manus fuerunt. Nunc postquam eas mihi comparavi, multum doleo sero me comparasse: bonam laboris partem evitassem, si elegantissimis tabulis prius uti datum fuisset; nonnulla etiam melius expositurus fuissem. Ne vero omni fructu careat, quem ex *Atlante Asiatico* liber meus percipere potuerat, pauca adiicere licebit. Brevitatis causa tabulam Syriae nobis utilissimam numero V., tabellamque *Arabiae Petraeae* V. A, eamque Syriae partisque Mesopotamiae *(Suristan* atque *El Djesirah)* V. B, tabulam Arabiae Nilique numero VI., Commentariaque quae ad utramque tabulam doctissimus auctor edidit (Geogr. Memoir zur ... Karte von Syrien, Gothae ap. Perthes. 1835. 4°." item „zur General-Karte von Arabia und dem Nil-Lande ibid. eod. a. 4°."), notis *Comm.* designabo.

Ad cap. not.

X. 21. Cf. Bergh. V. et Comm. V. p. 28.
— 26. De Edessa, hod. *Reha* s. *Orfa* cf. Id. V.'B et Comm. V. p. 27.

XXV. 35. (Rhinocorura) *El Arisch* hodie ad Aegyptum Inferiorem, *Bahari*, pertinet. cf. Bergh. VI. et de situ Comm. V. p. 26.

XXVIII. 74. Bergh. VI. „Farafrah, *Oase Trinytheos*" 160 mill. geogr. sive 40 mill. German. ab *Abutigh*, occidentem versus, habet.

XXIX. 4. Bergh. V. „Szabea, *Bersaba*".
— 9. De situ Hierosolymorum cf. Bergh. Comm. V. p. 28. sq.
— 11. *Bethsemes* ap. D'Anvill. et Bergh. V.
— 13. De situ hodiernae *Szalkhat* cf. Bergh. Comm. V. p. 33.
— 14. Cf. etiam Bergh. V. A.
— 20. *Kerek el Schobak*. cf. Bergh. V. A et VI.
— 25. Cf. Bergh. Comm. VI. p. 31. sq. Comm. V. p. 29. 30. 37.
— 54 Cf Bergh. V.

XXX. 4. *Es Szalt*. Bergh. V. et Comm. V. p. 32.
— 11. Cf. infra ad not. 51.
— 14. Bergh. V. „Kherbet el Füttian *(? Mephat)*", a quo loco viae Rom. vestigia hodieque non procul absunt.
— 16. Bergh. V. „Om Keis *(Gadara)*"
— 20. Bergh. V. et Comm. V. p. 32.
— 27. Fortasse *Amatha*, quam Bergh. V. prope *Om Keis* habet huc pertinet.
— 33. Fortasse *Kalaat Balua* Bergh. V.
— 42. Bergh. V. „Hesban *(Hesbon)*". Cf. Comm. V. p. 32.

Ad cap. not.

XXX. 50. Apud Bergh. V. inferior pars *Ledschun*, superior *Enkheyle* nomen habet. Ruinas in sinistra Afaris ripa idem indicat, quae fortasse ad hoc castellum pertinent.

— 51. Bergh. V. „Mehatet el Hadj *(Areopolis) Castell Trümmer*".

— 54. Bergh. V. scribit *Wadi Modjeb*.

XXXI. 21. Bergh. V.B. cf. Comm. V. p. 27. sq., ubi de vero *Tadmorae* situ.

— 24. Bergh. V. „Missema *(Phaina)*" habet 18 fere mill. geogr. infra Damascum, meridiem versus.

XXXII. 5. Apud Bergh. V. B fere 31 mill. geogr. ab Epiphaneia, *Hamah*, orientem versus est „Esrie, Beni Kufr, *Seria?* Ruin. ein. alt. Griech. Stadt *(Seriane)*".

— 7. Ibid. „Okarebe *(Occaraba)*" fere 15 mill. geogr. infra Serianam, ad montem *Djebel Aaala*.

— 15. Ibid. „*(Oriza)* Sokhne, *Szuchne*".

— 19. Ibid. „Bales *(Barbalissus)*" ad Euphratem.

— 21. Ibid. „Kalaat el Nedjar" in sinistra, „*Bewabbe*" in dextra Euphratis ripa est, ubi Daradax, *Abu Ghalghal*, Euphrati se immiscet.

— 22. Ibid. „El Rissafa *(Resafa)*" ad cognominem fluvium, qui prope Sura Euphrati iungitur.

— 26. Etiam Bergh. ibid. habet „Surie *(Sura)*" in dextra Euphratis.

— 29. et 40. Alamatha hod. *El Emurie* in sinistra Euphratis ripa infra Nicephorium *(Rakka)* est. cf. Bergh. ibid.

XXXIII. 4. Bergh. V. B habet *Djullab*.

— 6. Id. „Rakka *(Nicephorium)*" et vicum „Kafika" in dextra Billichae, quem Belikh, *Balichus*, scribit.

— 28. Ibid. „El Bire, *Biradjik* (Birtha)".

EXEMPLARIS NOSTRI paginae	caput	EXEMPL. LABB. Paris. 1661. 16°. sectio	paginae	NCIROLI EXEMPLARIUM 1599. 1602. 1608. fol. editor. capita	folia
				Commentarii:	
3..8.	I.	I.	1...4.	I...XXI.	3^{a}. 3^{b}.
8...11.	II.	II.	4..6.	XXII.	3^{b}. 4^{a}.
12...14.	III.	III.	6. 7.	XXIII. XXIV.	15^{b}. 16^{a}.
15. 16.	3A.	deest.		(XXV..XXIX. *)	deest.
17..20.	IV.	IV.	7...9.	XXX...XL.	20^{b}...21^{b}. 28^{b}.
21...24.	V.	V.	9...11.	XLI...XLV.	29^{b}...30^{b}.
25...28	VI.	VI.	11...13.	XLVI...XLIX.	32^{b}..33^{b}.
29...32.	VII.	VII.	13. 14.	L...LIII.	35^{b}...36^{b}.
33...36.	VIII.	VIII.	15. 16.	LIV...LIX.	38^{a}...39^{a}.
36. 37.	IX.	deest.		LX. LXI.	40^{a}.
37...39.	X.	IX.	16...18.	LXII...LXXI.	41^{b}...42^{b}.
40.	XI.	–	18.	LXII.	46^{b}.
41...43.	XII.	X.	19. 20.	LXXIII...LXXXVI.	48^{b}. 49^{a}.
43. 44.	XIII.	XI.	20. 21.	LXXXVII.LXXXVIII.	55^{b}. 56^{a}.
45.	XIV.	–	21.	LXXXIX.	58^{a}. (non 69^{a}.)
46.	XIVA.	deest.		XC.	58^{b}. (non 69^{b}.)
47. 48.	XV.	–	21. 22.	XCI.	59^{a}.
48. 49.	XVI	–	22.	XCII.	61^{a}.
49. 50	XVII.	–	22.	XCIII..XCVII.	$62^{a,b}$.
51. 52.	XVIII.	XII.	23.	XCVIII...CII.	68^{b}.
53. 54.	XIX.	–	23. 24	CIII.	70^{a}.
55. 56.	XX.	XIII.	24. 25.	CIV...CXVI.	71^{b}.
57. 58.	XXI.	XIV.	25. 26	CXVII...CXXI.	75^{b}. 76^{a}.
59. 60.	XXII.	XV.	26. 27.	CXXII...CXXV.	77^{b}. 78^{a}.
61. 62.	XXIII.	XVI.	27. 28.	CXXVI.. CXXXI.	79^{b}.
63. 64.	XXIV.	XVII.	28. 29.	CXXXII...CXXXIV.	82^{a}.
65. 66.	24A.	deest.		CXXXV...CXXXVIII.	deest.
67...69.	XXV.	XVIII.	29...31.	CXXXIX. CXL.	$86^{a,b}$.
70. 71.	XXVI.	XIX.	31.	CXLI.	88^{b}. 89^{a}.
72. 73.	XXVII.	–	31. 32.	CXLII.	89^{a}.
74...77.	XXVIII.	XX.	32...34.	CXLIII.	89^{b}. 90^{a}.
78...80.	XXIX.	XXI.	35. 36.	CXLIV.	92^{b}. 93^{a}.
81...83.	XXX.	XXII.	37. 38.	CXLV.	$93^{a,b}$.
84...86.	XXXI.	XXIII.	39. 40.	CXLVI.	94^{b}. 95^{a}.
87...89.	XXXII.	XXIV.	40. 41.	CXLVII.	95^{b}. 96^{a}.
89...91.	XXXIII.	XXV.	42. 43.	CXLVIII.	96^{b}. 97^{a}.
92...94.	XXXIV.	XXVI.	43. 44.	CXLIX.	97^{b}. 98^{a}.
95...97.	XXXV.	XXVII.	45. 46	CL.	$99^{a,b}$.
98...100.	XXXVI	XXVIII.	46...48.	CLI.	100^{b}. 101^{a}.
101...103.	XXXVII.	XXIX.	48...50.	CLII.	$102^{a,b}$.
104...106.	XXXVIII.	XXX.	51...53.	CLIII.	103^{b}. 104^{a}.
107...110.	XXXIX.	XXXI.	53...55.	CLIV.	$105^{a,b}$.
110. 111.	XL.	XXXII.	55. 56.	CLV.	107^{a}.
111.	XLI.	–	56.	–	–
112. 113.	XLII.	XXXIII.	56.	CLVII.	108^{b}.
113.	XLIII.	–	56.	– CLVIII.	–
114.	43A.	deest.		CLVI.	deest.
115.	43B.	deest.		–	–
115.	Tabula.	deest.		CLIX.	109^{b}.
116.	–	deest.		–	110^{a}.

*) Duobus capitibus numerus XXIX. in Pancirollianis exemplaribus inscriptus est; quod quum in Thes. Graev. emendarent, effecerunt, ut alterum capiti XXIX. esset XXX.

PANCIROLI EXEMPLARIUM Genev. 1623. fol. paginae	in Thes. Graev. VII. columnae	RUBRICAE.
9.	1336...37.	*Index.*
10.	1338...39.	Pf. P. per Orientem.
41. 43.. 45.	1392...93. 1395...96.	- - - Illyricum.
deest.	deest.	*Pf. urbis CP.*
54...56.	1412...13. 1441.	Mag. Mil. praesentalis I.
75 ..77.	1444. 1463. *	- - - II.
81...83.	1471...72.	- - per Orientem
87...89. (non 87.)	1479...80.	- - - Thracias.
92...94.	1485...86.	- - - Illyricum.
97.	1491.	*Praepositus sacri Cubiculi.*
99. 101.	1495...96. 1498...99.	Magister Officiorum.
111. 112.	1517...18.	Quaestor.
116. 117.	1525...28.	Comes Largitionum.
133. 134.	1555...57.	- Privatarum.
138. 139	1565...66.	Comites Domesticorum.
139	1567.	*Primicerius sacri Cubiculi.*
140.	1569...70.	Castrensis.
144. 145.	1577...78.	Primicerius Notariorum.
146. 147.	1581...83.	Magister Scriniorum.
162. 163	1609...11.	Proconsul Asiae.
166.	1615...17.	- Achaiae.
169.	1621...22.	Comes Orientis.
179.	1639...41.	Praefectus Augustalis.
184.	1649...50.	Vicarius dioeceseos Asianae
188.	1657...58.	- - Ponticae
194.	1667...68.	- - Thraciarum.
deest.	deest.	*Vicarius dioeceseos Macedoniae.*
203. 204.	1683...85.	Comes Limitis Aegypti.
209. (non 219.)	1693...94.	- per Isauriam.
209 (non 219.)	1694.	*Dux Libyarum.*
211. 212.	1697...99.	Dux Thebaidos.
215. 216.	1705...6.	- Palaestinae.
219. 220.	1711...12.	- Arabiae.
222. 223.	1715...17.	- Foenices.
225. 226.	1721 ..22.	- Syriae.
227. 228.	1725...26.	- Osrhoenae.
229. 230.	1729...30.	- Mesopotamiae.
232. 233.	1733...35.	- Armeniae.
235. 236.	1739...40.	- Scythiae.
238. 239.	1745...46.	- Moesiae II.
241. 242	1751...52.	- - I.
244. 245.	1755...57.	- Daciae Ripensis.
248.	1763...64.	Consularis Palaestinae.
-	-	Ceteri Consulares.
251.	1769...70.	Praeses Thebaidos.
-	-	Ceteri Praesides.
deest.	deest.	*Corrector Augustamnicae.*
-	-	*- Paflagoniae.*
253.	Ad p. 1772.	(Divina Providentia.)
254.	-	(Divina Electio.)

et sic deinceps XXX. fieret XXXI. rell.

*) Ita in ed. Batav. 1698. fol. statim post col. 1444. sequitur col. 1463.

BONNAE
EX OFFICINA CAROLI GEORGII.